ACTA

SANCTAE SEDIS

IN COMPENDIUM OPPORTUNE REDACTA ET ILLUSTRATA

STUDIO ET CURA

VICTORII PIAZZESI

IURIS UTRIUSQUE DOCTORIS

SEU

Acta iuridica et solemniore ex Supremo Romano Pontifice immediate dimanantia: acta inter ea quae publici fieri possunt iuris, sive sint Decreta, sive Instructiones, sive Responsa, et alia huiusmodi ; praesertim vero Causarum expositiones et resolutiones ex variis EE. Cardinalium Sacris Congregationibus, ad ecclesiastici iuris accuratam intelligentiam et observantiam conferentes, in compendium diligenti studio redactae: alia denique iuridica, quibus opportune illustrantur quae in expositis actis vel difficultatem parere possint, vel ad vigentis iuris notitiam ulterius conducant: in utilitatem eorum, qui in Ecclesiae legibus studiose dignoscendis, et in regimine christiani gregis, vel in colenda Domini vinea sedulo adlaborant. '

Volumen XXXIII.

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. CONGR. DS PROPAGANDA FIDE

1900-901.

Reprinted with the permission of Libreria Editrice Vaticana

JOHNSON REPRINT CORPORATION JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Ili Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003 Berkeley Square House, London, W1X6BA

First reprinting 1969, Johnson Reprint Corporation
Printed in the United States of America

IITTERAE Sanctissimi D. N. Leonis XIII ad Emum. Cardinalem Vicarium ut excitet Religiosorum Communitates ad effundendas Deo preces pro luctuosis factis Sinarum et pax veraque redeat concordia.

Signor Cardinale,

I luttuosi avvenimenti, che si succedono in Gina, oltre all' empirci P animo di dolore per lo spargimento di tanto sangue umano, Ci tengono oltremodo trepidi e in ansia sulle sorti dei Vicariati Apostolici colà esistenti, e sui pericoli dei Missionari « delle cristianità, che veggonsi esposte alle più dure prove ed «al sacrifizio stesso della vita. Ad impetrare che la Clemenza divina riguardasse propizia quelle popolazioni agitate ed allontanasse i disastri da tutti temuti, già sapevamo che il Collegio Urbano di Propaganda ed altri religiosi Istituti di Roma, al primo giungere delle infauste notizie, avevano cominciato comuni preghiere. Ora però, al crescere delle difficoltà e delle angustie, reputiamo opportuno e doveroso, che al fervor di siffatte preghiere si partecipi ancora più largamente in questa Nostra Città. È pertanto Nostro vivo desiderio, che ella, Signor Cardinale, rivolgendosi a tutte le Comunità religiose, rammenti loro la necessità d'innalzare umili suppliche all' Altissimo, perchè, ispirando pensieri di concordia e di pace, dia termine alle rovine ed alle stragi. Ed affinchè tali preci, che, in unione alle Nostre, i fedeli sollevano per i fratelli lontani, riescano più efficaci, Noi impartiamo di tutto cuore tanto a lei che alle dette Comunità, l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano 16 luglio 1900.

LEO PP. XIII.

IITTERAE in forma Brevis SSmi. D. N. Leonis XIII ad Emum. Archiepiscopum Mediolanensem quoad interessentiam comitiis ad oratores populi eligendos (1).

LEO PP. XIII.

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem.

Quas Tu caeterique provinciae Antistites ad nos communiter dedistis litteras post Rhaudiensem conventum, magna animi voluptate perlegimus. Fuerunt nimirum "illae praeclarum

(i) Recole Volumen XIX, 94.

argumentum tum observantiae, qua desideriis Nostris obsecundans, tum studii, quo utilitates vestrarum ecclesiarum provehite assidue. Quod quidem studium eo imprimis adhiberi exoptamus, ut maximi obedientiae officium a fidelibus fiat erga Sedem hanc Apostolicam. Doluimus enim fuisse quosdam, ac porro esse, qui catholicis suadere sint ausi, ut decretum posthabeant, quo Nos iamdiu ediximus non expedire interesse comitiis ad oratores populi eligendos. Hi sane Nostrae et Sedis Apostolicae conditio quae modo sit, vel omnino ignorant, vel, contra officium, praetereundum existimant. Instent igitur et perficient Episcopi, ut mandatis hisce Nostris pareatur sancte; quae enim suaserunt rationes et maximi momenti sunt et integrae adhuc vigent, neque adiunctis ullis extenuantur.

Nihil plane dubitandum quin Deus industrias vestras sit amplissime fortunaturus. Ut tam coelestia munera vobis gregibusque vestris uberius conciliemus, Nos gratias de officio vestro agentes, tibi ceterisque Episcopis ac fidelibus cuique creditis apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum die VIII Iunii MCM Pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

SENEN.

DISTRIBUTIONUM CHORALIUM

Die 7 Aprilis 1900.

Sess. 24. cap. 15. De ref.

COMPENDIUM FACTI. In Capitulo metropolitano Senensî antequam nefastae hodiernae leges everterent quod fidelium pietas et ipsorum Rom. Pontificum magnificentia constituerat, recensebantur sex et viginti canonici, praeter pluresalios clericos inferioris ordinis, ecclesiae servitio addictos. Ex istis canonicis duodecim suberant iuri patronatus, sin-

guli vero canonici suam obtinebant praebendam, distinctam omnino a quodam patrimonio omnibus *communi,* unde desumuntur quotidianae distributiones chorales.

Vi legum, quas modo lamentabamur, loca canonicalia ad duodecim redacta sunt ; bona vero Capitulo *communia,* titulo distributionum choralium, proindeque Fisco non adiudicata, tot et tantis gravata sunt vectigalibus ut Pierallini antistes in litteris supra citatis asseruerit, patrimonium ^Capituli non minus ac numerum canonicorum ad dimidiam partem redactum esse.

Cum res ita se haberent, Archiepiscopus et Capitulum sententias et consilia secum conferebant de ordinanda substantia capitulari pro nova rerum conditione, atque perpendebatur maius discrimen Capitulo in futurum imminere, ex duplici capite, *primo* quia patroni laici, viri spectatissimi, in Ecclesiam devoti redimentes e faucibus Fisci, prouti ipsae civiles leges patiuntur, praebendas canonicales postea usi forent iure praesentandi clericos, inter canonicos cooptandos, adeo ut numerus canonicorum aliquo post tempore pene veterem censum exaequaretur ; at exinde seu ex *hoc* ^*capite* canonici pertimescebant supremam Capituli ruinam quippe singulorum praebendae iam reditibus extenuatae, ast numero non minores, ac antea participarent patrimonio distributionum communi non minus extenuato, quocirca singuli canonici qui nunquam locupleti reditu fruiti sunt redigerentur ad extremam paupertatem.

Quamobrem Capitulum ab Archiepiscopo expostulavit, ut obtenta venia a S. Sede canonici qui ad distributiones chorales, desumendas ex communi substantia, ius haberent ad certum et minorem numerum reducerentur ; praebendae vero pauperiores cum consensu patronorum ab ipso Archiepiscopo vi facultatis ipsi concessae a Trid. *Sess. 24, cap. 15, De ref.** supprimerentur.

Hanc sententiam Capituli et appositam petitionem exponebat Archiepiscopus in litteris *diei 10 Iulii 1880* datas ad S. C. Concilii referens universi Capituli et singularum

praebendarum historiam et substantiam, — Sancta Sedes rescripto *diei 19 Iulii 1880* fere in omnibus annuit petitioni Archiepiscopi et Capituli.

At interim, rem nostram quod attinet, sermo restringendus est ad praebendam Thesaurarii de qua hodie apud S. C. C. controversia movetur; quaeque in hoc maxime consistit, ut decerni debeat an Thesaurarius iure a canonicis prohiberi velit a distributionibus choralibus obtinendis quippe comprehensus inter illos canonicos qui ob facultates- a S. Sede concessas ab huiusmodi bonis capitularibus participandis remotus fuit.

Thesaurariae canonicatus institutus fuit *anno 1623* decreto Archiepiscopi Piccolomini et quia eius dos potissimum desumpta est ex quodam beneficio simplici adiuncto Thesaurariatui, huius patronatus assignatus est familiae Sansedoniae, quae patronatus ius iam exercebat in adiectum beneficium. Verum gentis Sansedoniae, nostra aetate, superstite» fuerunt tantummodo duae sorores Iosepha et Helena Sansedoni et hodie ius devenit ad familiam Fiori per Iosepham, modo viduam, quae duos habet filios, Ioannem et Antonium.

Post leges assis ecclesiastici eversivas a. 1872 vacans effecta est Thesauraria et tunc fratres Fiori redemptis a Fisco bonis praebendalibus, haec sibi addixerunt quin posthac de suo officio erga Ecclesiam Senensem satis solliciti essent. Quocirca, ob angustiam rei familiaris qua premuntur fratres Fiori, Archiepiscopus Senensis pertimescens ne omnia amittantur praebendae bona nisi aliqua tantum e naufragio praeripiantur, ceteris in perpetuum dimissis, quamdam conventionem proposuit quam a Sacratissimo Principe approbari petiit. — At istius intelligentiae praemitti debet, familiam Fiori ad redimenda bona praebendae mutuam accepisse a mensa nummularia vulgo *dei Paschi* summam Libellarum 30,000 eamdemque summam , conventum fuit, esse restituendam quotis annuis partibus in 66 annos. Quare Archiepiscopus conventionem ita concinnavit, ut nempe dos

huius beneficii alienaretur, et 50,000 libellae cederent favore patronorum, 19,000 in extinctionem residui mutui anno 1870 contracti, et 41,000 favore causae piae.

Accedente venia S. Sedis haec conventio executioni demandata est ; proindeque a. 1896 Thesaurarius renunciatus est Lusini in hac causa actor.

Hic enim contendit, vi rescriptorum hac de re editorum a S. O. O. sibi denegari non fas esse distributiones chorales *ex communibus* bonis. Revera rescriptum datum *die 19 Iulii 1880* ita se habet : «. . . . *Quo autem ad Thesaurariatum,* Sanctitas Sua benigne pariter indulsit, ut accedente Familiae "ì^tronae consensu, distributiones quotidianae ex relativa/ praebenda desumi queant ; contrariis quibuscumque non obstantibus ».

Quum patroni Fiori quod ad Thesaurariatum interrogandi essent de consensu, iterum institit Archiepiscopus ut hac non adiecta conditione indultum concederetur ; siquidem patroni non essent consensuri in hanc petitionem non minus ac in alias semper obstiterant ; potissimum vero, quippe in Thesaurario ius ad distributiones non obveniebat a *fundatione* vel *dotatione* sui beneficii, sed ex munificentia in primis Alexandri P. VII. - Inde hoc prodiit rescriptum *die 6 Sept. 1880.*

« Die 6 Septembris 1880. SSmus Dmus Noster, audita relatione infrascripti Secretarii S. C. Concilii, attentisque noviter deductis, benigne indulsit Archiepiscopo Senen. oratori, *ut dummodo participatio de massa distributionum ex parte Thesaurarii, non proveniat ex fundationis aut dotationis iure, sed ex mero privilegio,* facultatem iuxta petita pro suo arbitrio et conscientia gratis impertiatur; contrarii* quibuscunque minime obstantibus ». Vi cuius rescripti in decreto executoriali *diei 11 Nov. 1880* Archiepiscopus statuit, Thesaurario non competere distributiones ex bonis communibus provenientes.

At Lusini arguit executionis actum praetergressum esse sententiam rescripti pontificii quia ei distributiones non de-

bentur *ex mero privilegio.* - Quod si hoc persuasum fuit Pontifici, id obvenisse contendit propter vitium *subreptionis* aut *obreptionis* in precibus.

Quare haec dubia a partium procuratoribus concordata sunt : 1. *An Canonico Thesaurario ius competat participandi de distributionibus ex piis dispositionibus Capacci et Alexandri VII R. P. provenientibus, ita tit ex numero Canonicorum participantium ius istud non dependeat seu potius obstent Pontificia decreta dierum 19 Iulii et 6 Septembris 1880 : nec non decretum exsecutoriae Arch. Pierallini diei 11 Novembris eiusdem anni?*

Et quatenus affirmative ad primam partem;

2. *An eidem Canonico thesaurario debeantur distributiones amissae a die captae possessionis in casui*

Et quatenus affirmative ad secundam partem ;

3. *An intret arbitrium aperitionis oris in casu?*

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO THESAURARII. Thesaurarii procurator orationem exorditur advertens, sibi adeo perspectum esse, Pontificis mentem, in rescripto expressam, esse suo clienti secundam ut antequam recurrat ad probandum defectum *subreptionis*, uti res postulat ordinario, velit disserere de iure Thesaurarii, vi rescripti.

Hoc suum propositum opinatur evinci ex *duplici* regula servanda in exequendis rescriptis. En *prima :* Quod conceditur sub certa lege, id concessum non haberi, nisi huic legi religiosissime stetur. — « *Rescriptum ad unguem servari debet* » Rota coram Ghislerio, *Gerunden.* Sacristiae, diei 3 Iunii 1689 dec. 143, n. 1, p. VIII rec. — « *Indultum seu gratia concessa in certo casu non extenditur ad diversum* ». Rota coram Cocchio, *Romana* Devolut. domus, diei 11 Mart. 1620, p. IV, t. 3, dec. 711, n. 16 rec. — « *Privilegium concessum sub conditione non intrat, nisi iustificata conditione* ». Rota coram Cerro, *Hispalen.* De-

cimarum, diei 20 nov. 1651, p. XI, dec. 195, n. 4 rec. En *altera :* Si qua ex causa quid conceditur, id causa deficiente in posterum, re tractatum censeri. « *Cessante causa privilegii cessat etiam ipsum privilegium* ». Rota coram Piro vano, *Tarraconen.* Primitiarum, diei 27 Maii 1673, p. VII, dec. 212, n. 7 rec.

Atqui, instat orator, Pontifex, sub certa lege, rogante Capitulo, distributiones a thesauriarato abiudicavit, nempe *« dummodo participatio de massa distributionum ex parte thesaurarii non proveniat ex fundationis aut dotationis iure sed ex mero privilegio* ».—Sed constat iuxta patronum, *dotatione* non *privilegio,* thesaurarium distributiones adeptum esse: ergo constat Pontificis rescriptum eius iuribus non officere: et iniuria, Pontificis auctoritate, a Capitulo distributiones denegari. — Iamvero, ait orator, *privilegium,* legem latam in privatos homines Tullius noster nuncupavit: *« lex in privatos homines: id est privilegium* » pro Dom. c. 17. — Beneficium aliquorum in commodum impertitum Poterius significavit: « *quel gius singolare che è costituito in favore di alcuno* » Pothier ad pandect. lib. 50, tit. 16, art. 177, vol. 6, pag. 1030. — Quod enim ad omnes pertinet, *privilegii nomine* designari non licet. — Hoc posito, ait patronus, ad privilegium demonstrandum, legem aliquam Thesaurario peculiarem afferre oporteret, quae effecerit, ut non debitae communi lege distributiones eidem illi obvenirent. — Sed distributiones quas suas vindicat Thesaurarius, ex communi fonte Auxerunt : et eadem ei debentur de causa, ob quam ceteris canonicis distribui solent.

Siquidem testatur Archiepiscopus : « Il diritto delle distribuzioni al Rettore di quel benefizio (Thesaurariae) non emana da atto di fondazione (cosa che credo molto naturale), ma solo dalla munificenza di un illustre benefattore del Capitolo Metropolitano Senese, Alessandro VII, e dalla disposizione del fu Can. Salimbene Capacci. Però la Chiesa che per mezzo del suo capo visibile accordò un privilegio, può, attese speciali circostanze, per lo stesso mezzo sospen-

dere o togliere quel privilegio stesso senza che v' intervenga 11 consenso di colui, a cui vantaggio fu quello accordato». Accedit, notat orator, quod Capaccii distributiones est Capitulum hereditate consecutum. - Privilegium, si stemus in rescripto, pergit patronus, opponitur dotationi. « Dummodo participatio de massa distributionum ex parte Thesaurarii non proveniat ex fundationis aut dotationis iure, sed ex mero privilegio ». Quare si probetur, instat orator, ius nasci ex dotatione, ex privilegio non nasci probatum est; et sequitur, Thesaurario distributiones a Capitulo deberi.

Atqui Capaccius, advertit, hisce verbis quid sentiret aperuit, quid praeciperet significavit : « In tutti gli altri suoi beni stabili, mobili, semoventi, ragioni et azioni et universalmente in tutta la sua eredità, institui fece et esser volse suo erede universale... il Rmo Capitolo delle dignità e canonici di numero della sopraddetta Metropolitana Chiesa di Siena coli'infrascritti modi e condizioni. . . . .che la metà d'essi sigg. dignità e canonici alternativamente e di settimana in settimana... assistano personalmente in coro a tutte le ore canoniche... et ancora alle messe che si canteranno ». Sed is dotât, qui vel apto reditu novam instruit Ecclesiam, « Qui Ecclesiae sine dote fundatae et constructae sufficientes attribuit et assignat reditus ». Reiff. *ius. can. univ. ad tit. de iurep. 37, lib. 3, jp. 1, n. 9;* vel Ecclesiae iam sufficienter dotatae novos tribuit redditus. Reiffenstuel, *loc. cit.* — Capaccius novo auxit reditu Senense Capitulum; illud igitur procul dubio dotavit.

At rescriptum ita loquitur de dotatione, ut eius genus non praefiniat. Nosque genera, ubi lex non distinguit, distinguere non licet.

Quod si ex dotatione a Capaccio distributiones derivantur, Alexandrinas ex dotatione distributiones derivari luculentius apparet, advertit advocatus. Nam Capitulum, non modo Pontifex dotavit, novo reditu attributo ; sed dotis diserta appellatione liberalitatem designavit : « Tam novis Canonicatui et praebendae, quam capellaniis manualibus sic

erectis et institutis, nec non Archidiaconatui, Primiceriatum, Thesaurariae et aliis omnibus et singulis eiusdem Ecclesiae dignitatibus et canonicatibus ac praebendis omnia et singula dicti Prioratus... bona, domus, vineas, praedia, canones, responsiones, fructus et introitus, et iura quaecumque... pro dote dictorum novorum canonicatus et praebendae; nec non Archidiaconatus, Primiceriatus et Thesaurariae, ac Archipresbyteratus et singulorum eiusdem Ecclesiae Senensis Canonicatuum et Praebendarum, *distributionum quotidianarum augmento,* ut intra dividendo... perpetuo applicamus et appropriamur ».

Advocatus recolens effatum - *cessante causa privilegium cessat* - notat, causam quae Pontificem moverit, hanc unam, ex Capituli libello fuisse, Thesaurariae videlicet divitias, aiebat enim libellus : « Non così (non devono portarsi innovazioni) pel Tesorierato, ultimo dei titoli canonicali di che si ragioni. La sua prebenda è la piti pingue di tutte le altre del Capitolo. Basti dire che essa fu denunziata di una rendita di lire italiane 5000 : denuncia che si sarà tenuta assai bassa dovendo servire di norma per l'imposta di manomorta. L'investito di siffatta prebenda non ha bisogno di contendere le distribuzioni comuni agli altri canonici, pei quali sono mezzi necessari di sussistenza. E se deve avere anch' esso le distribuzioni a norma del prescritto dei canoni, ragione e necessità esigono che si desumano dalla pingue prebenda » *(lib. diei 11 novembris 1880).* Hanc profecto iam antea Capitulum quum de re deliberaret in conventu, rationem allegarat. « Non si nega che avesse in passato il diritto alle distribuzioni... Comunque sia è certo che i beni e diritti del tesoriere come di qualunque altro benefìzio, appartengono per alto dominio alla chiesa e che l'autorità di lei, specialmente suprema, può disporre secondo che nelle circostanze presenti è richiesto dall' equità e dal maggior bene di questa illustre Metropolitana. Ora si richiede da questo che l'autorità stabilisca cessato pel Canonico Tesoriere il diritto alle distribuzioni sul patrimonio

comune capitolare ». — Hanc postea allegavit Archiepiscopus ut Pontificem necteret, qui mandaverat ut Sansedoniae familiae sententia exquireretur : « Mi piace anche di ripetere quello che in ordine alla Prebenda tesorierale dicevo nella mia rappresentanza, che quel beneficio cioè ha con la sola prebenda tale un reddito che oltrepassa notabilmente i proventi che derivano a tutti gli altri Canonici che godono anche delle distribuzioni». *(Arch. in lib. diei29 sept. 1880).* Hanc sibi V. O. proposuit, quum Capitulo quod poscebat impertivit: « S. S. attentis peculiaribus circumstantiis Archiepiscopo Senen. benigne indulsit» *(rescr. diei 19 Iulii 1880).* Haec Thesaurariae opulentia rescriptum generavit, instat patronus, haec igitur si forte defecerit, rescriptum evertat : « cessante causa privilegii, privilegium cessat ».

Hanc tamen, nostra aetate, opulentiam defecisse negari non potest, iuxta advocatum. Nam post leges quae pauperarunt beneficia, patroni Fiore redimentes beneficium grave tributum Fisco persolverunt (tassa di svincolo 24 0^0). Quod insumpserunt, e dote detraxerunt ; praeterea obtinuerunt a Pontifice, ut suae inopiae, redituum parte, subveniretur (lib. 50000). Quod superfuit, narrat procurator, vectigalia extenuarunt (tassa di ricchezza mobile, manomorta etc.). Inde factum, ut praebendae Thesaurario longe plus quam dimidium adimeretur ; et cui antea quinque millia redibant, nec duo libellarum millia, singulis annis, redirent.

Accedit, notat patronus, quod hodie Thesaurariatus est liberae, ut aiunt, collationis, nam patroni iure suo renunciarunt. At Capitulum, quum rogavit a Pontifice ut aliquos canonicos a distributionibus percipiendis excluderet, illos voluit tantummodo exclusos, qui a patronis deligerentur *canonicati di giuspatronato.* Censuit enim si qui damnum deberent pati, satius esse canonicos pati quos Archiepiscopus non designabat.

Si obiiciatur quod hodie Thesaurarius lautiori, quam ceteri canonici, praebenda potitur, rectum hinc, quibus ceteri potiuntur distributionibus, non potiri, orator respondet, id

pugnare cum veritate. Nam Archidiaconus longe ditior, quam Thesaurarius distributionibus non privatur.

Praeterea advertit procurator, nullam fere, post Capituli direptionem, canonicos iacturam fecisse : nam reditus retinuerunt dimidios : ex quo fit, infert orator, ut quum redituum pars dimidia in canonicos pauciores numero dividatur, quibus antea ter mille obveniebat, nunc bis mille et quingentae libellae quotannis obveniant.

Ex dubio proposito, deinde advertit procurator, inquirendum est an ad normam rescripti, canonicorum ex numero ius Thesaurarii quodammodo pendeat. « An Canonico Thesaurario ius competat participandi de distributionibus ex piis dispositionibus Capacci et Alexandri VII provenientibus ita, ut ex numero canonicorum participantium ius istud non dependeat? »

Et tenet, rescriptorum ad normam, ius Thesaurarii canonicorum ex numero nullo pacto pendere. Et re vera Capitulum flagitaverat ut canonicorum numerus praefiniretur. « È necessario circoscrivere ii numero dei partecipanti al numero indicato, che cioè non oltrepassi il numero di quindici e che assai difficilmente possa' spingersi fino ai sedici se si vuole ottenere che i canonici conservati si abbiano mezzi bastanti al loro onesto mantenimento ».

Ast Pontifex has preces non excepit : quippe nullam de numero canonicorum praefiniendo mentionem iniecit.

Sed urget advocatus, quamvis ius Thesaurarii ex numero canonicorum pendeat, nihil esset cur ille hodie a distributionibus excluderetur. Et re vera, a tempore decreti Archiepiscopi Pierallini ad nostram aetatem numquam canonicorum numerus ad 15 pervenit. Canonicorum intererat, ut patrimonium in pauciores dispertiretur. Ita enim cuiuscumque pars pinguior evadere poterat. Evenit ut ex duodecim locis, quae fiscus agnoscit, aliqua, ut plurimum, vacarent. Ex aliis septem canonicatibus iuris patronatus tria ab Archiepiscopo Pierallini vel exstincta vel in suspenso relicta sunt. Quartus retinetur a canonico qiii vivebat, sup-

pressionis tempore quique proinde inter duodecim a fisco agnitos computatur *(Custodiatus).* Quintus et Sextus vix spes est fore ut restituantur : quum lis ferveat inter patronos (Piccolomini) : sunt Primiceriatus et Canonicatus S. Mariae a Bethlem. Septimus vacat, ut ex eius reditu expensae reficiantur, quas capitulum pro redemptione *(svincoli)* sustinuit (Archipresbyteratus). Ex quo fit ut hisce annis nunquam fuerint plures, quam tredecim : aliquando vix octo : nunc autem decem sint. Quapropter, quamvis participantes numerum quindecim, ex decreto Arch. Pierallini, excedere non deberent: esset locus pro Thesaurario, quum quinque loca vacent.

In postrema orationis parte loquitur advocatus *de aperitione oris* in subsidium petita: et probare nititur, ad obtinenda rescripta Capitulum falsa exposuisse, et vera reticuisse. Quamobrem subreptitia sunt decreta : et *mendax precator carere debet impetratis.*

Ad probandam subreptionem, notat advocatus, Archiepiscopum Pierallinium initio Capituli precibus obstitisse, quia preces ipsas non sinceras esse animadvertebat. Quod si postea annuit, ideo factum, quia Capitulum instando Sacrorum Antistitem tandem flexit. Quod ut ostendat exhibet procurator relationem manuscriptam cuiusdam canonici, unius inter illos, id temporis, qui ex capituli mandatis, hoc negotium tractarunt. Cui si addatur protestatio, prosequitur advocatus, canonici Poenitentiarii Focacci, qui ante obtenta rescripta, professus est se nullam habuisse et habere velle hac in re partem; satis patet, subreptionem intercessisse, et rescripta subreptione vitiari. Quod si quaeratur ubi subreptio consistat, hanc facile re perpensa deprehendi advocatus arbitratus Et re vera direptio quam Capitulum fuerat passum, eius bona dimidiaverat. Hac de causa Capitulum petiit, ut praeter duodecim canonicos a gubernio agnitos, tres tantummodo ex canonicatibus iuris patronatus laicalis ad distributiones po tiendas admitterentur. Si Capitulo cordi erat precum sinceritas, iuxta advocatum,

petere debebat, ut canonici iuris patronatus laicalis, ratione antianitatis, admitterentur ad participandum, ut scilicet pro prima vice illi tres admittuntur, qui prius nominati fuissent: his deficientibus alii succédèrent. Contra Capitulum indicatos specifice voluit, quos ex canonicis admitti, quos excludi deberent, admittendos censuit duos ex canonicatibus Piccolomineis : Archipresbyteratum iuris patronatus Chisiorum: et canonicatum iuris patronatus mixti. Ceteros exclusit vel ad longum tempus vel in perpetuum. Sed reticuit, instat orator, inter canonicatus, quos censebat admittendos duos esse, quos vel numquam, vel nonnisi post longum tempus patroni resti turi erant (Piccolominei): nam res pendebat ex multorum haeredum arbitrio, qui inter se, instituta lite, digladiabantur. Reticuit esse alium (canonicatum patronatus mixti) tam tenui reditu instructum, ut paulo post a S. Sede obtentum sit, ut diu vacans relinqueretur. Ex quo fiebat ut ex quatuor canonicatibus admittendis, vix unus erat, qui facile restitutum iri praevidebatur. Quamobrem factum est, ut uno tantum anno tredecim canonici adfuerint. Reliquis annis vix 10 aut 11, et aliquando 8 adnumerati sunt. Idque cum magno participantium commodo, prouti in aprico est, infert orator.

DEFENSIO CAPITULI. EX adverso Capituli patronus orationem exorditur a contraria obreptionis vel subreptionis accusatione in rescriptis; et e vestigio ab huiusmodi accusatione, ait, tangi non posse viros clarissimos et omni laude cumulatos, videlicet Archiepiscopum Pierallini, Patronos Chisios et Piccolomineos.

Cum nihil criminan liceat de mala personarum fide, instat orator, nec incusari potest quod agitur de insueta quadam et gravissima invasione in ius alienum. Nam nihil aequius, iuxta patronum, quam quod apostolica rescripta comprobarunt, si quis perpendat, in collegiis privata quidem cuiusque iura servanda esse, sed in communi necessitate, collegii iura praevalere. Unum aequitas requirit, ut privati possessio non laedatur, sed illo decedente, nihil ve-

tat futuri et incerti successoris iura labefactari, quae nondum iura sunt, ac nemo sibi quaesita dicere potest.

Quod ita obvium Concilii Tridentini Patribus visum est, ut decernendi facultatem ordinario iure Episcopis adscriberent iis verbis: « liceat Episcopis cum consensu capituli praebendas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen ut tot supersint, quae divino cultui celebrando, ac dignitati ecclesiae commode valeant respondere» *cap. 15, sess. 24 de Ref.* Hoc ius, ait orator expertum est Senense Capitulum, anno 1783, Burghesio Archiepiscopo iubente « nunc pro quando per casum vel decessum primi duo canonicatus in posterum vacaverint ex praedictis de cumulo nuncupatis, iidem ex nunc pro tunc suppressi sint et intelligantur ». Quae cum ita sint communia in beneficio 'supprimendo, proinde insanae ab advocato appellantur motae querelae de sola fructuum parte, non perpetuo sed quousque necessitas postulet detrahenda.

Unum iure ac bona fide investigari poterit, num haec fructuum suspensio sine gravi causa processerit, an potius necessitate cogente. Sed hanc ne adversarius quidem inficiatur, advertit patronus. Plura ille diffugia molitur, de nimia festinatione, de forma, de patrono irrequisita, sed quod impar substantia fuerit ad nobilissimae ecclesiae canonicos alendos nunquam hactenus negavit. Neque negare poterat, prosequitur orator, si Capituli paupertas a saeculis in probatis existit. Testis de sua aetate muriificus ipse Pontifex Alexander VII, scribens fructus et distributiones esse « adeo tenues ut ad substinendum decenter decani, praepositi et archipresbyteri et singulorum canonicorum gradum... nullo modo sufficiant ». De hodierna rerum conditione scripsit episcopus Pierallini, quod ex summa taxarum subtrahitur dimidia redituum capitularium pars.

In hac angustia rei capitularis advertit patronus, anno 1880 alterutrum Capitulo et Archiepiscopo eligendum omnino proponebatur: aut canonicorum numerum imminuere, aut fructuum cumulum augere, suspensa praebendarum

collatione, vel saltem distributionum perceptione. Sed numerus imminui non poterat, cum quotquot erant quatuordecim canonici, demptis iis qui senio vel morbis impediebantur, ad ecclesiae necessitates non sufficerent.

Nihil igitur reliquum erat, notat orator, quam ut nova praesidia ex vacantibus praebendis exquirerentur. Sed in Archiepiscopi et Capituli animo nihil potius erat, quam ut in necessitatis causa servanda, quo magis fieri poterat, aequitatis ratio haberetur. Itaque, cum Archiepiscopus beneficia ex lege supprimere posset, suspendi solummodo constituit. Cum hac suspensione valeret omnes redditus complecti, solas distributiones excerpsit. Cum ius haberet perpetuam suspensionem decernere, cessandum decrevit quoties affatim floreret Capituli substantia.

Si respondeat sacerdos Lusini, hisce omnibus posse quidem necessitatem probari augendi redditus per distributiones, sed non ideo sequi hoc damno affici debuisse beneficium Thesaurarii, opponit advocatus, adversario nullo iure licere Archiepiscopi electionem in discrimen adducere. Etenim Sancta Tridentina Synodus *loc. cit.* ab Episcopo provideri posse decernit « aliquibus ex iis (praebendis) suppressis » et nihil praeterea laborat quae sint, quo nomine, quo redditu, qua ratione, praeter ipsam necessitatem et consensum Capituli.

Intentio vero omnium, pergit patronus, ea fuit in gerendo negocio, ut distributionum suspensio beneficia potius iurispatronatus afficeret quam libera: haec enim perpetua ac stabiliora sunt nec periculo obnoxia redemptionum civilium et patronorum arbitrio: quod probavit ipse Lusinius.

Cum haec fateatur Lusinius, urget orator, eo ipso fateatur oportet nullam aliam praebendam plecti potuisse quam suam. Octo enim tantummodo beneficia erant iuris patronatus actu vacua; quinque vero quae ius ad distributiones haberent, ut Archiepiscopus demonstravit. Facta suspensionum concessione per aliquot patronos, eadem a tribus reliquis exquiri poterat. Gravari item potuissent beneficia Pri-

miceriatus et S. Mariae de Bethléem et adversarius ipse hoc assequi tentavit, a S. Ordine Vestro postulans suspensionis onus a suo beneficio in illa transferri et repulsam tulit per rescriptum: « *Prout proponitur, non expedire* ».

At obiicit adversarius nimis festinanter res egisse Capitulum quia casus quem timebat, nondum accidit; ac propterea expectandum erat donec casus eveniret, ut cogeretur nempe dare distributiones plusquam 15 canonicis.

Verumtamen haec omnia a veritate alienissima sunt, respondet procurator. Nam cavendum quidem Archiepiscopus ostendit ne numerus *in futurum* ante tempus excresceret : sed quod ante omnia, *de praesenti* omnino curandum esse contendit, hoc fuit, ne canonici inopia premerentur, et quoniam « la quota delle distribuzioni... costituisce oltre tre quarti dei proventi », suspendi aliquot praebendarum distributiones ut praesentibus canonicis accrescerent : ad quod preces directae fuerunt.

Hisce omnibus assensum praebuit Pontifex, quin aliquo termino vel ex die, vel in diem, vel de praesenti vel in futurum agendi facultatem Archiepiscopo definiret; quippe « attentis peculiaribus circumstantiis Archiepiscopo Senen. oratori benigne indulsit ut ad decennium tantum nominationem tum canonicatus vulgo « delia Custodia », ad effectum de quo in precibus, tum duorum canonicatuum iuris patronatus nobilis familiae Piccolomini... pro suo arbitrio et conscientia gratis suspendere possit et valeat. Quo autem ad Thesaurariatum Sanctitas Sua benigne pariter indulsit ut, accedente familiae patronae consensu, distributiones quotidianae ex relativa praebenda desumi queant ».

Fallitur adversarius iuxta patronum, cum ait beneficia quae ius habere poterant ad distributiones anno 1880, nondum ad quindecim pervenisse, con fundens eos qui actu participatione pollebant, cum iis qui primo quoque momento ad hoc ius admitti poterant. Atqui ultra numerum duodecim quem civiles leges agnoscunt, quinque participationes addendae erant pro duabus praebendis e patronatu gentis

Piccolomini : pro duabus a gente Chisia, et altera e familia Diaz, lex enim civilis nihil detrahit beneficii possessoribus quoad vivunt. En igitur septemdecim participationes : quae ad undeviginti consurgunt si duas adiicias, quarum altera debetur parochis pro congruae augmento, iuxta decretum Archiepiscopi Borghesi : altera, ex lege capitulari inter theologum et poenitentiarium dividenda. Neque mirum esse debet, advertit advocatus, quod non omnes eiusmodi participationes actu solvebantur tempore precum, nam quisquis periculum metuit, et praecavere constituit, ne exspectet damnum evenire ante quam praecaveat.

At instat adversarius, anno 1880 totum negocium actum est inter Capitulum, Archiepiscopum et S. Congregationis Moderatores, quin pro beneficio Thesaurarii quisquam intercederet ad illius iura defendenda. Respondet autem patronus, si quaeratur, num defensor aliquis thesaurariae praebendae vacantis eligi debuisset vel ab Archiepiscopo vel a sacra Congregatione, nihil esse magis inauditum et iniuriosum. - Patrem habenti tutor non datur; sed pater et tutor beneficiorum in sua dioecesi est Episcopus.

Ceterum s. Tridentina Synodus ita censuit : si enim casum -excipias beneficii de vero iure patronatus, absolutam supprimendi potestatem dedit « episcopis cum consensu capituli ».

Ipsum Thesaurarium sibi non consistere in suis animadversionibus probare nititur patronus advertens quod Summus Pontifex die 19 iulii 1880 Archiepiscopo Pierallini rescripserat distributiones ex praebenda Thesauraria desumi posse « accedente familiae patronae consensu ». Archiepiscopus novas preces obtulit, animadvertens « si può ritenere come ragionevolmente positivo che interpellata la famiglia patrona del Tesorierato a prestare il suo consenso., vi si opporrebbe » quia octo annorum lapsu, frustra instantibus Archiepiscopis ut thesaurarium nominaret, recusaverat, ne lucrum reddituum amitteret quos usurpaverat: et cum aere alieno premeretur, nihil minus esse expectandum quam ut bona possessa abiiceret.

Oppugnat adversarius hoc Archiepiscopi testimonium,, respondens, suos patronos esse « religiosi schiettamente - hoc autem evinci - dal fatto dell'avere il Sommo Pontefice Leone XIII insignito uno di essi suo cameriere segreto >. Sed Thesaurarius antea scripsit: « E del Tesorierato,. poteva pensarsi a quel tempo (an. 1880)___che facilmente esso andrebbe a sparire » ; quia illius bona patroni sibi vindicaverant.

Thesaurarius scripsit: « Non eran soli essi poco proclivi a rendere alla Chiesa quel ch'era suo. Il trascurare di farlo proveniva da malintesi tra loro e la Curia____e da poco buone condizioni finanziarie ».

Thesaurarius scripsit: « I patroni avrebbero forse negato il consenso, ma non per altro fine che per non nuocere al benefizio ». Accedit postremo testimonium hodierni Archiepiscopi in Uteris anni 1896 ad S. Ordinem: « I signori fratelli Fiori si trovano in condizioni finanziarie così critiche da far temere nel loro patrimonio una non lontana catastrofe ».

Praeterea de invocata ab adversario rerum mutatione ad rescripta corrigenda, utcumque iusta et valida, disserit patronus. - Ait enim Thesaurarius post sexdecim annos resincidisse in eum casum a quo incipere non potuisset. Anno enim 1896 factum est ut beneficii redditus olim ad quinque nummorum millia aestimandi, deinde cum Lusinius institutionem accepit, ad duo descenderent. Atqui tum Archiepiscopus tum Capitulum anno 1880 ad detrahendas a beneficio distributiones ea potissimum ratione utebantur, quod pinguis erat prae ceteris praebenda thesauraria. -Gravis igitur rerum mutatio facta est, et aequitas vetat quominus rescripta, etiam pontificia, serventur mutatis adiunctis, quae illis causam praebuerunt.

Huic obiectioni occurrit advocatus advertens decretum Tridentinum de suppressione beneficiorum ne Capitulum victu deficiat, absolutissimum esse, ac semel exequutioni demandatum nunquam revocari posse, etsi patronus de ma-

lori damno conqueratur, praeter aestimationem. Unum est quod in hisce perpetuis constitutionibus corrigendi vel mutandi opportunitatem suadere valeat, nempe si magna superveniente copia reddituum, absit ex postfacto illa necessitas quae causa fuit statuendi. - Mutatio igitur rerum non in beneficio quod iacturam pertulit, iuxta advocatum, aestimanda est, sed in Capitulo, cui omnino succurrendum fuit. Si ut Capitulum vivere possit, annua accessio requiritur in mille nummos, ex lege Episcopus providere debet, et hanc quantitatem quibusdam beneficiis adimere.

Quamobrem observat advocatus, si forte non anno 1896, sed rescriptorum tempore thesaurariae praebendae redditus computandi fuissent in annuos redditus nummorum bis mille, -quot adversarius hodie a se percipi contendit, si rescripta pontificia nihilominus obtenta fuissent, iure consistèrent quia si poterat, stante necessitate beneficium supprimi, multo magis distributiones adimi poterant.

Attamen quamvis ademptio distributionum, ait advocatus, potuisset edici absque conditione, Archiepiscopus Pierallini in exequutionis decreto pro sua aequitate constituit omnia servanda esse « durante lo stato finanziario attuale del Capitolo » ac deficere posse « restaurate che saranno in progresso di tempo le finanze capitolari » ac postremo : « Quando in avvenire sorgessero o si manifestassero circostanze impreviste o mutazioni importanti nello stato del patrimonio capitolare che esigessero speciali provvedimenti, riserviamo a noi ed ai nostri successori d'accogliere in proposito le ragionevoli proposte del Capitolo, e dietro il consiglio di esso decretare e disporre quanto sarà creduto espediente nel Signore ».

Opposita igitur mutatio ex parte beneficiarii attendi non posset, cum demonstrari nequeat mutatio in necessitate ex parte Capituli, pergit orator qui refert ne in beneficio quidem haberi hodie rationem alicuius necessitatis quia adversarius fatetur, hodie post reddituum imminutionem « Volere o non volere, la prebenda tesorierale è di maggior reddito

degli altri canonicati; e tra quelle delle dignità non è inferiore a tutte ».

Gradum faciens advocatus ad aliam controversiae partem, nempe de conditione a Pontifice apposita « accedente familiae patronae consensu », advertit, ipsum Archiepiscopum novas preces obtulisse asserentem « eh'è pericoloso il domandare ai patroni del Tesorierato il consenso e la rinunzia alle distribuzioni » ; ac praeterea verum patronatum in his distributionibus admitti non posse quia « il diritto delle distribuzioni al rettore di quel benefizio non emana da atto di fondazione (cosa che credo molto notevole) ma solo dalla munificenza di un illustre benefattore del Capitolo metrop. Senese, Alessandro VII, e dalla benefica disposizione del fu can. Salimbene Capacci ».

Hanc in iure distinctionem Summus Pontifex comprobavit, concessioni adiiciens conditionem « dummodo participatio de massa distributionum ex parte Thesaurarii non proveniat ex fundationis aut dotationis iure, sed ex mero privilegio ». Archiepiscopus vero « verificato essere perfettamente vere le cose esposte nel progetto capitolare a noi sottoposto, e nelle preci a nome nostro avanzate alla Santa Sede » decrevit: « Quanto alla prebenda tesorierale___ ordiniamo in forza delle facoltà accordate col citato rescritto del 6 settembre, che il rettore o rettori che verranno nominati pro tempore non abbiano diritto alla percezione delle distribuzioni comuni, ma queste si desumano dalla prebenda stessa ».

Adversarius contendit, thesaurarii ius ad participationem ex fundatione derivare, ac propterea violatum fuisse rescriptum, quod in casu fundationis iussit audiendum esse patronum ; sed e contra advocatus antea quaerit num quis esset patronus qui audiri debuisset.

Reponit vero advocatus, nonnisi per errorem de patronis actum esse in themate, quia de solis distributionibus agebatur quae emanant ex donationibus canonici Capacci et Alexandri VII; ast familia Fiori ex alienis donationibus

nullum sibi patronatum nancisci potuit. - Quod de solis distributionibus agatur demonstrant Pontificis rescripta. Primum haec habet: « Quoad Thesaurariatum.... indulsit ut, accedente familiae patronae consensu, distributiones quotidianae ex relativa praebenda desumi queant ». Alterum vero : « Dummodo participatio de massa distributionum ex parte Thesaurarii non proveniat, ex fundationis aut dotationis iure, sed ex mero privilegio, facultatem iuxta petita (scilicet inaudito patrono).... Archiepiscopus impertiatur ».

Si obiiciatur, obliquum saltem titulum excogitari posse ut patronus praebendae audiatur etiam pro distributionibus, quia his ademptis, plane sequitur ex iure, ac primo Pontificis rescripto quod « distributiones quotidianae ex relativa praebenda desumi queant » respondet advocatus in iis quae a iure communi dimanant, posse Episcopos, ac debere legi obtemperare, quin Capitulum vel patronos audire teneatur. Quippe sancta Tridentina Synodus *(cap. 3, sess. 21 de Ref.)* « statuit in ecclesiis tam cathedralibus quam collegiatis, in quibus nullae sunt distributiones quotidianae, vel ita tenues ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum, tam dignitatum quam canonicatuum.... separari debere, et in distributiones quotidianas converti ».

Lex non distinguit : ac propterea beneficia complectitur sive libera, sive iuris patronatus. Quamobrem patronis non licet contra hoc Episcopi officium intercedere, nisi aliqua conditio obstet in fundatione, teste Garcia *de benef. part. 3, cap. 2, n. 492* - ibi. - Ultimo advertendum est quod « etiam dignitates et praebendae quae sunt de iure patronatus, etiam laicorum, subiectae sunt detractioni tertiae partis, ut S. Congregatio censuit in una Mediolanen, his verbis : dignitates quae sunt de iure patronatus detractioni tertiae partis fructuum obnoxiae sunt, nisi repugnet fundatio ».

Patronos vero vocari non posse auctores distributionum, asserit orator advertens, quod Salimbenius in omnium ea-

noiiicorum et dignitatum utilitatem suam substantiam contulit, constituens « suo erede universale.... il revmo Capitolo delle dignità e canonici di numero della metropolitana Chiesa di Siena > ita ut « si diano e si distribuiscano, come si dice, in capita o proporzione del servizio fatto da ciascuno, tutti li frutti e rendite manuali di tutta la sua eredità ». Neque urget orator, constat de illa « animi expressione » de qua constare debet, etiam in casu aedificantis, ut docet Gagliardi *de iure patr. tom. I, cap. 6, n. 5* - ibi - « Duo debent copulative concurrere ut reaedificator patronatum acquirat : primum scilicet expressio animi quod reaedificationem faciat ob finem adipiscendi patronatus, alias id charitati potius animoque benefaciendi tribueretur ; et secundum etc. ».

De Alexandri VII donatione advertit quod hic ex fundationibus canonicatuum tantum ius patronatus pro successoribus vindicavit et constituit : in augmento praebendarum et distributionum nihil. De fundationibus hoc legitur : « Ius praesentandi et nominandi personas idoneas ad archipresbyteratum, canonicatum et custodiam nuncupatam, praebendas vacantes per Ordinarium loci et praesentationem huiusmodi instituendos praefato Flavio Cardinali quoad vixerit, privative, et post eius obitum nobilibus viris Mario Fratri, nec non Augustino Chisio principi Farnesii ex fratre nepoti, nostris secundum carnem, et eorum singulis vita naturali functis, eiusdem Augustini primogenito ab eo nascituro, et de primogenito in primogenitum, servato ordine primogeniturae... perpetuo reservamus, concedimus et assignamus ». Admonet autem Card. De Luca: « Constituens vel dotans non adquirit (ius patronatus) ubi constet de contraria voluntate non adquirendi ». *De iurep. disc. 55, n. 20.*

Sed Archiepiscopus in precibus supposuit agi de patronatu, inquiens: « sehdovene alcune (disposizioni) che implicano una deroga, sebbene parziale, a quanto venne stabilito nella bolla di donazione di Alessandro VII ed al testamento del canonico Capacci... sento il bisogno di ricorrere alla

Santità Vostra, onde con la pienezza della podestà Apostolica supplisca etc. ». Ita rogatus Pontifex, familiae patronae consensum requiri iussit.

Tunc Archiepiscopus animadvertit ex Alexandri et Salimbenii donationibus verum patronatum non constitui, scribens: « Il diritto delle distribuzioni al rettore di quel benefizio non emana da atto di fondazione, ma solo dalla munificenza di un illustre benefattore del Capitolo Senese, Alessandro VII, e dalla benefica disposizione del fu canonico Salimbeni Capacci ». Et Pontifex a patroni consensu abstinendum esse censuit « dummodo participatio de massa distributionum ex parte thesaurarii non proveniat ex fundationis aut dotationis iure, sed ex mero privilegio » ut Archiepiscopus censuerat. Paucis, ait procurator, haud aliter rescriptum in conditione posuit originem ex fundatione vel privilegio, quam propter errorem facti inanem Archiepiscopi opinionem.

Propterea, instat orator, quamquam Sedes Apostolica derogare non soleat vero patronatui ex iustitia, scilicet ex fundatione vel dotatione, derogat certe iuri quod oritur ex privilegio. Nam « privilegiarius contra Sedem Apostolicam privilegium concedentem uti non debet privilegio suo. Quae propterea patronatui gratioso valet derogare et revocare ad libitum, illumque expressa revocatione extinguere ». Gagliardi *de iurepatr. cap. 8, n. 35.* Hac distinctione utens in novissima restrictu Pontifex decrevit, patroni assensum non requiri siquidem « participatio de massa distributionum ex parte thesaurarii non proveniat ex fundatione vel dotatione ».

Verum adversarius participationem sibi deberi contendit ex donationibus Alexandri VII et Salimbenii. - Respondet patronus in primis, Alexandrum VII post nova beneficia erecta ac dotata, at alia quaedam aucta, *in eo quod superest,* acervum distributionum pro omnibus canonicis et dignitatibus ita constituisse: « Et quidquid, satisfacto, ut supra, ex redditibus dicti prioratus supererit, illud totum in

augmentum distributionum quotidianarum ad favorem singulorum sex dignitatum ac viginti canonicatuum et praebendarum perpetuo et aequaliter dividi debeat ». Simplex igitur ex rescripto quaestio oritur, an haec participatio originem ducat ex fundatione vel donatione. Archiepiscopus ait: « il diritto delle distribuzioni al rettore di quel benefizio non emana da atto di fondazione, ma solo dalla munificenza di un illustre Benefattore etc. ». Nec secus instat orator, censet adversarius, qui postquam animadvertit solas distributiones acervi communis ex fundatione derivare, longe aliter censendum esse dixit de Alexandrinis : ac servandam « la distinzione che effettivamente si è fatta e si fa in Capitolo, come deve farsi in forza della Bolla di Alessandro VII tra le distribuzioni della massa dipendenti dal diritto di fondazione o dotazione, e distribuzioni Capacciane e Morelliane dipendenti da libera beneficenza di due esimii cittadini senesi » (Libell, contr. penes acta).

Insuper advertit patronus, propriam dotationem haberi non potuisse *eos cumulo* distributionum, quia incerti sunt reditus; et aliquando forsan nulli. Atqui in hisce conditionibus et in hoc *reliquo* vera dotatio non constituitur in sensu iuris ad patronatum. Hac de causa Pontifex distinxit in sua constitutione iura ex iustitia et iura ex privilegio: *dotationem* in suis beneficiis, et *augmentum* distributionum in omnibus.

Pro suis beneficiis, nominandi ius contulit « non ex privilegio Apostolico, sed etiam ex mera, primaeva, reali et actuali, plena, integra et omnimoda fundatione et perpetua dotatione ». Cum autem et pro suis beneficiis, et pro aliis redditus erogandos proponeret, in illis dotem, in omnibus augmentum distributionum agnovit, iubens « Omnia et singula dicti prioratus,.. bona, domos, vineas pro dote dictorum novorum canonicatus et praebendae ac cappellaniarum, nec non (pro omnibus pariter beneficiis) archidiaconatus, primiceriatus et thesaurariae, ac archipresbyteratus et singulorum eiusdem ecclesiae senensis canonicatuum et prae-

bendarum ac distributionum quotidianarum augmento, ut infra dividenda ».

Sed pacificum est in iure, instat patronus, augmentum dotis non parere ius patronatus nisi augmentum exsupere t dotem quam auget, teste Gagliardi *de iurep. cap. 8, n. 8, 9* -ibi- « In privilegio causam onerosam a gratuita et lucrativa oportet dispicere, et ut^a in eo praepolleat. Quandoquidem si dotis augmentum antiquam dotem exsuperet, vel saltem adaequet, aut restauratio ecclesiam penitus dirutam excitaverit, indultus exinde patronatus ad titulum iustitiae onerosum potius quam gratiosum privilegii refertur; ideoque naturam et praerogativas patronatus ex iustitia competentis sortitur. E contrario si antiquam non aequaverit nova dos, neque integram e fundamentis ecclesiam aedificaverit ».

Mensuram autem ita definivit Pitonius « Dotem augere ad medietatem fructuum est assignare tantos redditus quantos habet ecclesia de proprio ». *De contr. patr. ^all. 58, n. 40.* Quisquis infra dupli terminos beneficii substantiam auxerit, benefactoris titulo honestatur; sed dotantis iura nancisci non potest. - Ita Gagliardius *op. cit. cap. 5, n. 40.* « Benefactores maxime distinguendi a fundatoribus et dotatoribus. Benefactor habetur quicumque vel dotem insufficientem in limine fundationis vel augmentum dotis ecclesiae iam fundatae et competenter dotatae assignet, vel collabentes parietes ecclesiae haud funditus destructae reficiat: quem exinde patronum non effici docent unanimiter doctores ex canonibus iam productis. Nam conveniens non videtur quod ius patronatus ad beneficia ecclesiastica pro nulla, seu levi et facili causa acquiratur, et praesertim cum iuris alieni praeiudicio, ait Innocentius VIII ».

Haec animadversio, notat orator, aeque valet pro donatione Salimbenia quae nullam praebendam, sed collegium haeredem nuncupavit.

Dubitari autem non potest quidem, iuxta patronum, an augmentum dotis excelluerit ipsam dotem praesertim cum res sit de locupleti Thesauraria.

Cum autem quod ex iure communi non est, aliunde esse nequeat quam ex iure speciali ac privato, Gagliardi *loc. cit. cap. 4, n. 1, 2* plane sequitur, patronatum, si quis esset, nonnisi privilegio adscribi posse, concludit patronus.

Denique quoad aliam dubii formulam, nempe de *praeteritis distributionibus*, quas actor vindicat a die captae possessionis, elementare praeceptum obiicit patronus, fructus bona fide perceptos a possessore retineri, De Luca *de iurepatr. disc. 62, sub n. 12,* nec pro extantibus haberi posse querelam, nisi in odium contra malae fidei possessorem. Id. *de Feud. disc. 122, n. 4.* At nemo contendet canonicos mala fide distributiones consumpsisse quas ille sibi vindicat, postquam Pontifice auctore perceperant, infert orator.

Hisce praemonitis, proposita fuerunt diluenda sequentia

Dubia

1. « *An canonico Thesaurario ius competat participandi de distributionibus ex piis dispositionibus Capacci et Alexandri VII provenientibus, ita ut ex numero participantium ius istud non dependeat, seu potius obstent Pontificia decreta dierum 19 iulii et 6 septembris anni 1880, nec non decretum exequutoriale Archiepiscopi Pierallini, diei 11 novembris eiusdem anni in casu* ».

Et quatenus affirmative ad primam partem; negative ad secundam,

2. « *An eidem canonico Thesaurario debeantur distributiones amissae a die captae possessionis in casu* ».

Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam,

3. « *An intret arbitrium aperitionis oris in casu*».

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 7 Aprilis 1900 censuit respondere: Ad *I. Canonicum Thesaurarium admittendum esse ad distributiones, de quibus est quaestio.* Ad II. *Negative.* Ad *III. Provisum.*

BONE AREN.

MATRIMONII

Die 31 Iulii 1897, IO Septembris 1898 et 23 Iunii 1900.

Sess. 24, cap. 5, de ref. matr.

COMPENDIUM PACTI. Die 26 Martii an. 1879 in civitate Clavarensi, nuper in dioecesim erecta, matrimonium coram Ecclesia rite contraxit Philumena 17 annorum, cum Hieronymo ambo e civitate Bonearensi, simul expletis solemnitatibus civilibus.

Absolutis nuptiis, neo-coniuges post brevem moram in Europa peractam, Bonum Aerem reversi sunt. Sed hoc matrimonium, fausto omine initum, haud felicem exitum sortitum est. Siquidem brevi post Philumena molestias experiri coepit, ob quas necesse fuit peritos artis consulere, qui diligentiori examine peracto, retulerunt Philumenam tali organismi defectu laborare, ut impar esset ad matrimonialem copulam perficiendam.

Huc rebus adductis, concordia inter coniuges vix sperari poterat; et revera dissensiones, lites inter ipsos supervenerint. Unde Hieronymus, post aliquot annos vitae coniugalis, edoctus, coniugem suam perpetua ac incurabili impotentia laborare, postquam a tribunali civili sententiam personalis separationis obtinuit, ecclesiasticum iudicem adivit, expostulans ut matrimonium suum cum Philumena nullum declaretur.

Et revera Curia Bonearensis die 20 Augusti 1884 sententiam tulit, qua praevio tantum examine actoris Hieronymi ac eius coniugis, matrimonium nullum declaravit ob impotentiam antecedentem et perpetuam mulieris iuxta peritiam trium in arte medica peritorum ; ac simul viro data fuit facultas novas ineundi nuptias, hoc tamen vetito uxori. Ab hac sententia tamen appellationem interposuit defensor vinculi ad superiorem iudicem, nempe ad Curiam Paranen.,

quae die 4 Decembris eiusdem anni sententiam primae instantiae confirmavit.

In hoc statu miserrimo mulier, parentibus eius in Europa degentibus, incaute coepit uti familiaritate cuiusdam propinqui D. Petri, qui, ipsa fatente, in illam misericordia motus, eius curam agere coepit. Secundum Philumenam initio uti frater et soror conversati sunt, sed tractu temporis de nuptiis simul ineundis consilium inierunt; et biennio post, nempe die 24 Maii 1886 matrimonium coram parocho S. Ferdinandi, Bonearensis dioecesis, attentarunt, quin eumdem de conditione mulieris certiorem redderent.

Hoc novo matrimonio inito, neo-coniuges celebriores in medicina peritos circa morbum mulieris consuluerunt. Medici pluries chirurgicam operationem in corpore mulieris executi sunt et, uti narratur, non absque aliquo successu. Siquidem, uti asserit actrix, ita curatio effecta est ut normalem muliebrem constitutionem ipsa recuperaverit ac veluti quaelibet alia femina nunc se habeat.

Quapropter Philumena modo volens suae conscientiae consulere, ad Supremum Principem, recursum habuit, expostulat ut, praevia dispensatione a matrimonio rato et non consummato cum D. Hieronymo, concederetur ei facultas convalidandi unionem cum D. Petro contractam.

Disceptatio synoptica.

DEFENSIO MULIERIS. Et prae primis actricis defensor, ad primum dubium quod attinet, affirmat sententias Curiae Bonearen. et Paranen. esse infirmanda^, quia iudices, spretis iuridicis criteriis, quae adhibenda sunt et a iure praescribuntur, suum iudicium fundarunt in falso supposito de impotentia actricis.

Nam ipsi, ait advocatus, quin sapientissimas dispositiones a canonico iure sancitas adamussim servarent, adhibendo testimonium *septimae manus* ad dignoscendam nedum Philumenae integritatem, sed et eiusdem ad generationem aptitudinem iuxta Instructionem editam die 22 Augusti 1840

pro confectione processus in causis matrimonialibus .... omnes vero testes interrogandi erunt . . . . *de causis consummationem impeditivis* ». . . . . solo medicorum testimonio inniti posse arbitrati sunt, haud obstantibus contrariis defensoris vinculi ex officio deputati observationibus et exceptionibus, et sic in errorem prolapsi sunt.

Verum est, pergit orator, quod stare oportet iudicio in arte peritorum ; sed ipsi non ita infallibiles habendi sunt, ut cetera a iure praescripta adminicula ad veritatem securius detegendam posthabeantur. Ad rem scite Gregorius XVI in celebri motu proprio diei 10 Novembris 1834 Regolamento Legisl. e Giudiz. § 720, cavet: « I Giudici non sono obbligati di conformarsi al parere dei Periti contro la propria convinzione ». Unde, secundum patronum, praedicti iudices minus prudenter egerunt, non recogitantes artem chirurgi eam esse essentialiter experimentalem, ipsam nostris praesertim temporibus mirabilia posse patrare.

Sed, ait defensor, quidquid sit de scientifica, et morali excellentia medicorum ad Philumenae corpus inspiciendum adhibitorum, in facto est, eos fuisse turpiter allucinatos, perhibentes hoc testimonium : « Abbiamo ad unanimità convenuto in affermare, che la già citata signora presenta certamente una impotenza assai marcata, non temporanea, sibbene assoluta, e non susseguente al matrimonio sibbene anteriormente ad esso, ossia congenita». Eventus enim prorsus contrarium ostendit.

In vado posita iudicum deceptione, qui mulieris impotentiam in themate declararunt, evidens est, ait advocatus, validitas prioris coniugii Philumenae cum Hieronymo, et nullitas secundi coniugii cum Petro attentati. Ad rem facit *Dispos. Cap. VL tit. De frigidis et maleficiatis* Inn. III, cuius haec est aperta doctrina. « Mulier separata a suo marito, quia ab eodem cognosci non potuit, rem habuit cum alio viro; Innocentius III respondet, matrimonium esse instaurandum, cum pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commisceretur. Scite autem anim-

advertit: in casu, quo uxor arcta viro suo, post separationem nupsit alteri, cui arcta non sit, et per frequentem usum secundi, redditur etiam apta primo, in hoc casu non esse facile iudicandum, quum finale iudicium pendeat ex futuro, quia nempe ex futuro iudicari debet, an mulier fuerit a primo viro cognoscibilis, nec ne ». Ita doctissimus Pontifex.

Porro, pergit advocatus, copula Philumenam inter et Hieronymum extiterat absolute impossibilis, et moraliter impossibilis manet quoad futurum, in themate igitur, secundum oratorem, minime adoptari potest prior Canonum dispositio. Casus enim haud similis est. Ac discrimen oritur in primis ex errore circa qualitates personae : quandoquidem Hieronymus vaginismi defectus, quo eius uxor laborabat, notitiam habere non poterat, quam ne Philumena quidem ante matrimonium habebat. Et licet infirmitas haec sanabilis esset, longa sane et anceps erat curatio ; et etiamsi convaluisset, coitus semper difficilis permansit cum eo, erga quem non multa sympathia mulier afficiebatur. Vaginismi siquidem remedia, uti docent auctores, cernuntur assidua vasis ostii distenctione manu chirurgi in primis peracta, ac dein saepe diuque repetitis actibus coniugalibus conservata, ac protecta. Haec autem omnia Hieronymus nec peregit, nec peragere quidem cogitavit.

Quum igitur, ait orator, nova societas inter eos instaurari non possit, res componi aliter nequit in casu, quam per dispensationem a rato non consummato.

Unde orator gradum faciens ad secundam partem suae orationis affirmat nullatenus dubitari posse matrimonium in themate inconsummatum extitisse. Nam consummationem impossibilem reddebat morbus vaginismi, quo Philumena laborabat; ita ut exinde factum sit, ut tres electissimi Doctores in medicina et chirurgia a iudice deputati invenerint illam, nervorum contractionem, qui genitalia in ea moderabatur, quae vaginismum veri nominis constituit; horumque testimonio excellentissimae Curiae Bonearen. et Paranen. de nullitate sententiam tulerint.

Nec enim secundum patronum suspicari fas est, quod relatio a Medicis facta a veritate deflectat quoad vaginismi existentiam; error namque Medicorum circa Jmorbi incurabilitatem, ideoque circa impotentiae perpetuitatem, dumtaxat irrepsit.

Neque ad dispensandum deficiunt causae, uti sunt animorum aversio, periculum incontinentiae ex parte mulieris.

Et hoc, iuxta patronum, procedit ex indole defectus, a quo sua cliens per chirurgicam operationem libera evasit, nempe vaginismi, cuius remedia, ut ait orator, ex medicorum doctrina, in continua et assidua vasis ostii distenctione apprime cernuntur. Procedit ulterius ex indole ipsius mulieris, quae nequaquam frigidis enumeranda est, cum voluptatis sensus quam maxime nunc experitur.

Nec, animadvertit orator, implorata dispensationis gratia minus digna censeri potest actrix ex morali eius agendi ratione. Siquidem hanc relate ad primum coniugium omnino irreprehensibilem fuisse ostendit eius patronus penes Curiam Bonear. probando quod illa vaginismi defectum ignorabat, et quod si quae minus grata viro peregit, haec a gravissimis iniuriis, quibus ab ipso effecta fuerat, sunt repetenda. Quin nimis urgeri possit contractus matrimonialis quem cum Petro attentavit. Nihil siquidem omnino ipsi abscondit de eius conditione, et ipsemet, ut secum tamquam frater et soror con viveret, consenserat. Et ita potest explicari, quare mulier, ceteroquin religiosissima et honesta, secundas nuptias inire praesumpserit, peccando scilicet magis levitate quam pravitate animi, ut assolent mulieres. Nunc autem facti poenitens nil aliud exoptat, quam cum Petro legitimo vinculo coniungi.

Ultimam tandem causam patronus deducit ex inhonestis moribus Hieronymi, qui dum vitam coniugalem cum Philumena ducebat, adulterinos fovebat amores. Unde pergit orator, si sola adulterii suspicio causam praebet dispensationis, uti docet Consci *De separ. thori 461, 16, num. 269,* atque saepius tenuit S. Concilii Congregatio, veluti videre

est in *Albinganen. matr. io Sept. 1801*, quanto magis praebebit multiplicis adulterii iniuria quam passa est Oratrix.

Ad ultimam denique suae orationis partem descendens orator sustinet, actricem ad matrimonium consummandum habilem factam esse ; siquidem in casu de vaginismo sanabili agebatur. Nam, ait advocatus, quoties copula carnalis recto modo inter coniuges locum habere potest, matrimonium consistere posse, imo debere, si copula iam intercessit, translatitii iuris est. Recto autem modo copula peragitur, qua semen virile in vaginam muliebrem ingreditur, seu qua vir et mulier fiunt una caro. Et in hoc consistit potentia coeundi, dum impotentia generandi nihil est aliud, quam inhabilitas habendi prolem, quae per se matrimonium nec impedit, nec dirimit. S. Thomas *4, Distinct. 35, quaest, un. art. 2, ad 3;* Santi *lib. IV, cap. XV, n. 6* cum communi.

Iam vero urget patronus in hac praecise conditione versari oratricem in propatulo est ex testimonio medicorum, qui rectius quam ceteri id diiudicare possunt. Duo siquidem Urbis Doctores fidem faciunt sub iurisiurandi religione.

Hic autem ipse patronus solvere curat difficultatem quae oriri posset ex iis, quae in allato testimonio artis periti animadvertunt, nimirum de vaginae clausura, ac de non absoluta perfectione uteri. Num ad internam vaginae occasionem prope uterum quod spectat, animadvertit orator, allatum defectum, etsi permansisset, nullatenus impedire, quominus mulier virum admittat copula perfecta, qua scilicet vas eius penetretur, atque in eo effundetur semen ; ac propterea matrimonium semper consistere. Impotentia isthaec, quae in vaginae clausura prope uterum consisteret, a Theologis non enumeratur: et Capellmann, qui primus de ea mentionen fecit, invicte refutatus est a 01. P. A. Eschbach in suo opere *Disput. Physiol. Theolog.*

Vix aliter decernendum est, urget orator, de uteri imperfectione, qua Cliens laborare asseritur. « benché l'utero non sia perfettamente sviluppato ». Feminam aliquam ea-

rere utero, et ovariis, nonnisi ventre secto id oculis omnium patefactum fuerit, nemo unquam medicorum se decernere posse somniatus est. Ad rem haec habet B. Albertus Magnus « Feminae vas habent proprium, quod vocatur matrix, in quo recipitur sperma, et formatur embryo. Sed difficillimum est eiusdem existentiam et conditionem definire ». Ceteroquin, pergit patronus, quum femina utero carens parere numquam possit, ea tamen necessario impar non est -ad prolem concipiendam. « Cette absence, ait quidam egregius doctor Lovaniensis, n'empêche point essentiellement la fécondation. En d'autres termes : l'existence de la matrice n'est pas nécessaire pour que l'acte conjugal soit essentiellement apte à la génération ». Verum in themate, advertit orator, non de uteri vel ovariorum defectu, sed dumtaxat de uteri minus perfecta evolutione sermo est: iam apud omnes hodiernos certo constat, feminam concipere posse, dummodo unum o varium saltem in ea maneat.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS SACRI VINCULI. EX adversa parte vinculi matrimonialis defensor tuetur matrimonium inter actricem et Hieronymum die 29 Febr. 1879 contractum non solum validum fuisse, sed etiam plura adesse argumenta, quibus fas est iudicare, ipsos matrimonium consummasse. Unde ad probationem descendens, praeprimis affirmat sententias Bonearen. et Paranen. quibus Philumena ad opus coniugale minus apta renuntianda est, vitio nullitatis laborare. Nam bonearenses et paranenses iudices pronis auribus excipientes Hieronymi, eius nempe patroni cavillationes, testes *septimae manus* excutere praetermiserunt. Quae quidem omissio nullitatem actorum iudicii secum fert. Ad rem Sánchez *De matrim, lib. 7, disput. 108, num. 9:* - ibi - « Omissio iuramenti *septimae manus* propinquorum sententiam redderet irritam. Quodca£>. *7 in fine, De frigid, et malefic.* tradens Pontifex formam dissolvendi matrimonii ratione impotentiae ponit tamquam praerequisitum hoc iuramentum. Et cum sit forma probationis iure praescripta, 6Íus omissio vitiat sententiam ».

Et quod oratori deterius est, ipsum medicorum Iosephi Lopez de Morelle, Theodori Alvarez ac Ignatii Piro vano, qui corpus Philumenae recognoverunt, testimonium, cui tantum revisae sententiae innituntur, secundum ipsum umbratile atque deridiculum est. Siquidem in re adeo gravi atque ardua peritorum testimonium tum tantum in pretia habetur, cum constiterit, per quantum sinit humana imbecillitas, peritos neque decipere neque decipi.

Hinc quaedam circumspectiones a iure invectae sunt, ac praesertim ut plures sint medici cognitores, ut explorationem singuli peragant seorsim, ut quisque scriptam relationem edat, antequam aliorum peritorum testimonium cognoscere possit; ut honesta matrona semper astans, cuncta videns, cuncta audiens, nedum honestati prospiciat, verum etiam periculum submoveat collusionis. In praesenti autem periti Lopez de Morelle, Alvarez atque Pirovano omnia simul expleverunt, relationemque, remotis testibus et arbitris, scripserunt per modum unius.

Hisce positis, vinculi defensor ad examen producens testimonium illorum medicorum, illud omnino a veritate alienum affirmat, utpote aliis medicorum testiñcationibus, tempore etiam non suspecto productis, et factis ipsis contradicens.

Harum attestationum valde se miratur defensor sacramenti, ita ut nullo modo sibi explicare sciat tantam discrepantiam iudiciorum. Unde, sibi quaerit, ubinam oculos habebant isti archiatri, qui Philumenae suadebant « che poteva compiere le funzioni del matrimonio » et non vidèrent famosum illud vitium « un fondo di sacco come di un dito di longitudine ed altrettanto di diametro ».

Nec satis, pergit orator : saepedicti bonearenses medici decantatam Philumenae impotentiam proclamant, ita affirmantes : « Non temporanea, sibbene perpetua, non relativa ma assoluta, non susseguente al maritaggio, sibbene anteriormente ad esso, ossia congenita». Huiusmodi testimonium quam fidem mereri secundum oratorem diiudicari de-

bet ex factis quae narrantur. Nam ipsa actrix postquam matrimonium cum D. Petro attentatum narrat, ita fatetur: « Praefatus Petrus plures medicos consulere sategit, qui me curarent ; dumque ergo novenarias supplicationes ad SS. Virginem incessanter porrigebam, rogans eam, ut afflatu divino mentem alicuius medici concitaret, qui mihi in tam gravi coniunctum constitutae opem ferret, fausto omine quodam die admonita sum, ut medicum quemdam in materia praestantissimum (specialista) inviserem. Adivi eum; et quae non fuit animi iucunditas, quum audirem a doctore, Molina vocabatur, me per chirurgicam operationem posse 'normalem salutis status recuperare? Operatio imprimis ab ipso medico, dein a duobus aliis peracta est. Medicus ille dicere solebat, quomodo scire possunt medici, quid ultra membranam istam inveniatur ? Hac sublata tantum, compertum esse poterit. Post operationes convalui; et nunc scio me aliter haberi ac antea ; nunc passiones et sensationes experior quales quaevis alia perfecta femina potest habere ».

His positis, orator sibi quaerit de illa membrana, quam medici Lopez, Alvarez et Piro vano habent « quasi un fondo di sacco di un dito di longitudine ed altrettanto di diametro » ; quam nemo hominum removere potest, quippe quae < congenita, non temporanea, sibbene perpetua » ; et quam medicus Molina dirupit quasi tenuem aranei telam.

Nil secundum defensorem est membrana ista prodigip- •sius. Nam non solum ad instar lunae crescit et decrescit, sed etiam multiplicatur, disparet et iterum comparet.

Liquet genitale Philumenae vitium, si medici Topai et Petacci, nec non Philumena ac Petrus vera renuntiant, longe aliter se habuisse quando corporalis inspectio facta est a perito Molina ac tum cum Philumenae corpus perlustrarunt saepedicti medici Lopez, Alvarez ac Pirovano. Etenim Molina deprehendit: « Avere la Signora *V* ostio vaginale fortemente chiuso », et aperto ostio vaginali deprehendit: « il tramite vaginale terminante in fondo cieco, di modo che fu necessario praticare altra alta apertura per rintracciare e

mettere allo scoperto la cervice uterina ». Vice versa medici Lopez, Alvarez et Pirovano non modo clausuram ostii vaginalis silent, sed praeterea auctores sunt eam minime existere.

Rursum prosequitur orator, famosum vitium ope incisionis a Molina peractae disparuit, adeo ut Philumena et Petrus coire subinde potuerint. Hoc tamen non obstante, Philumena posthac in impotentiam reincidit. Ad rem iidem periti Topai et Petacci: «-L'apertura sul fondo della vagina si chiuse completamente. Fatta da noi accurata esplorazione trovammo il tramite vaginale libero per circa sette centimetri, e chiuso completamente in alto. . . . Opinammosi dovesse nuovamente aprire il fondo anormale della vagina, per ristabilire la comunicazione coli' utero ed ottenere così, che si potesse completare Tatto coniugale ».

Igitur, pergit defensor, die 24 iunii 1884 Philumenae cunnus seu vagina speciem exhibebat « di un dito di longitudine ed altrettanto di diametro ». Quando corpus Philumenae dein recognovit medicus Molina: « Aveva la Signora l'ostio vaginale fortemente chiuso... il tramite vaginale breve e terminante in fondo cieco ». Expleta a medico Molina duplici incisione omne vitium disparuit. Anno 1894 medici Topai et Petacci deprehenderunt « L'apertura sul fondo della vagina chiusa completamente... dovettero nuovamente aprire il fondo anormale della vagina per ristabilire la comunicazione coli' utero ed ottenere così che si potesse completare l'atto coniugale ».

Heic, sibi quaerit vinculi defensor, die 26 martii 1879 cum matrimonium inter Philumenam et Hieronymum initum est, quomodo se habebat famosa membrana? Eratne una seu potius duplex? Olaudèbatne complete cunnum sive in principio sive in fine, sive utrobique? Perseveravitne continuo usque ad annum 1884, quo vita coniugalis dissociata est? Haec omnia demonstranda examussim sunt. Etenim, si vel momento temporis cohabitarunt Philumena et Hieronymus, obstáculo sive impedimento cessante, matri-

monium forsan consummatum est. Dubium vero consummati matrimonii satis superque est, ut Philumena causa cadat, cum de dispensatione agere non liceat, nisi de inconsummatione matrimonii certo constet.

Unde, concludit, non matrimonii a Philumena die 24 maii 1886 cum Petro attentati locus est dispensationi, sed Philumena ad tramites capitis 5 *De frig. et malefic.* cogenda est ad connubia priora redire.

Hisce praemissis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An Sententia Curiae Bonear. et Panar, sit confirmanda vel infirmanda in casu?*

Et quatenus Negative:

II. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati inter Philumenam et Hieronymum in casu ?*

Et quatenus Affirmative:

III. *An quomodo providendum sit in casu.*

RESOLUTIO. Sacra O. Concilii sub die 31 Iulii 1897 respondit: *Dilata et compleantur acta iuxta instructionem dandam a defensore vinculi ex officio.*

Iterum reproposita fuit quaestio in generali Congregatione *diei 10 Septembris 1898* cum novo processu suppletorio.

Sed EE. PP. iterum censuerunt differre resolutionem, ut ad examen adducerentur medici Molina, Rosciano et Porro, qui Philumenae corpus inspexerunt.

Hac de re scriptum fuit Curiae Bonearensi ut ad examen vocaret medicum Molina, atque praestito ab eo iuramento de veritate dicenda, ipsum interrogare, utrum quando corpus Philumenae inspexit, clausum externe esset ostium vaginae, vel tantum interne existeret impedimentum quod canalem vaginae occluderet ; an operatio chirurgica ab eo

confecta consisteret tantum in removendo hoc impedimento intra vaginam; quaenam esset plus minusve longitudo ca-^ nalis vaginalis ; ac demum an putet quod Philumena ante operationem idonea esset ad habendam copulam maritalem ita ut matrimonium consummari posset.

Doctor Molina rogatus a Curia respondit : Philumenam non habuisse vaginam, quia omnino clausa erat.

Non habuisse canalem vaginalem, et hymenem retrocedisse forsan vi coitus et adiecit : « Che l'operazione fatta consiste nel formare una vagina distaccando la vescica dal retto, e facendo un canale delle dimensioni di una vagina normale; che si osservò con molta diligenza se nel fondo si trovava 1' utero o un vestigio di esso, e che la sua opinione (del D. Molina) è che non esiste traccia dell'apparato genitale interno ; e finalmente che opina che la Signora Filomena prima della operazione non era idonea ad avere una vera e perfetta copula maritale, di maniera che il matrimonio potesse essere consumato ».

VOTUM CANONISTAE. Causae meritum ingrediens dicit : I. Philumenam hodie idoneam esse officiis coniugalibus.

Constat ex relatione iurata, tum scripta tum orali, medicorum Petacci et Topai : « Noi qui sottoscritti, ita illi, nel giorno 14 febb. 1894 ci recammo a visitare la Signora Filomena moglie del Sig. D. Pedro. Ci fu narrato, che essi non avevano potuto compiere *Y* atto matrimoniale che dopo l'intervento chirurgico, per aver la Signora l'ostio vaginale fortemente chiuso. Aggiunsero che il chirurgo, aperto l'ostio vaginale, aveva riscontrato il tramite vaginale breve e terminante in fondo cieco ; di modo che fu necessario praticare altro atto operativo.. Peraltro per mancata perseveranza della Signora al trattamento necessario per conservare il risultato ottenuto, l'apertura sul fondo della vagina si chiuse completamente.

Fatta da noi accurata esplorazione...., opinammo si dovesse nuovamente aprire il fondo anormale della vagina per stabilire la comunicazione con 1' utero, ed ottenere così che

potesse completarsi l'atto coniugale... Dopo alcuni giorni dalla praticata apertura si ebbe un flusso sanguinolento preceduto ed accompagnato da sintomi che sogliono verificarsi nel periodo mestruale. Più dobbiamo aggiungere che i caratteri sessuali si notano in questa Signora tanto bene sviluppati da dover ritenere per induzione che non manchino in lei gli organi essenziali per la generazione, abbenchè l'utero non sia completamente sviluppato. Di conseguenza noi giudichiamo che nello stato attuale vi sono le condizioni essenziali per compiere l'atto matrimoniale ».

In examine vero orali habito mense iul. 1898, ad interrogationem : « Crede ella che nello stato attuale esistono nella Signora Filomena le condizioni essenziali per l'atto matrimoniale? » uterque respondit: « Affermativamente ».

Vinculi defensor putat his non obstantibus potentiam Philumenae dubiam manere. At salva reverentia - non enim decet ei obiicere, quod ipse passim austero supercilio obiicit consultoribus : sutor ne supra crepidam - minus exacte dicit nil novi per incisionem factam a dictis medicis inductum esse : nam vagina et longior et utrimque pervia effecta est simulque restituta cum utero comunicatio, quae profecto, in qualibet seu medicorum seu canonistarum sententia, sufficiunt ut mulier dici possit apta coniugio.

Neque dicas in casu existentiam uteri incertam esse, quia ut mox videbimus, periti iudiciales et doct. Molina, de ea, ad minus, dubitarunt; atque ideo non licere Philumenae novas nuptias inire. Nam I°. periti iudiciales, implentes mandatum inspiciendi non incidendi mulierem, nulla incisione usi sunt ut introspicerent quid existeret post membranam vaginae ostium occludentem ; doct. autem Molina curavit efformare canalem vaginalem longitudinis normalis, non autem sategit *ferro* rem profundius explorare : e contra medici Petacci et Topai, ulterius incisione progressi, uterum digito velut et oculo assequuti sunt : 2° dato etiam quod uteri absentia nedum dubia sed certa foret, non ideo Philumenae novum coniugium vetari deberet ; novimus enim

S. O. interrogatum utrum matrimonio prohibenda esset mulier, cui tum uterus tum Ovaria abscissa erant, respondisse matrimonium non esse impediendum.

II. Alterum, quod dicebam ex actis constare, est matrimonium inter Philumenam et Hieronymum inconsummatum permansisse.

Tale autem permansit quia Philumena coeundi impotentia laboravit non solum usque ad annum 1884, quo vita coniugalis dissociata est - et hoc sufficit eximio vinculi defensori - sed etiam ultra annum 1886, seu dum Philumena iam ut mulier cum Petro vitam agebat. Res autem patebit peritorum partiumque testimoniis, idest physico et morali argumento.

Tres medici Bonearenses, Lopez, Pirovano et Alvarez, qui de iudicis mandato Philumenam inspexere, ita iurati deposuerunt, eamdem affici patenti impotentia, non temporanea sed perpetua, absoluta, et matrimonium praecedenti.

Eadem fere iuratus refert doct. Molina circa statum physicum in quo invenit Philumenam post matrimonium ab ea attentatum an. 1886 cum Petro; cuius medici testimonio hoc accedit ponderis quod mulierem nedum inspexerit, sed primus profunde inciderit, atque ideo cum penitiori causae cognitione loquitur.

Peritis iudicialibus et doct. Molina tum facto tum dicto consonant medici Petacci et Topai : *facto,* quia etiam post operationem confectam a doct. Molina iudicarunt opus esse alia operatione, ut Philumena idonea redderetur officiis matrimonialibus, quod ostendit manifeste eos putavisse mulierem quousque permansit in suo statu naturali impotentia laborasse : *dicto,* siquidem interrogati iudicialiter circa illorum medicorum inspectiones in ordine ad statum Philumenae ante primam incisionem, asserunt, illam in eo statu tum generationi tum vero coitui matrimoniali impotentem fuisse.

Sane ad quaestionem : « si è parlato di mancanza di vagina, di ostio vaginale chiuso, e di tramite vaginale ter-

minante in fondo cieco, favorisca dirci se tali difetti siano d'impedimento assoluto all'atto coniugale?»

Doct. Topai respondit: « Inteso nel senso della generazione *e del vero atto coniugale,* sì ».

Doct. Petacci respondit: « Coli' operazione sono stati tolti gli impedimenti ». Porro paulo ante dixerat explicite: extantibus talibus impedimentis « non si poteva far atto completo ossia interno, ma solamente esterno, e sempre fuori della vagina, perchè allora l'ostio vaginale era chiuso».

Aliqua tamen discrepantia videtur extare inter hos duos medicos quoad penetrationem intra vas; siquidem doct. Topai putat aliquam penetrationem fuisse possibilem, dicit enim: « escludo assolutamente che potesse compiersi l'atto matrimoniale in quanto allo scopo a cui è destinato, ma che una parziale intromissione potesse farsi lo credo ». E contra doct. Petacci ait, verbis mox citatis, penetrationem fieri non potuisse.

Verum haec discrepantia apparens est non realis. Nam cum membrana illa *completamente liscia senza pieghe ne eminenze ne rughe ne durezze,* quae ¡iuxta cognitores Bonearenses erat vaginae loco, et quam doct. Molina merito *hymenem* appellat, cum inquam haec *membrana hymenalis* vaginae ostium occludens intus protenderetur, ut ait Molina, per quinque aut sex centímetros - imene a imbuto, Schroeder, man. d'ostet. p. 538 -; et verum est reipsa aliquam penetrationem fieri potuisse, ut putat Topai; et verum est quod ait Petacci, actum coitus fuisse mere externum, non enim fiebat in vas naturale seu in vaginam, sed in membranam concavam vaginae, ostium occludentem.

Ceterum illud interest, eos convenire cum aliis peritis in hoc, quod in tali Philumenae statu vera copula coniugalis perfici non potuerit.

Vim quam habet pro inconsummatione matrimonii Philumenae cum Hieronymo testimonium praedictorum sex medicorum infirmare conatur eximius vinculi defensor tribus potissimum argumentis, in quibus non parum opis ei fert

cl. Philumenae patronus. I°. Laudatus patronus dicit *peritos Bonearenses fuisse turpiter allucinatosi* circa perpetuitatem impotentiae clientis suae ; inde autem vinculi defensor concludit eorum relationem *deridiculam esse,* atque ideo nullam fidem eis habendam etiam circa impotentiae existentiam.

R. 1 : dato et non concesso, praefatos medicos erravisse circa perpetuitatem, non inde inferri potest error etiam circa existentiam impotentiae. Nam iudicium de perpetui-' tate plerumque difficillimum est, Gasparri vol. I, § 584, et in eo ferendo fallere possunt quique sapientissimi ; iudicium vero de existentia, cum nitatur tactu, visu et, hodie, usu plurium instrumentorum, facile est, et raro admodum fallit. Praeterea hoc aliud iudicium, pn casu nostro, comprobatum fuit successivis inspectionibus medicorum Molina, Petacci et Topai, quod omne prudens excludit erroris dubium.

R. 2. Nimis fidenter asseritur peritos Bonearenses erravisse circa perpetuitatem impotentiae. Sane ut impotentia censeatur perpetua, in sensu iuris et ad effectum dirimendi matrimonii, sufficit si defectus, coitum impediens, amoveri non possit sine certo vitae periculo, imo iuxta aliquos sine gravi incommodo, etsi periculum desit Schmalz. 4, 15, n. 4; Sánchez 7, 93, n. 18; S. Alph. 6, n. 1096; Lehmk. 2, 745; Vecchiot. 3, § 104. Iamvero unde scimus in casu vitae periculum defuisse ? Non aliunde quam ex felici exitu chirurgicae operationis. Sed felix exitus alicuius eventus num est, per se solum, certum argumentum quod periculum abfuerit? Si ita esset, dici deberet non fuisse in vitae periculo nauta qui super tabulam naufragium evasit, miles qui de medio certamine incolumis redit, pestifero morbo affectus qui inopinate convalescit, et ita porro. At haec absona sunt : ergo exitus operationis in casu nil certi statuit contra impotentiae perpetuitatem. Alia vero ex parte, pro existentia periculi stat *a)* auctoritas ipsorum trium peritorum qui perhibentur in arte praestantes; *b)* factum quod nemo,

ex pluribus aliis medicis, qui Philumenam inspexerunt ante doct. Molina, ausus sit [operationem tentare, imo celebris doct. Porro aperte dixerit operationem fieri non posse absque vitae periculo ; *c)* natura ipsa operationis, non enim agebatur de simplici membranae incisione sed de [profunda et lata sectione; quocirca Zacchias lib. 3, tit. 1, q. 7, n. 29 habet: « Si membrana est quae impedimentum facit... ubi densa et crassa et valida sit, necesse omnino est in eius incisione, et praecipue quando interius posita est, plurimum mulierem angi, maximam fieri sanguinis effusionem, dolorem intervenire acerbum ;... ideo operatio haec maximo et evidenti cum periculo fit ». Nec aliud sentiunt in simillimis casibus medici recentiores, ut videre est ex eorum relationibus in Albinganen. 7 sep. 1895; Salernitana, 14 martii 1863; Verulana, 24 ian. 1871; Monasterien. 16 decembris 1899.

Ergo iudicium peritorum Bonaeriensium etiam quoad perpetuitatem grave admodum est. Ad summum hodie, ex postfacto, *aliquatenus* dubitari poterit de praecedentis periculi certa existentia, sed haud serium est, dictos medicos exhibere ut turpiter allucinatos, eorumque relationem derididiculam vocare, inde inferendo iudicium illorum circa statum physicum Philumenae nihil ponderis habere.

2°. Eximius vinculi defensor auctoritati doctorum Pirovano, Alvarez, Lopez, Molina, Petacci et Topai, opponit auctoritatem medicorum Gastan, Pastore, Rosciano et Porro, quorum primus dicitur an. 1879, tertio a nuptiis mense, agnovisse in Philumena signa gestationis, alii vero videntur dixisse coitum cum ea utut difficilem non esse impossibilem.

R. 1: Haec non ab ipsis accepimus scripto aut viva voce, imo doctores Rosciano et Porro hac de re interrogati responderunt, se nec meminisse si Philumenam unquam inspexerint : sed ea retulerunt coniuges priores, haud tamen concorditer: Hieronymus namque, ait doct. Pastore, sibi dixisse coniugem suam esse impotentem ex defectu uteri et

vaginae ; Philumena deponit sibi. dixisse operationem non esse necessariam et coitum difficili ter quidem sed perfici posse: uterque dicit, doct. Rosciano putavisse operationem fieri debere ; Philumena deponit hunc medicum ab ipsa denuo consultum, cum maritus abesset, sibi dixisse coitum etiam sine operatione haberi posse, quamvis non sine difficultate: quod attinet ad medicum Porro Philumena refert: « Disse che non era vi necessità di operazione, perchè facendola avrebbe corso pericolo Ja sua vita, e che d'altronde considerava che suo marito poteva far uso del matrimonio quantunque con qualche difficoltà.... L'opinione di codesto professore risultò nondimeno per me un enigma, nel senso che egli non rispose categoricamente ed esplicitamente a veruna delle poche interrogazioni che ardii dirigergli ».

Ex his patet quanti faciendum sit iudicium horum medicorum, non directum sed de relato ; relatum non a personis competentibus, sed a personis rei medicae ignaris ; relatum non concorditer et praecise, sed contradictorie et incerte; patet inquam quanti iudicium huiusmodi faciendum sit collatum cum relationibus directis, explicitis, et iuratis sex peritorum scientia et probitate praestantium.

R. 2: directe: Doct. Gastan manifeste erravit; at nil" mirum, nam ex una parte diagnosis praegnantiae primis mensibus incertissima est - extrêmement incertam - Man. compi, de med. leg. p. 121 ; Belouino, La femme p. 35 apud Eschb. q. phys. mor. p. 87 : ex alia vero nullatenus constat ex actis, quod eximius defensor supponit ut certum, doct. Gastan exploravisse interne Philumenae genitalia.

Quoad alios non solum non excludunt existentiam membranae vaginam occludentis, sed eam aperte admittunt dum loquuntur de operatione plus minus necessaria, plus minus periculosa.

Quod autem dixerint, omissa etiam operatione, coitum quamvis non sine difficultate, fieri posse; sive hoc serio dixerint, sive dixerint « per non togliere ogni speranza, ogni illusione ad una giovane di 19 anni, che era, poteva

dirsi, da poco maritata » - ut ait americanus Philumenae patronus - hoc, inquam, quin oppugnet, confirmat verum coitum, persistente illa membrana, fieri non potuisse. Sane coniuges priores remedium petebant non ad penetrationem in illo brevi canali anormali, ad quod nulla erat difficultas ; « consistendo la resistenza, ut ait Hieronymus, non nell'angustia, sibbene nella mancanza di profondità necessaria »; sed remedium petebant ad penitiorem penetrationem seu ad actus perfectionem, cui obstáculo erat membrana illa. Itaque responsio quam medici Pastore, Rosciano et Porro Philumenae dederunt - scilicet ad optatum finem non esse necessariam operationem, posse maritum quamvis non sine difficultate copulam habere, idest obstaculum superare - hoc unum significare poterat, Hieronymum posse repetitis conatibus, absque ope artis chirurgicae, membranam infringere et matrimonium consummare. Patet igitur etiam iuxta mentem horum medicorum copulam perfectam inter coniuges priores fieri non potuisse quin membrana illa removeretur. Atqui certo constat Hieronymum, toto tempore quo muliere usus est, non valuisse eam membranam disrumpere : ergo etiam in sensu praedictorum medicorum matrimonium inter coniuges praedictos mansit inconsummatum.

3°. Cl. Philumenae patronus dicit ad consummandum matrimonium sufficere aliqualem penetrationem et seminationem intra vas, non obstante vaginae occlusione. Atqui prosequitur vinculi defensor non defuit in casu iterata penetratio et seminatio intra vas : Ergo matrimonium praedictum fuit consummatum.

JR. negando utramque argumenti praemissam. Falsa est maior quia copula perfecta, qua matrimonium consummatur, - ut late exposui in voto super Monasterien. dec. 1899 - debet essentialiter habere aliquam relationem ad finem matrimonii primarium (S. Th. suppl. q. 65, artic. 1), quam relationem Theologi exprimunt per verba *copula de se apta ad generationem;* at vero copula, seu penetratio et seminatio intra vas omnino occlusum, vi ipsius occlusionis, ea-

ret absolute et *per se* - in sua natura copulae, vitio unius ex duobus organis copulationi essentialibus - caret inquam qualibet ad finem primarium relatione. Ideo S. C. O. in supra citatis Salernitana, Albinganen., Verulana, Monasterien. in quibus unicum caput impotentiae, tanquam certum a medicis exhibitum," erat omnimoda occlusio vaginae, iure merito respondit pro nullitate aut inconsummatione matrimonii.

Neque obstat huic doctrinae quod ius decretalium loquatur tantum de impotentia muliebri ex capite arctationis: ibi enim arctationem accipiendam esse non stricte, dumtaxat pro occlusione externi ostii vasis, sed late, etiam pro quolibet impedimento in canali vaginali, verum coitum impediente, patet *a)* ex natura rei, quia ius positivum non potest iuri naturae derogare ; *b)* ex rubrica tituli, quae est *de frigidis et maleficiatis et impotentia coeundi,* ubi hic amplior incisus, *impotentia coeundi,* satis innuit per frigiditatem et arctationem in tituli corpore intelligi quidquid impediat veram copulam coniugalem ; *c)* ex analogia cum frigiditate, quamvis enim frigiditas stricte accepta dicat tantum impotentiam arrigendi, nihilominus Sixtus V impotentes declaravit ex capite frigiditatis spadones, qui caeteroquin arrigere possunt.

Hinc Zachias, non minus in utroque iure quam in arte medica excellens, tenet arctationem, secundum ius decretalium, comprehendere non solum externam, sed etiam internam vaginae clausuram : « Cum autem tot ac tantae sint causae, ita ille, quae coitus potentiam in viris impediunt, una tantum est quae illam in femina intercipiat, nempe clausura, arctatio seu angustia oris externi et cervicis (oris interni) ipsius uteri (vaginae), ut bene adnotatur in cap. *Fraternitatis, § tibi proximo* ». Quaest, m. I. lib. 3, tit. I, q. 2, n. 22. Et alibi, cum enumeraverit varios casus ar-•ctitudinis internae, diversos ab arctatione ex hymene, dicit *Canonistas* hos casus comprehendere sub clausura quae fit a duritie hymenis, lib. 9, tit. 3, q. 5, N. 3, 4, 5, 6.

Eximius vinculi defensor, ut suam propositionem corroboret, inducit et ipse Zachiam, quasi doceret occlusionem vaginae internam nunquam impedire matrimonii consummationem, nec in casu omnimodae occlusionis.

Porro Zachias contrarium prorsus docet : nam lib. 9, tit. 3, q. 5, qui est lacus a defensore citatus, agens ex professo « *De impedimento coitus ex parte mulieris* » statuit pro regula generali hoc impedimentum in utero (vagina) oriri non tantum ab hymene (ob duritiam et crassitiem eius) sed etiam « a membrana distincta ab hymene, a carne et coalitu labiorum sive parietum ipsius uteri... quae impedimenta in ipso uteri collo (canali vaginali) ut plurimum fiunt » n. 3, 4, 5, 6, 7.

Deinde vero per modum exceptionis dicit membranam, quae altius, seu profundius, posita sit non impedire « aliquando » aliquando non semper, matrimonii consummationem. At quando? « *Si membrana aliquo vel pluribus foraminihus sit pervia* ». Et eadem repetit in consilio 72 ubi pariter ait, matrimonium, ut sibi videtur, consummari posse, non obstante membrana intersepiente vias ipsius uteri (vaginae) « *quae tamen* (conditio sine qua non) *sit aliquo vel pluribus foraminibuspervia* » Quaest, m. 1. cons. 72, N. 11,12.

Itaque Zacehias sive cum docet generatim loquendo impotentiam coeundi oriri etiam ex *atresia* interiori, sive cum facit exceptionem pro casu membranae altius positae et perforatae - quae exceptio firmat regulam in contrarium pro membrana posita versus ostium externum et omnino occlusa - non favet sententiae cl. defensoris ' sed nostrae.

Sed transmissa etiam maiori propositione, non ideo argumentum sustinetur; manifeste enim falsa est minor. In casu namque, cum vaginae ostium occluderetur membrana seu hymene in formam brevis canalis, - casus classicus decretalium, nempe arctationis a parte ante - penetratio non fiebat in vas naturale seu in vaginam, sed in membranam vaginae ostium occludentem : qui copulationis modus numquam par est habitus matrimonio consummando.

Ad rem ci. Lapponi : « Al compimento regolare dell'atto coniugale (non basta) la penetrazione della verga maschile e l'effusione dello sperma in una cavità qualunque e senza sbocco interno delle vie genitali muliebri, quand' anche questa cavità sia un rudimento, una frazione di vagina.

« E ciò è tanto vero che nei casi, nei quali vi ha in una donna un'imene imperforata, il matrimonio non si ritiene giammai come consumato fino a che l'imene resta illesa; quantunque ripetuti tentativi di coito (ut in casu nostro) T abbiano singolarmente affondata, come un dito rovesciato di guanto, in vagina, formando di essa (imene) un canale vaginale avventizio, che raddoppia il canale vaginale naturale e si addentra nel vano di esso » (vot. in Albinganen. 7 sept. 1895).

Post haec putarem tuto acquiesci posse iudicio praedictorum sex medicorum circa matrimonii, de quo in themate, inconsummationem; eo vel magis quod ad eam physice probandam ius, seu vetus, seu novum valde minus requirant. Cap. *Proposuisti* de probat. ; cap. *Fraternitatis* de frig. et malef. ; instr. S. C. C. 22 aug. 1840; instr. S. O. sine data; inst. S. O. 20 iun. 1883 p. 2. artic. 5.

Pauca nunc de argumento morali, seu de iuratis partium depositionibus.

Hieronymus, dum ageretur causa nullitatis , interrogatus utrum matrimonium consummasset respondit « (che) la consumazione del matrimonio non potè effettuarla per aver trovato resistenza nel corpo di sua sposa ». Interrogatus a vinculi defensore « se sempre trovò la medesima difficoltà per consumare il matrimonio », respondit: « Sì » Interrogatus : « Manifesti con chiarezza in che consisteva la resistenza che rinveniva per la consumazione del matrimonio »; dixit « che consisteva non nell'angustia sibbene nella mancanza di profondità necessaria, giacché questa a suo parere non era più di due dita ».

Quibus fidem addit quod ipse toto vitae coniugalis tempore nil intentatum reliquerit, ut infelici suae et coniugis

conditioni aliquod remedium afferretur; itemque quod posteriores inspectiones et chirurgicae operationes cum eius dictis plane conveniant.

Neque obstat, ut asserit cl. vinculi defensor, quod Hieronymus aliquando putaverit uxorem suam utero gestasse ; nam id accidit primo coniugii tempore, antequam natura defectus mulieris fuisset a medicis determinata, et suasu doct. Gastan qui - ut apparet ex contextu depositionum utriusque coniugis - Philumenam interius haud exploraverat. Iamvero nil mirum si Hieronymus his in adiunctis putavit ex suo imperfecto coitu conceptionem sequutam esse, cum mox .audierimus Zachiam dicentem conceptui aliquando non obstare atresiam vaginalem , et hodie physiologi passim doceant ex semine vel ad vaginae ostium apposito posse generationem sequi.

Philumena interrogata in eodem iudicio nullitatis : « Dica se crede aver consumato il matrimonio qualche volta quando ha coabitato col suo sposo » ; respondit « che le sembrava di sì ».

Referunt tamen doctores Petacci et Topai se accepisse a Philumena eiusque novo marito « che essi non avevano potuto compiere T atto matrimoniale che dopo T intervento chirurgico per avere la Signora Filomena T ostio vaginale fortemente chiuso ».

Verum ex praedictis facile explicatur diversitas inter utramque depositionem : scilicet Philumena cum in iudicio deponeret nondum sciebat in quo praecise consisteret suam imperfectionem, nullus enim medicorum, quos consuluerat, ei aperte hac de re loquutus erat, quin doctores Gastan, Pastore, Rosciano et Porro opinari videbantur contra illius impotentiam : ideo obvium est eam dubitare saltem potuisse - mi sembra di sì - de matrimonii consummatione per illum qualemcumque congressum, quem pluries cum Hieronymo habuerat. At post iuridicam inspectionem et successivas chirurgicas operationes, de suo vero statu certior facta, iuxta notionem, quam de hoc statu sibi efformaverat, loquuta est.

Item supradictae relationes medicales ostendunt, nullam exsistere contradictionem inter has coniugum expressiones : « La resistenza non consisteva nell'angustia, sibbene nella mancanza 'dif profondità... Il matrimonio secondo, non potè essere consumato per avere la Signora Filomena l'ostio vaginale fortemente chiuso ». Cum enim ostium vaginae tegeretur membrana hymenali solida et imperforata, non tamen tensa, sed concava et intus aliquatenus producta, supra^citatae relat, medicorum iudicial. et doct. Molinae, evidens est, facile fieri potuisse aliquam penetrationem in vacuum membranae, ostium vaginae firmiter occludentis.

Ceterum, ut bene notat sententia Bonearen., « al di sopra di queste dichiarazioni - partium depositiones - il cui valore è sempre dubbio, sta il testimonio irrecusabile della scienza sola competente nel risolvere simil caso ».

Quibus omnibus simul sumptis atque perpensis, cum hinc appareat, Philumenam coeundi impotentia laborasse, inde vero hoc impedimentum dura visse nedum toto tempore convictus cum Hieronymo, sed etiam per duos vel tres annos post initum ab ea cum Petro novum coniugium, putarem de inconsummatione matrimonii prioris certo moraliter constare : certitudine inquam morali *iuridica,* quae prudentem errandi!formidinem, non *dialectica,* quae omnimodam errandi formidinem excludit. Illa namque passim utimur in foro tum interno tum externo ; hanc si quis in alterutro exigeret, plane incideret in absurdum et merito reprobatum tutiorismum absolutum.

III. Dixi, tertio loco, non esse omnino indubium utrum impotentia muliebris, quae obstitit matrimonii consummatione perpetua fuerit. Scilicet periculum vitae, inducens iuridicam! impotentiae perpetuitatem, debet esse certum et evidens. Porro in casu, quamvis, ut innui, periculum non defuisse videatur ; tamen post operationes, quas doctores Molina et Topai incunctanter et prospero exitu peracti sunt, evidentia huius periculi non satis evidens est. Ideo putarem - cum alioquin de inconsummatione constet - providendum

in casu, saltem ad cautelam, non decreto nullitatis, sed dispensatione a rato et non consummato.

IV. Et dispensandi causae - quod quarto loco ab initio proposuerant - in themate non deficiunt. Hoc argumentum fuse et eleganter prosequitur cl. Philumenae patronus in sua prima oratione, in qua tres adducit causas, quas S. C C . iurisprudentia et communis DD. consensus pro idoneis habent: sunt autem aversio animorum absque ulla reconciliationis spe; remotio scandali et periculum animarum, praesertim cum Philumena, per attentatum novum coniugium, Petro V. . . . . .devincta inveniatur.

His adderem quartam et efificacissimam, nempe vix non certum impedimentum ex capite impotentiae iuridice perpetuae, quod tamen deinceps feliciter amotum est.

Quibus animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An sententia Curiae Bonearen. et Panaren. sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Et quatenus *Negative ad primam partem:*

II. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato inter Philomenam et Hieronymum in casu.*

Et Quatenus *Affirmative:*

III. *An et quomodo providendum sit in casu.*

RESOLUTIO S. C. C. re tertio disceptata sub die 23 Iunii 1900 censuit respondere : *Ad I. providebitur in secundo. Ad II. Affirmative. Ad III. Scribatur Archiepiscopo ad mentem.*

DECRETUM quo suspensio statuitur, illico incurrenda a quolibet de clero, qui intestinis bellis et politicis contentionibus opem utcumque ferat.

In perturbationibus et intestinis bellis, quibus aliquoties civiles status exagitantur, ultimis hisce annis interdum accidit, ut ecclesiastici viri, partium studio abrepti, uni vel alteri politicae factioni ultro se manciparent, et pro ea contra canonicas

leges plura agere et moliri non vererentur, fidentes absolutionem in posterum se facile consequuturos.

Tam gravi malo occurrere cupiens SSmus Dominus Noster Leo PP. XIII, inhaerendo dispositionibus SS. Concilii Tridentini *sess. XIV in prooem, et cap. IV*, nec non *sess. XXII cap. I de reform.*^ et prae oculis habita doctrina Benedicti XIV in *Instit. 101*, per praesentes S. C. Concilii litteras statuit atque decernit, ut in posterum quisquis ex clero, ut intestinis bellis et politicis contentionibus opem utcumque ferat, proprium residentiae locum absque iusta causa, quae a legitima ecclesiastica auctoritate recognita sit, deseruerit, vel clericales vestes exuerit, quamvis arma non sumpserit, et humanum sanguinem minime fuderit; et eo magis qui in civili bello sponte sua nomen militiae dederit, aut bellicas actiones quomodocumque dirigere praesumpserit, etsi ecclesiasticum habitum retinere pergat; ab ordinum et graduum exercitio, et a quolibet ecclesiastico officio et beneficio suspensus illico et ipso facto maneat;, et inhabilis praeterea fìat ad quaelibet officia aut beneficia ecclesiastica in posterum assequenda, donec ab Apostolica Sede restitutus non fuerit, sublata ad hunc effectum respectivis Dioecesium Ordinariis qualibet dispensandi potestate, etiamsi amplissimis, sive solitis (ut vocant), sive extraordinariis facultatibus rehabilitandi clericos gaudeant: contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex S. C. Concilii die 12 Iulii 1900.

A. CARD. DI PIETRO, *Praefectus.*

f B. ARCHIEPISCOPUS NAZIANZENUS *Pro-Secr**

EX 8. CONGREG. EPISC. ET REG.

CRACOVIEN, SEU ORDINIS CARMELITARUM ANTIQUAE OBSERVANTIAE.

EXECUTIONIS SENTENTIAE SUPER CONCESSIONE ADMINISTRATIONIS PAROECIAE S. STEPHANI.

Die 16 Martii 1900.

COMPENDIUM FACTI. Cracoviae olim urbis principis Poloniae, nunc sub austriaca ditione, an. 1803 ecclesia parochialis suburbana S. Stephani fatiscens ruinis collapsa iacuit, et, Gubernio austriaco curante, animarum cura in ee-

clesiam Patrum Carmelitarum translata fuit, assignata pro Parochi et Vicariorum habitatione portione Conventus in usum Novitiatus cum respectivo canone favore religiosorum 500 florenorum monetae polonae. At hic canon suspensus in posterum mansit : quandoquidem au. 1812 praevio quodam instituto super religiosis processu et Curiae Cracoviensis insistentia Ordo Carmelitarum in ea civitate ex decreto seu Brevi Summi Pontificis Leonis XII suppressus fuit, bonis paroeciae S. Stephani adiudicatis.

An. 1830 ex decreto Pontificis Pii VIII ad iteratas preces Senatus et Cleri Cracoviensis, Carmeli Ordo revixit, restitutis ei bonis, privilegiis et exemptionibus, quibus antea fruebatur et opportunum rescriptum editum fuit a Nuntio Apostolico Viennensi, in quo exequendo Episcopus Cracoviensis nonnullas adiecit conditiones alienas a tenore rescripti et a quibus religiosi ad S. Sedem appellarunt, at sine optato effectu. Hinc neque portio Conventus pro Novitiatu restituta, neque pacta pensio seu canon fuit solutus, quin imo religiosis onus impositum fuit coadiuvandi Parochum propriis expensis, et horum defectu substituendi presbyteros saeculares.

An. 1856 paroecia S. Stephani vacans renunciata fuit, et Carmelitae Curiam Cracoviensem et Regium Caesareum Gubernium adierunt petentes translationem paroeciae S. Stephani ab eorum ecclesia in ecclesiam S. Annae. Vicarius Capitularis Cracoviensis has preces S. Sedi pro beneplacito Apostolico commendavit, quae die 17 Martii 1857 annuens petitioni Carmelitarum opportunas facultates eidem Vicario impertita est ad beneficii unionem peragendam, et ad redintegrandos Patres Carmelitas in eorum Ecclesiam B. Mariae Virginis de Carmelo et in domum Novitiatus iampridem parocho S. Stephani assignatas. Huiusmodi rescriptum executioni demandari nequivit ex oppositione Caesarei Gubernii, quod abhorrens a diminutione numeri paroeciarum potius exoptare videbatur ut Curatum beneficium S. Stephani a *saeculari* in *regulare* convertentur, ipsius admi-

nistratione Patribus Carmelitis tradita cum cura animarum. At Patres Carmelitae pro viribus et pluries [apud S. Congregationem EE. et RR. insteterunt, ut tandem aliquando a servitute paroeciali liberarentur. Variis innitebantur rationibus , prouti erant impossibilitas servandi clausuram ob praesentiam parochi saecularis, diminutio cultus erga celebre sanctuarium B. M. Virginis de Carmelo, Poloniae patronae, quae in Carmelitarum ecclesia colebatur, turbatio functionum regularium, praesertim festis solemnioribus ex parte parochorum pro tempore, qui etiam sibi vindicabant proprietatem domus novitiatus, statutam pensionem solvere detrectantes.

Hisce perpensis et aliunde cum unio beneficii curati S. Stephani perfici nequiret ad mentem rescripti diei 17 Martii 1857 propter gravia motiva ab Ordinario Cracoviensi allata, sequens die 6 Martii 1874 editum fuit responsum: *S. Congregatio necessarium esse putat, ut cum nequeat dicta paroecia S. Stephani transferri in ecclesiam S. Annae, ex saeculari reddatur Regularis ad formam Constit, s. m. Bened. XIV quae incipit* Firmandis, ac *ipsis religiosis carmelitis addicatur.*

At etiam quoad huius rescripti executionem difficultates exortae sunt. Ex una parte animad vertebatur hanc beneficii curati conversionem iniuriosam esse tum clero saeculari, tum parocho et administratoribus saecularibus paroeciae, qui magnas expensas pro restauratione aedificii novitiatus et domus paroecialis sustinuerunt : insuper praefata conversio renunciabatur ceu laesiva iurispatronatus passivi Universitatis Cracoviensis, cuius professores in electione parochi ius praelationis habebant, proinde facile etiam oppositio ex parte caesarei Gubernii exurgere poterat.

Ex adverso religiosi Carmelitae hanc Gubernii oppositionem denegabant; ipsum enim assensum praestiterat ut paroecia S. Stephani religiosis in administrationem committeretur dummodo nuncium mitterent cuicumque compensation! ex titulo usus ecclesiae et Novitiatus hucusque fa-

cti a parochis saecularibus S. Stephani provenienti, et P. Provincialis hanc conditionem accepto habuit. Quoad vero iuspatronatus Cracoviensis Universitatis religiosi Carmelitae contendebant ipsam suo iuri valedixisse in favorem Ordinis ceu eruitur ex approbatione cuiusdam tractatus absque ulla reservatione ex parte Universitatis, nempe: *ut f vendus S. Stephani distribuatur inter parochias S. Annae et Zielonki; parochia vero S. Stephani tradatur PP. Carmelitis, qui pro iure stolae animarum curam peragant.* Demum religiosi observabant hanc conversionem in votis esse paroecianorum S. Stephani : siquidem anno 1875 ex Gubernii iussu habitus fuit coetus Delegatorum paroeciae pro huius negotii definitione, et maior eorum pars stetit pro concessione paroeciae S. Stephani religiosis Carmelitis.

Cum ita res se haberent, Moderatores S. Congregationis ad obtruncandam omnem litem supremo definitivo iudicio satius duxerunt resolutionem remittere generali Emorum Patrum auditorio et reapse die 2 Iunii 1876 proposita fuit enodatio sequentis dubii : *An et quomodo tradenda sit administratio paroeciae S. Stephani Patribus Carmelitis suburbii Arenae in civitate Cracoviensi in casu.* Quod dubium sequenti responso Emi Patres dimiserunt : *Affirmative iuxta modum, et modus est: ut paroecia S. Stephani a Patribus Carmelitis administretur, quoadusque ecclesia S. Stephani restauretur et interim bona paroeciae maneant sub dispositione Ordinarii, facto verbo cum S S ot o.* Quae decisio fuit confirmata a Supremo Principe, uti patet ex sequenti rescripto. *Ex audientia SS ni diei 16 Iunii 1876 Sanctitas Sua confirmavit et approbavit superius factam resolutionem.*

Verum cum an. 1898 paroecia S. Stephani vacasset et ab Ordinario Cracoviensi concursus inter Clerum saecularem fuisset indictus, Prior Generalis Carmelitarum Calceatorum iterum instetit apud Sacr. Congregationem petens ut tandem aliquando editae decisioni pareretur. Ordinarius Cracoviensis de mandato S. Congregationis a Nuntio Aposto-

lieo Viennensi interpellatus retulit plura et gravia obstacula parari executioni prolatae sententiae. Hinc necesse fuit rem subiici novo examini.

Disceptatio synoptica

PRO DENEGANDA TRANSLATIONE VEL CESSIONE PAROECIAE S. STEPHANI PP. CARMELITIS. Episcopus Cracoviensis in sua epistola ad S. Congregationem ita translationem vel cessionem paroeciae oppugnat. *Paroecia S. Stephani a centum fere annis ecclesiam B. M. Virginis PP. Carmelitarum habet pro paroeciali sua ecclesia et ius paroeciae ad hanc ecclesiam in hypotheca publica adnotatum est. Tentarunt quidem PP. Carmelitae paucis abhinc annis ius hoc ex hypotheca ecclesiae auferre, tamen per dispositionem c. r. tribunalis civilis decreti diei 23 Novembris 1897 causam perdiderunt. Et quidem iuxta leges imperii iuste: sicut enim Rex Poloniae Ladislaus an. 1396 potuit ecclesiam praedictam PP. Carmelitis deserviendam dare, ita imperator Austriae qui a. 1801 hic imperabat, dictam ecclesiam illis auferre: non fecit tamen, sed decrevit ut deserviat pro paroecia S. Stephani, auferendo illi parochiae propriam ecclesiam.* 2° *Dato et non concesso S. Congregationem EE. et RR. decretum facere auferendi paroeciam S. Stephani ab ecclesia praedicta quis decretum tale exequi possit? Non episcopus, non parochiani per suos repraesentantes legaliter iuxta leges imperii electos iure exigere possent ut illi paroeciae aliam ecclesiam et domum plebanalem aedificent aut iure civili freti obedire recusent. Nonnisi ergo c. r. Gubernium p>osset rem absolvere aedificanda pro paroecia S. Stephani novam ecclesiam et domumplebanalem. Hisce concludens puto rem hanc in Austria ut possessionem attiiigentem pertinere potius ad tribunal civile; bonum vero spirituale paroeciae (ultra tresdecim millia animarum numerantur) exigere, ne pro commodo incerto quatuor religiosorum tantae animae christianae bonis spiritalibus priventur.*

Insuper Episcopus Cracoviensis in alia epistola refert in qualibet paroecia iuxta leges civiles austríacas existere Comitatum paroecialem, cui onus incumbit tuendi iura et bona temporalia paroeciae. Comitatus paroecialis S. Stephani ius habet adnotatum in hypothecariis tabulis et exercitum usque ab initio huius saeculi adhibendi ecclesiam Visitationis B. Mariae V. Cracoviae pro functionibus sine ulla restrictione ; ius vero proprietatis ecclesiae spectat ad PP. Carmelitas. Hinc, Episcopus concludit, praesens quaestio videtur potius verti cum praefato Comitatu. Praedecessor Cardinalis Dunajewski pluries aggressus est compositionem huius quaestionis, sed semper incassum : iuxta modernum Praesulem nulla alia ratio compositionis videtur extare, nisi aedificatio alterius ecclesiae cum adnexa domo paroeciali pro paroecia S. Stephani, a cuius operis incoeptione neque ipse Comitatus paroecialis abhorret, dummodo PP. Carmelitae *pro iure usus ecclesiae quod paroeciae S. Stephani competit, congruentem summam solvant, et fundus ad aedificandam ecclesiam et domum paroecialem necessarius obtineatur.*

Tandem *pro bono animarum,* scribit Episcopus, *necessarium duco ut cura animarum in praedicta parochia a clero saeculari exerceatur, eo magis quia munere parochi fungitur nunc sacerdos optimus legaliter institutus.* Neque praetereunda est, iuxta Episcopum, admiratio quae absque dubio in clero suae dioecesis excitaretur, si administratio tam magnae paroeciae committeretur Religiosorum Carmelitarum Ordini, qui ut ut habeat optimas personas, tamen in his regionibus caret idoneis subiectis ad animarum curam gerendam.

FAVORE ORDINIS CARMELITARUM. EX altera vero parte Prior Generalis Carmelitarum denegat omnino existere obstacula ex parte Gubernii ad peragendam optatam translationem vel cessionem paroeciae S. Stephani Fratribus Carmelitis. Observat tria existere documenta quibus contrarium astruitur. Item absque fundamento praetenditur cessionem

vel translationem iniuriosam esse Clero saeculari dioecesis Cracoviensis, cum enim de iustitia et sententia Supremi Tribunalis tuendis in themate agatur, hae ab omnibus coli et servari debent. Quod autem Ordo Carmelitarum suppeditare non valeat personas idoneas pro administratione satis amplae paroeciae S. Stephani, Prior Generalis sustinet omnino falsum esse, tum quia religiosi Carmelitae in Imperio Austriaco praepositi sunt ad regendas paroecias maximi momenti, uti in dioecesibus Leopoliensi, Praemisliensi et aliis, tum quia in ipsa paroecia S. Stephani qui portant pondus diei et aestus sive in praedicatione, Confessione et catechesi, sive in assistentia fidelium decedentium, sunt duo religiosi Carmelitae parochi coadiutores et Vicarii. Prior Generalis non denegat actualem titularem Paroeciae esse virum omni commendatione dignum, sed adnotat quod quando ad eius nominationem deventum fuit, quia lite pendente paroecia semper recta fuit a Vicario, formalis et iterata protestatio coram Curia Episcopali ab Ordine emitti debuit pro tuitione suorum iurium.

Deinde Prior Generalis, praemisso quod in praesenti quaestione Ordo non movetur ex ambitione ad paroeciam, sed tantummodo cupit recuperare suam ecclesiam ut in pristinum splendorem restituatur, progreditur ad enumeranda incommoda provenientia ex huiusmodi rerum ^tatu anomalo.

In primis conqueritur de damnis materialibus iam obventis sive fabricae Novitiatus quae iam incipit fatiscere, sive Ecclesiae quae in ^statu miserando versatur, idque ob parochorum negligentiam. Conventus Cracoviensis unicus esset locus aptus pro habendo Novitiatu et studio , religiosorum in hac provincia; sed quia Clausura difficile observari potest ob coexistentiam paroeciae saecularis et pars conventus ad Novitiatum destinata a Parochis S. Stephani iniuste detinetur, Novitiatus et studium religiosorum in provincia nulla sunt cum maxima pernicie Ordinis.

E contra si paroecia S. Stephani transferretur in eccle-

siam S. Mariae nunc a simplici cappellano rectam, id maxime cederet in bonum fidelium, tum quia haec ecclesia maxime apta est pro paroecianis maiori parte in agris degentibus et melius potest inservire pro ministerio paroeciali, tum quia loco unius ecclesiae male administratae haberentur duae ecclesiae in maximo splendore et cultu cum evidenti bono fidelium. Hoc etiam in votis fuit defuncti Emi Viri Cardinalis Dunajewski, qui tamen opus perficere nequivit, quia morte iam praeventus fuit.

Prior Generalis itaque, sive administratio paroeciae Sancti Stephani cedatur PP. Carmelitis, sive paroecia in ecclesiam' S. Marci transferatur declarat sua nihil referre, cum in utroque casu vota Ordinis sint satisfacía. Quin imo Ordo, ut res quo meliori fieri possit modo componatur, nuncium mittit cuicumque iuri sibi obvenienti ex praefata resolutione diei 2 Iunii 1876 et compensation! sibi debitae sive ob non solutum canonem a parochis S. Stephani, sive ob gravissima damna allata ecclesiae et fabricae Novitiatus, hac tamen conditione, ut tam Ecclesia quam pars Conventus a parochis occupata libere Ordini restituatur.

Hisce utrimque brevi calamo perstrictis solutio proposita fuit sequentis dubii.

Dubium

An et quomodo admitti debeat recursus PP. Carmelitarum in casu?

RESOLUTIO. Die 16 Martii 1900 S. Congregatio Episcoporum et Regularium, rationibus hinc inde aequa lance libratis, ad propositum dubium respondit : *Affirmative.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

NOVARIEN, dubia quoad inditam consuetudinem benedicendi fontem baptismalem, et assignandi dominicis aliisque festis solemnia defunctorum suffragia.

Rmus Dominus Eduardus Pulciano Episcopus Novariensis S. Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit, nimirum:

I. In dioecesi Novariensi extant plures parochiales Ecclesiae erectae dismembratione ab aliis Ecclesiis parochialibus. In actu erectionis competens honor Ecclesiis matricibus tribuendus ad tramitem c. 3 *ad audientiam, de eeel. aedifle.* ita constitutus fuit, ut ecclesiis matricibus fuerit reservatum ius Sabbato sancto et Vigilia Pentecostes benedicendi fontem baptismalem, Rectoribus vero ecclesiarum fìlialium onus impositum accedendi ad Ecclesias matrices, ibique assistendi benedictioni fontis baptismalis et recipiendi aquam baptismalem.

Verumtamen in Pastorali visitatione Episcopus Orator cognovit morem invaluisse in Ecclesiis filialibus, ubi est fons,.emendatis diebus sacras functiones peragendi, benedicendi aquam ritu in Missali statuto usque ad Ss. Oleorum infusionem et postea Missam canendi. (Haec rite fieri opinio in animis fidelium ita insita est, ut ex omissione et praesertim ex omissione benedictionis aquae modo praedicto Parochi gravia timere debeant).

II. Insuper in pastorali visitatione idem Episcopus compertum habuit aliam in pluribus parochiis extare consuetudinem, solemnia nempe defunctorum suffragia adsignandi dominicis aliisque diebus festis, eaque peragendi, constituto tumulo in medio Ecclesiae ante Missam parochialem, quae canitur de Dominica vel de festo occurrente. Mordicus adhaeret populus huic consuetudini, ea praesertim de causa quia fideles et praecipue cantores diebus ferialibus haberi nequeunt.

Porro consuetudo auferri nequit, quin perturbationes oriantur, officia pro defunctis praetermittantur et gravia proinde damna parochiis obveniant. Haec consuetudo adeo inveterata est, ut quamvis Emus Card. Archiep. Morozzo Episcopus Novariensis in Synodalibus Constitutionibus an. 1826 gravibus verbis eam eliminandam decreverit idemque obtinere conatus sit Episcopus Orator, adhuc perseveret.

Hinc quaeritur: an utraque consuetudo inveterata permitti vel saltem tolerari possit?

Et sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis liturgicae, rescribendum censuit:

Quoad primam consuetudinem servetur decretum *Utinen.* **n. 4005** diei 13 Ianuarii 1899 ad I et II (1).

Quoad alteram; relate ad officium defunctorum permitti posse, nisi agatur de Dominicis et festis maioris solemnitatis: circa tumulum vero obstat Decretum *Montis Regalis* **n. 3201** diei 20 Martii 1869 ad VIII (2). Hinc paulatim et prudenter eliminandus est abusus. Atque ita rescripsit die 16 Februarii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. **ass.**

DIOMEDES PANICI 5. *R. C. Secretarius.*

TARRACONEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Sor. Philumenae a S. Colonia monialis professae Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

Instante Rmo P. Augustino Donadío Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula et Causae Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servae Dei Sor. Philumenae a S. Coloma Postulatore legitime constituto, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Raphael Pierotti, loco et vice Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Miecislai Ledóchowski eiusdem Causae Ponentis, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis Rotalibus, subsignata die ad Vaticanum habitis iuxta peculiares Sanctissimi Domini Nostri Papae Leonis XIII dispositiones annis 1878 et 1895 editas, sequens dubium discutiendum proposuit: *An constet de Validitate Processuum tam Apostolica quam Ordinaria Auctoritate constructorum: testes sint rite ac recte examinati et iura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur ?* Sacra porro Rituum Congregatio, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuit: *Affirmative seu constare, expunctis testibus non repetitis in Apostolico Processu.* Die 26 iunii 1900.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum

(1) **Dubium I. Utrum aqua baptismalis, Sabbato sancto et Vigilia Pentecostes benedicenda sit in Ecclesiis tantum parochialibus, an etiam in filialibus quae sacrum Fontem legitime habent? Et quatenus** *affirmative* **ad secundam partem:**

Dubium II. Utrum sufficiat aquam benedicere, usque ad sanctorum oleorum infusionem exclusive in parochiali Ecclesia; et inde, aqua ad alias Ecclesias delata, in singulis Ecclesiis sanctorum oleorum infusionem peragere; an debeat integra in singulis Ecclesiis fieri benedictio?

« Resp. **ad I et II.** *Negative* **ad primam partem;** *affirmative* **ad secundam, iuxta Rubricas et Decreta.**

(2) Dubium VIII. An fieri possit post Missam solemnem absolutio ad tumulum, relicta ex dispusitione nostri fundatoris Archiep. Domini Hieronymi Venero in festo S. Hieronymi Doctoris, occurrente in die Dominica?

«Resp. **ad VIII.** *Negative,* **et serventur Decreta».**

Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua resolutionem eiusdem Sacrae Congregationis approbavit. Die 9 iulii eodem anno.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. $ S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

PRO ANNO SANCTO

DECLARATIONES S. Poenitentiariae Apostolicae.

Die 10 Maii 1900.

I. Tizio impiegato in un officio ecclesiastico dopo usufruito dell' indulto delle Missioni, conosce che nel suo officio i giorni di visita sono ridotti ad otto. Può secondo il § !17 dei *Monita* fare una sola visita alle quattro Basiliche e così guadagnare il Giubileo?

II. Chi ha ottenuto dal Confessore una prima commutazione, può ottenere dal medesimo una seconda, terza ecc. commutazione e guadagnare di nuovo il Giubileo?

III". Chi ha ottenuto dal Confessore una prima commutazione, può ripetere le opere ingiunte in questa commutazione e lucrare nuovamente il Giubileo?

IV L'indulgenza plenaria del Giubileo può applicarsi alle anime del Purgatorio?

Sacra Poenitentiaria, consideratis expositis, approbante SSmo D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII, respondet:

Ad I. Affirmative.

Ad H. Negative.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. SSmus declarare dignatus est, eos qui bis aut pluries Anni Sancti Iubilaeum luerantur, posse secunda vice ac deinceps, si ita placuerit, indulgentiam plenariam per modum suffragii defunctis applicare.

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 10 Maii 1900.

A. CARCANI, £. *P. Regens.*

LITTERAE SSmi D. N. Leonis XIII ad Patriarcham, Archiepiscopos et Episcopos Graeco Melchitas, ut magis firmentur spiritu concordiae, compositis inter eosdem levibus dissidiis.

Omnibus compertum exploratumque est, Venerabiles Fratres, Nos, sub ipsa Pontificatus initia, ad christianas Orientis nationes oculos peramanter convertisse. Editis insuper nonnullis actis praesertim Constitutione *Orientalium,* plura a Nobis sunt opportune declarata et decreta ad earumdem coniunctionem cum Petri Cathedra obstringendam, nec non ad reconciliationem dissidentium fovendam. Alias deinceps occasiones libenter nacti sumus actuosae benevolentiae erga catholicos orientales testandae, et nihil profecto antiquius, nihil sanctius habuimus, quam, animis cum Sede Apostolica obstrictis, adeo in eis ardorem excitare et foecunditatem fidei, ut ad maiorum excellentiam et laudem, renovatis exemplis, nitantur.

Inter omnes vero orientales ecclesias, inditam nationem et patriarchatum antiochenum graeco-melchitam singulari prorsus benevolentia prosequuti sumus et prosequimur. Etenim, ut pauca tantum nunc commemoremus, optime nostis, Venerabiles Fratres, Nos inde ab anno 1882 Seminarium in urbe Jèrosolymitana pro Graeco-Melchitis instaurasse, eique Missionales Algerinos praefecisse. Praeterea plures alumnos ex eadem natione graeco-melchita Nostris expensis, Romae, in Athanasiano Collegio instituendos curamus, ut ad fontem ipsum, catholicam veritatem hauriant, et unitatis centrum, quod in Sede Apostolica divinitus constitutum est, venerari coram atque adamare adsuescant. Denique, anno 1894, uti ex eadem Constitutione *Orientalium* eruitur, Patriarchae graeco-melchitae iurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles eiusdem ritus qui intra fines turcici imperii versantur.

Paternae huic benevolentiae erga nationem graeco-melchitam apte respondisse religiosam vestri Ordinis operam libenter testamur; tum ob sedulitatem, qua, in sollicitudinis Nostrae partem vocati, ministerio vestro fungi studetis, tum ob industriam qua commissi gregis incolumitati prospicitis. Etsi vero haec omnia non sine vestri Ordinis laude commemoremus, dissimulare tamen non possumus, tristitiam qua affecti sumus, cum leves quasdam dissensiones inter vos nuper exortas no-

verimus. Huiusmodi dissidi um, favente atque opitulante Dei gratia, componere potuimus; quum enim plures ex vobis, qui elapso mense Romam petierunt, notationibus Nostris laudabiliter obtempera verini, pax et concordia illico restituta est. Nunc vero ad hanc animorum consensionem firmandam tria potissimum per praesentes Litteras declaranda censuimus.

I. Quoad Patriarchalia iura, privilegia, munera, praerogativas nihil detractum volumus aut imminutum; simul tamen Venerabilem Fratrem Nostrum Patriarcham Antiochenum Graeco-Melchitam enixe rogamus, ut eiusdem nationis episcopos, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei,* ea qua par est, reverentia prosequatur et fraterna caritate complectatur, iuxta B. Petri Principis Apostolorum praeceptum : *Neque ut dominantes in eleris, sed forma facti gregis ex animo* (I. Ep. V, 3), cui consonant praeclara Bernardi verba: *Magis agat caritas, quam potestas.*

II. Praeterea episcopos omnes eiusdem nationis monemus, ut praelaudato Patriarchae tamquam legitimo Praesuli honorem et obsequium exhibeant, debitamque obtemperationem praeseferant; quod si quaedam suboriatur inter ipsos controversia, eam primum Patriarchae iudicio demisse subiiciant; si vero rem dirimi non eveniat, ad Sedem Apostolicam reverenter deferatur.

III. Ad praecavendas futuras iurium contestationes, optime valitura est Synodi Nationalis celebratio. Quocirca, quemadmodum alias vobis commendavimus, ita nunc per praesentem epistolam praecipimus; ut huiusmodi Synodus quantocius convocetur, in qua de iuribus Patriarchae et episcoporum, de recta fidelium administratione, de cleri disciplina, de monachorum vel aliis piorum institutis, de missionum necessitatibus, de cultus divini decore, de sacra liturgia, de cognatisque agatur rebus, quae diligenter cautissimeque sunt reputandae ad maiorem Dei gloriam procurandam et Ecclesiae graeco-melchitae splendorem augendum. Uti penes alias orientales ecclesias Synodi nationalis celebratio maximo fuit emolumento pro negotiis componendis et ecclesiastica disciplina instauranda, ita vestrae Ecclesiae ex legum scriptarum elucubratione et promulgatione praeclaros fructus profecturos, Nobis iure merito pollicemur.

Nunc vero, antequam finem praesentibus litteris imponamus, intimo Nostri cordis affectu vos hortamur et obsecramus,

ut quotidie magis arctissimo caritatis foedere devincti, *solliciti sitis eum omni humilitate et mansuetudine servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Nemo enim vestrum ignorat quantopere ad totius Ecclesiae bonum et ad reconciliationem dissidentium fovendam intersit, animorum, voluntatum et sententiarum concordia- Quapropter certa Nobis spes est, Venerabiles Fratres, futurum ut vos paternis hisce monitis, desideriis, postulationibus libentissime obsequentes, dissensionum germina radicitus evellere ac ita gaudium Nostrum implere velitis, omnesque gravissimi vestri muneris partes obire ad consummationem sanctorum in aedificationem corporis Christi. Persuasum vobis sit deliberatum esse Nobis ea omnia praestare, quae ad maiorem ecclesiae graeco-melchitae utilitatem pertinere posse noverimus. Interim in humilitate cordis Nostri Deum oramus et obsecramus, ut caelestium charismatum copiam vobis propitius largiatur. Ac divini praesidii auspicem et flagrantissimae illius, qua vos in Domino amplectimur, caritatis testem, Apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, cunctisque clericis laicisque fidelibus graeco-melchitis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Iulii anno MDCCCC, Pontificatus Nostri XXIII.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

VERSALIEN, SEU PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 19 Maii 1900.

Sess. 24 Cap. 5 de ref. matr»

COMPENDIUM FACTI. Ioanna, nobilibus orta parentibus, *die 3 Iulii 1883,* viginti annos vix attingens rite matrimonium iniit cum Victore, in pago vulgo *Boulogne-sur-Mer,* dioecesis Versaliensis.

Hae nuptiae haud felices successerunt: videtur enim Ioanna haud Iubenti animo viro nupsisse, sed metu dumtaxat, minis, coactione matris compulsa, quae cum Victoris divitias inhiaret, huiusmodi matrimonium conciliare volebat. Quam vero aerumnosa fuerit vita coniugalis, narrat mulier in suo supplici libello : « La vie conjugale avec Monsieur Victor a durée deux ans et trois mois pour le monde, mais, en réalité, pour un motif qu'il me repugne d'écrire, une séparation de fait, existait dès le sixième mois après mon mariage... Une vie intolérable, m'a obligée à demander la séparation de corps... ». Hac de re, percrescentibus domesticis contentionibus, Ioanna marito valedixit et a tribunali civili corporum bonorumque separationem obtinuit ; donec vir, ut alteri nuberet mulieri, ab eodem laico tribunali sententiam divortii habuit.

Interim infelix mulier cupiens et ipsa novas inire nuptias Curiam Versaliensem adiit, postulans ut matrimonium hoc nullum declararetur ob defectum consensus. Ordinarius Versaliensis, hoc accepto libello, per iudicem delegatum processum instituit: actricis, eiusdem matris ac plurium testium iuratas depositiones excepit, quas inter legitur testimonium sac. Débette, qui actricis confessarius fuit, et, si vera narrantur, sua morali auctoritate [usus est ad flectendum puellae animum; vir etiam formiter citatus fuit, sed in contumacia permansit. Quare, iudices delegati, omnibus perpensis, die 19 Ian. 1897 hanc dederunt sententiam:

« Attendentes quod si testes maiori ex parte cognatione aut amicitia cum actrice coniunguntur eiusdemque infortunio commoti apparent, tales sunt tamen de eorum honestate et prudentia informationes ut eorum testimonio certa fides adhibenda sit ;

» Attendentes quod ex processus actis constat Ioannam ad suum matrimonium cum Victore consensum dedisse ob metum reverentialem :

» Attendentes quod proinde iudicandum est an metus ita

•gravis fuerit ut praedictus consensus non satis libere datus fuerit ad valide contrahendum ;

» Attendentes quod propter severam actricis educationem et eius indolem metus gravis esse videtur;

» Attendentes quod actrix nec a patre nec ab amicis seu cognatis adiumentum habuit, cum illi matri imperanti resistere non ausi sunt vel noluerunt;

» Quod mater ipsa, vel cum sponsi ad magistratum ut civilem actum concluderent accesserunt, vel in secreto et privato colloquio cum D. De Roy er, confessa est se filiam ad hoc matrimonium coegisse et eius infelicitatis causam fuisse ;

» Quod, in statu rerum et personarum familiae mulieris minae a matre filiae suae incussae talis naturae erant, ut praedictae actrici metus gravis causa fuerint ;

» Quod proinde conditiones a Theologis requisitae ut matrimonium nullum declaretur, in causa reperiuntur ;

» Iudicamus et declaramus constare de nullitate matrimonii contracti inter Victorem et Ioannam ».

Ab hac sententia vinculi Defensor Versaliensis appellationem interposuit apud Curiam Parisiensem, quae re diutius discussa, post novas inquisitiones, die 20 augusti 1898 sententiam iudicis Versaliensis confirmavit. Cum autem vinculi defensor ad S. C. C. appellationem interposuerit, iudex Parisiensis acta transmittens, haec simul significanda •dixit.

« Causa quippe valde difficilis visa est; facta enim quamvis plene probata nec ita multa sunt nec gravia. Simul tamen sumpta sufficientem vis et metus probationem instruere visa sunt pluribus ex adlectis consultoribus et assessoribus, itemque mihi.

» Consideratum namque fuit actricem, praeterquam est perfectae religionis et omnimodae honestatis, eius etiam fuisse et esse indolis, eius erga Matrem timidae et demissae subiectionis, ut vix et ne vix quidem mediocri vi morali ab illa incussae resistere potuerit; et vicissim Matrem

ea auctoritate eoque imperio praeditam esse, et ita austeram se habuisse ac habere erga filios, ut nec resistentiam nec etiam obiectiones admiserit aut admittat.

» Haec utriusque indoles quae interrogantibus iudicibus et assessoribus manifesta apparet, ingens pondus addere visa est factis ab actrice eiusque testibus allegatis, et Tribunalis iudicium in nullitatem pronuntiandum inclinavit ».

« Pauca nunc addam circa facta causae. Vir pluries citatus non modo non comparuit, sed litteras emisit iudici potius iniuriosas.

» Quod vero attinet ad presbyterum *Débette,* qui partes: non minimas in negotio habuit et coniugio benedixit quantum in quaestionibus pressus ita se cunctantem exhibuit aut immemorem ut de sua bona fide suspicionem nobis iniecerit ».

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CANONISTAE. Ad iuridicum itaque processum quod attinet, haec mihi notatu digna esse videntur. In hoc processu deest in primis viri depositio, eiusdemque septimae manus testimonium. Res sane, ut quisque videt, gravissimi momenti. Verum id non equidem Iudicum- culpae tribuendum est, sed irrationabili prorsus ac pertinaci renitentiae : qui, Iudicibus Versaliensibus benigniter rogantibus, ut coram Episcopali Curiae Sherbrooke Canadensis Civitatis, quo, tunc ipse degebat, responsiones de more dignaretur edicere inurbane audaciterque id praestare detrectavit. Hinc in hoc processu habentur tantummodo Actricis eiusdemque septimae manus testimonium, una cum nonnullis testibus, sive a Iudice sive a vinculi Defensore, ex oificio citatis. Hi plurimum adlaborarunt, ut in iudicium illi praesertim arcesserentur testes, qui ad familiam viri utcumque pertinerent, aut de negotio hoc instructos esse scirentur. Sicque satis, ut reor, suppletum fuit stultae viri• repulsas, cuius alioquin testimonium, etiamsi causae huic accessisset, considerata

eius in uxorem vehementi animi indignatione, merito uti suspectum habendum esset.

In horum testium examine (diverse ex Iudicum commissione peracto) tam in prima quam in secunda instantia servata est ad unguem norma, a Constitutione Benedictina *Dei miseratione* et a S. C. C. Instructione praescripta. Hoc unum in actis adnotatum non reperi, utrum scilicet in examine Domini Radiguet, delatum ipsi fuerit iuramentum de veritate dicenda, atque de secreto servando. Ceterum firmiter teneo iuris praescriptum, etiam quoad hunc testem, fuisse ad amussim servatum; at amanuensis forte oscitantia, in acta non relatum. Magnopere optaverim, quod Iudices, saltem inter acta extraiudicialia, inseruissent causas et sententiam declaratoriam divortii matrimonii a civili Tribunali Boulogne-sur-mer latam. Nemo non videt, quod documentum hoc, novum pondus maioremque lucem quaestioni huic addidisset.

Pauca nunc de testium fidei dignitate atque veracitate. Sane, utraque videtur ipsis omnino adscribenda. Siquidem, Iudex primae instantiae, sententiae prolationi, haec praemittit: « Attendentes quod si testes maiori ex parte cognatione aut amicitia cum Actrice coniunguntur, eiusdemque infortunio commoti apparent, tales sunt tamen de eorum honestate et prudentia informationes, ut eorum testimonio certa fides adhibenda sit ». Horum autem testium, non sententiarum tantum, sed interdum verborum quoque miram congruentiam, non collusionis vitio (quod ex actis minime apparet), sed ipsimet rerum gestarum evidentiae, arbitror esse tribuendam. Parem iis haud videntur fidem mereri, Reverendus Dominus Alphonsus Débette arctissimo amicitiae vinculo familiae viri devinctus, Dominus Eques Alexander de Guillebon, et Paulus d' Anville, ambo consanguinei viri. Etenim explorata res est, hos, in hac causa, partium studio duci, prout constat ex eorum ad comparendum reluctatione, animique cunctatione, qua ad propositas quaestiones reposuerunt. Placeat ex ore Iudicum audire, quid praeser-

tim de Presbyteri Débette veracitate sentiendum sit. Reverendissimus Vic. Generalis Dioecesis Atrebatensis, haec sígnate testatur : « Quant à Mr. Débette, que j'ai vu deux fois, et que j'ai supplié de parler en toute sincérité, je suis moins rassuré. J'ai bien de croire d'après son attitude, qu'il ne dit pas toute sa pensée ». Eiusdem opinionis fuit Reverendissimus Dominus P. Monlezun, qui Iudicis munere fungebatur, quum praelaudatus Débette, Lutetiae Parisiorum iterum interrogare tur. « Quod attinet, ait, ad Presbyterum Débette, qui partes non minimas in negotio habuit ; et coniugio benedixit, quantumvis quaestionibus pressus, ita se cunctanctem exhibuit aut immemorem, ut de sua bona fide suspicionem nobis iniecerit ».

Atque de processu testiumque veracitate satis. Restat nunc, ut de ipso causae merito , paullo fusius disseramus. Agitur, ut quisque sentit, de re gravissimi momenti, difficillimaeque solutionis; quippe quod iudicandum sit, de valore interioris actus, a quo ratio ac existentia sacramenti, in individuo pendet. Quocirca ne in tanti ponderis negotio, temere leviterque incedamus, prae primis statuenda sunt principia tutissima ex Iuris Pontificii doctorumqne fontibus derivata, quae et causam nostram pressim respiciunt, continentque rationem, seu criterium pro aequa quaestionis solutione.

Comperta res est, ad validitatem matrimonii ex iure naturali civili et ecclesiastico, omnino requiri mutuum liberumque contrahentium consensum. Libertas autem consensus, coactione metuque potissimum adimitur. Verum, non quaevis coactio et metus libertatem tollit et matrimonium invalidat, sed ille tantummodo metus, quem ius Canonicum, *De Spon. et Matr. C.* Consultationi, dicit *cadere in constantem virum;* metus scilicet, gravis et iniuste a causa libera incussus, ad extorquendum consensum in matrimonium. Huc spectat metus reverentialis, immo hic metus, ni me fallit opinio, aliquid addit supra metum cadentem in constantem virum, si contingat, quod austerus

atque truculentus parens, filiae sequioris aetatis levique animo natae, serio animo minatur, nisi contrahat, eadem ipsa mala, quae Doctorum sententia, valent ex sese incutere metum cadentem in constantem virum. Eiusmodi sunt: eiectio extra paternam domum, exhaeredatio, in monasterium detrusio, ac perpetua interdictio alteri nubendi. Si igitur plane constiterit, quod puella matrimonium contrahat, ad huiuscemodi mala praecavenda, tunc communi Iuristarum ac Theologorum suffragio, matrimonium istud, nullum irritumque decernitur. Quoniam autem huic causae, apprime cohaerent, quae fusiori calamo disserui in causa Coloniensi, anno 1897 coram S. Congr. Conc. agitata; ubi iuris principia atque Doctorum placita quoad hanc rem, cumulate recensui; ideo ne actum iterum agam, quod vetamur, inquit Tullius, veteri proverbio, ad illam EE. W. remitto.

Porro, ex hisce praesuppositis principiis, ad praesentem facti speciem collatis, evidenter conficitur nullitas matrimonii, de quo agitur ex capite vis et metus, iamdudum a Versaliensi ac Parisiensi Curiis concorditer definita. Quam quidem sententiam, arbitror veritati esse consonam, idcirco auctoritate apostolica confirmandam.

Ut autem facilius ac evidentius pateat ratio modusque ad huius quaestionis solutionem, operae pretium duco elementa congerere, quibus nullo negotio, et certo, dignosci potest natura et valor consensus a Ioanna praestitus. Haec, meo iudicio, sunt utriusque contrahentis, nec non matris Actricis indoles atque mores.

Indoles viri. — Notoria erat mariti efiraenata licentia; eius enim animus in turpi libidinis coeno haeserat, simulque ludis ac ebrietatibus iugiter intentus, et licet nobili genere natus, ex diutina tamen rudi um hominum societate, rusticus et ipse, agrestisque evasit. Vel ipsemet R. D. Alph. Débette amicus, et fautor eiusdem viri fatetur quod ille « était d'un caractère emporté, un peu brutal », et quoad mores: « la bonne paraissait très-intime avec Mr. Victor avant le mariage : on disait qu'il s'entendait avec elle ». Dominus

Chambón de eodem haec testatur: « Mr. Victor était mon camarade au régiment. Il était sans conduite, s'adonnant à la boisson, ne se plaisant que dans des milieux inférieurs et interlopes. Il était connu comme tel par tout le monde ». Et ut de ceteris sileam Domina Arnoult fatetur, dominum Victorem esse «très-emporté, débauché, s'amusant avec des ouvriers, buveur ».

Indoles uxoris. — Ioanna prorsus oppositam indolem praeseferebat. Sic eam graphice describit Rmus Dominus P. Monlezun, Iudex in secunda instantia. « Consideratum namque fuit Actricem, praeterquam est perfectae religionis et omnimodae honestatis, eius etiam fuisse et esse indolis, eius erga Matrem timidae et demissae subiectionis, ut vix et ne vix quidem mediocri vi morali ab illa incussae resistere potuerit ». Praestat, hac in re, unum vel alterum etiam audire testem. Ac Dominus quidem Clemens de Royer, qui familiam mulieris ab infantia agnoscebat, testatur : « Mlle Jeanne était une jeune fille charmante sous tous les rapports, d'un tempérament nerveux, très impressionnable, d'une nature sensitive facilement accessible à l'émotion et à la crainte». Dominus Chambón sic deponit: « La jeune fille que j'ai beaucoup vue à Boulogne.... était très-douce, très-timide, même sans volonté; la volonté de ses parents était la sienne ». Tandem Dominus Radiguet deponit: « La future a un caractère mou, sans défense, et prête à subir les impressions que la première personne venue voudra lui donner ».

Indoles Matris Actricis. - Idem Rmus Dominus P. Monlezun, in *considerandis* prolationi sententiae praemissis, indolem matris sponsae hisce verbis expressit : « Attenta indole indomita, imperiosa et violenta matris, ut facile constet de visu etiam his in diebus ». Et in epistola ad Emum Card. S. Congr. Concilii Praefectum missa, de eadem matre ait : « ea auctoritate eoque imperio praeditam esse, et ita austeram se habuisse et habere erga filias, ut nec resistentiam, nec etiam obiectiones admiserit, aut admittat ». Id-

qué plane eruitur ex sequenti Domini C lern. De Royer testimonio : « Madame de M. est une femme d'un caractère très-autoritaire, qui n'admettait de la part de ses enfants ni objection, ni discussion à ses ordres. La moindre velléité de résistençe était immédiatement réprimée. Ses deux filles, élevées d'après ces habitudes de sévérité exagérée, en ont conservé une sorte de timidité craintive, qui est facile à constater. Sur une nature aussi douce que celle de Madame Jeanne, la brutalité maternelle produisait une véritable terreur ».

Ast quorsum spectat, dicet forte aliquis, harum personarum germanae indolis recensio ? Plurimum sane. Ex eo enim, ut superius notavi, pendet quam maxime, rectitudo et veritas iudicii, circa naturam assensus in matrimonium, a Ioanna praestiti. Vel ipsimet Iudices fassi sunt, quod fundamentum et ratio coacti consensus in Ioanna, repetendum sit, ex relatione et concursu indolum praedictarum personarum. Siquidem ait saepe citatus Rmus Dominus P. Monlezun : « Haec utriusque, sponsae scilicet et eius matris, indoles quae interrogantibus iudicibus et assessoribus manifesta apparet, ingens pondus addere visa est factis ab Actrice eiusque testibus allegatis, et Tribunalis iudicium in nullitatem matrimoni pronuntiandam inclinavit.

Videamus itaque quaenam sint haec facta ab Actrice allegata, quibus probat se coacte consensisse in matrimonium cum Domino Victore. Haec sunt :

Ineluctabilis et constans aversio quam Ioanna experta est erga virum, sibi a AI atre impositum. — « Je trouvais, fatetur Actrix, Monsieur Victor grossier, très-brutal; j'éprouvais de la répugnance pour lui ». Idque confirmat Iudicibus Parisiensibus, aiens : « J'ai toujours répoussé les propositions d'épouser Mr. Victor. A première vue, il m'a paru brutal, mal élevé, grossier. Cette antipathie s'est manifestée, dès le début, dans une rencontre chez des amis, où il nous avait fait'à tous une très mauvaise impression. J'ai fait connaître à ma mère ma résolution de na pas l'é-

pouser, dès la première fois qu'elle m'a parlé de projet de mariage____A la premiere annonce, j'avais manifesté un mouvement de révolte aussi vif que je pouvais le donner avec le caractère de ma mère... J'ai renouvelé mon refus chaque fois que la question du mariage revenait ».

Tentamina omnigena a Ioanna adhibita ut vitaret tam sibi odiosum matrimonium. — Iudici Versaliensi Ioanna fassa est : « J'ai parlé de ma répugnance d'abord à ma mère, en disant que ce mariage me déplaisait, puis à ma sœur et à mon beau-frère qui vivaient avec nous. J'en ai parlé aussi à un abbé qui était mon confesseur. Je suis allée le trouver à la sacristie, et je lui ai expliqué les répugnances que m'inspirait ce mariage. Comme il connaissait Mr. Victor, j'ai demandé un conseil en lui disant: - Il est extrêmement brutal, grossier: aidez-moi, conseillez-moi, vous qui le connaissez et moi et ma situation -. Il m'a répondu : cela s'arrangera, mariez-vous - ». Eadem iterat Iudicibus secundae instantiae: « Je leur (sorori scilicet et cognato) ai démandé d'intervenir auprès de ma mère... Après le scènes de ma mère, mon beau-frère et ma sœur me consolaient, me promettant d'intervenir, d'influencer ma mère. Ces conversations, ces confidences se sont renouvelées souvent, toujours dans le même sens... J'ai déjà dit que j'avais essayé plusieurs fois de faire intervenir surtout mon beau-frère. Il me semblait que la qualité d'allié, de nouveau venu dans notre famille, soustrait jusque là aux violences de ma mère, lui donnerait, plus d'autorité auprès d'elle, que nous n'en avions nous qui étions habituées à faire la volonté de la mère. Deux jours avant le mariage j'ai demandé à ma mère de retarder le mariage, pour gagner du temps ; avoir une chance de la faire rompre ; et peut-être arriver à décourager Mr. Victor, en lui fournissant l'occasion d'une rupture ».

Plura adhuc possem heic afierre eiusdem actricis testimonia, sed haud necesse est, quippe quod ex hactenus recensitis, luce meridiana clarius innotescit, quod ante nu-

ptialem ritum, Ioanna nunquam virum suum adamaverit, quinimmo diu multumque obnisa est, ut solverentur sponsalia, et tam sibi invisum matrimonium impediretur.

Obiectio. — Harum nihilominus attestationum vim, haec duo mihi enervare videntur : nimirum quod ipsa Actrix adhortata est futurum coniugem, ut sibi polliceretur, initis nuptiis, se pravorum hominum societatem fore relicturum: « Je lui avais demandé de me promettre quand il serait marié de les quitter ». Deinde quia fassa est, se maiori aestu iuvenem quemdam amore deperiisse (qui me plaisait davantage), quocum contrahere inhiabat.

Resp. — Haec quae superficie tenus innuere videntur Ioannam tandem acquievisse matrimonio cum Victore contrahendo , nihilominus , mature perpensis tum declarationibus, quas ipsa, Iudicibus exquirentibus, edidit, tum obfirmata Victori non nubendi voluntate, consensus iste penitus evanescit. En itaque Actricis declarationes. Ad primum respondit : « Je n'acceptais pas le mariage , mais je cherchais seulement par tous les moyens à combattre ses idées, je me débattais, je cherchais à changer le mari qu'on m'imposait. Je ne voulais pas qu'il pût me dire plus tard: Pourquoi ne m'avez-vous pas fait ces observations avant le mariage ? » Ad secundum : « Je déclare retirer le mot *davantage* parce qu'il semblerait indiquer par comparaison que Monsieur Victor me plaisait un peu, tandis qu'il ne m'a jamais plu ».

Mater ad extorquendum Filiae consensum, adhibuit nedum instantissimas et continuas preces, sed verba etiam aspera minasque sane graves. - Ut primum, ait Ioanna, denegavi consensum, « ma mère me dit - Vous ne pouvez rien lui reprocher, vous ne le conaissez pas -, et après des cris de colère, elle me signifia que j'aurais à le recevoir le soir. Elle ajouta qu'elle voulait que je sois polie et aimable. Ma mère me répétait... que j'étais une enfant, que je ne connaissais rien de la vie, que tout cela était des enfantillages ». Quoad minas sibi illatas ad assensum in matrimonium ex-

torquendum, haec Iudici Versaliensi fatetur: « Ma mère m'a dit qu'elle m'abandonnerait, qu'elle me metterait au Couvent, qu'elle refuserait son consentement à tout autre mariage, et qu'elle me déshériterait, - c' est elle qui a la fortune - et qu'enfin, si je ne voulais pas céder, elle me renverrait à mon père, qui à cette époque voulait aller en Afrique, qu'elle ne me donnerait pas un sou ».

De eisdem minis iterum loquens coram Iudice Parisiense, addebat: « M'affirmait, à chaque fois, jamais, je ne te donnerai un autre consentement. Elle me disait cela tout à fait en colère criant si fort qu'on l'entendait chez le voisins; bousculant les meubles, frappant les portes. Cependant, elle ne m'a jamais frappée, ni menacée de coups. Ces scènes me troublaient d'autant plus que je la savais atteinte d'une maladie de cœur, et que chaque impression pouvait aggraver son état. Je pleurais alors et je me taisais à cause de cela. Ma mère alors me boudait : nous ne nous parlions plus jusqu'à la prochaine visite de Mr. Victor. Les scènes étaient continuelles. Les menaces dont j'ai parlé plus haut se réitéraient à chaque fois, qu'on venait de parler de mariage, soit entre ma mère et moi, soit devant mon beau-frère et ma sœur disaient: - Laissez-la donc tranquille; vous avez le temps de la marier___-. Ma mère répondait : « Pourquoi ne pas prendre celui-la et en vouloir un autre ? »

luges hae minae adeo levem Ioannae animum affecerunt, ut ipsi die noctuque moerorem lacrymasque excusserint, ac in desperationem coniecerint. « J'étais triste et abattue continuellement; cet abattement a été remarqué en particulier par Mr. Angliviel de la Beaumelle, et d'autres personnes, sur la plage à Boulogne-sur-Mer. J'avais des crises de désespoir tous les soir, provoquées par cette pression qui pesait sur moi, par cette perspective de sortir d'un enfer pour passer dans un autre. Je passais une partie de mes nuits à pleurer, et plus d'une fois, si j'avais eu* sous la main de quoi attenter à mes jours, je l'aurais fait ».

Ioanna, ut vidimus supra, imminentibus iam nuptiis,.

matrem instantissime adprecata est, ut matrimonio moras necteret. Cui illa reposuit: « que tout était prêt, que les préparatifs étaient faits, que ce n'était pas convenable, qu'il y avait des étrangers invités, qu'on ne pouvait pas les décommander, que c'était se couvrir de ridicule devant la Ville. Elle s'est emportée plus violemment qu'à l'ordinaire, criant à se faire entendre partout, élagnant les por-¡* tes, bousculant tout me disant - que je n'avais pas pour elle de piété filiale -. Elle pleurait, sanglottait, disant que c'était de parti pris, que je n'avais rien de particulier contre Monsieur Victor, que mon refus avait pour but de la contrarier, qu'elle avait très bien réussi pour le mariage de ma sœur; qu je ne connaisais pas la vie, et qu'elle ne voyait pas les motifs de ma résistance etc. ». Ex his testimoniis quemadmodum ex pluribus aliis, quae afferre possem, ceu corollarium infertur, illud quod cardo est totius nostrae disputationis, scilicet, quod

Ioanna sub inevitabili vis metusque coactione consensit in matrimonium. - Quod vi metuque matris compulsa, Ioanna confece rit nuptias, haec verba evidenter demonstrant : « Je n'ai pas pu faire autrement. Ma mère me faisait des menaces; ma vie serait devenue intolérable. Alors, j'ai cédé aux insistances de ma mère ». Iam vero huic testimonio insistendo aliisque superius citatis, clare evidenterque deprehenditur, quod in facti specie propositi, conditiones omnes concurrunt, quas iura ac Doctores exposcunt ad irritandum matrimonium *ex capite vis et metus.* Siquidem, in casu, defuit conditio *sine qua non,* hoc est *causa efficiens* matrimonii, quae iuxta Concilium Florentinum, *est voluntas contrahendi mutuo consensu expressa.* Etenim, ut ex testimoniis allatis constat, Ioannae haec voluntas contrahendi omnino defuit : idque patet perspicue : 1. ex constanti eius aversione a viro, quem nedum non adamavit unquam, sed odio habuit, unde et eius visitationes nonnisi aegre, frigideque, immo vero coacte excepit; 2. ex iugi resistentia (precibus lacrymisque) Matri opposita, nec non

ex adscito tum sororis et cognati, tum conscientiae moderatoris adiumento, et labefactandam nimis obstinatam Matris saevitiam, quae maternae pietatis immemor, reiteratis minis praepedivit coercuitque filiae libertatem, eamque ad tantopere optatum consensum tandem compulit.

De harum gravitate minarum, opus non est ut pluribus commemorem, adeo enim abnormes ac diutinae erant, ut nedum timidae puellae, sed viri etiam fortissimi animum deiicere valuerint. Nec hic est praetereundum, quod habito respectu seu ad Actricis ingenium, aetatem timidissimamque indolem, seu ad Matris indomitam, imperiosam ac violentam indolem, consiliique tenacitatem, melioris sane causae dignam, minae illae, non graves, sed gravissimae censendae sunt. Huc addendum etiam, quod Ioanna, non solum mala illa gravissima pertimuit, quae a matre iugiter sibi minabantur, sed metuit quoque de morte aut certe de infortunio aliquo, quod ex denegatione sui consensus, eidem matri, cordis infirmitate iam laboranti, accidere potuisset. Vel hoc solum malum, ab eadem Ioanna uti sequuturum praevisum, et ad penitus devitandum parata, sat superque sufficeret ad libertatem consensus sibi adimendam.

Cum igitur ex Actricis depositione probatum maneat, quod minae graves a matre in filiam intentatae fuerint ad extorquendum eius consensum in matrimonium, hocque initum fuerit sub inevitabili vis metusque pressione, iure meritoque, iuxta canonicas sanctiones concludendum est, quod *Ioanna invalide contraxit.*

Obiectio. - Contra hanc conclusionem , una difficultas opponi potest, quae licet nullius sit ponderis, enodanda tamen est, ut quaevis suspicio, de eiusdem conclusionis veritate repellatur. Mater itaque Ioannae, stimulis certe conscientiae perculsa, cum primum municipalem aulam ingressa est, ait filiae : « Mon enfant il est encore temps ; dis-moi si tu consens, si tu veux ». Qua agendi ratione, et vexationibus destitit, filiamque suam ad pristinam libertatem restituit: hinc integrum ipsi erat, aut resiliendi aut acce-

ptandi matrimonium cum Victore. Cum igitur Ioanna nihil ad haec reposuerit, nuptiasque de more confecerit, concludendum est, quod plena et libera voluntate id peregerit, ideoque valide contraxit.

Resp. - Audiamus nunc qua ratione Ioanna, sese ab hac difficultate extricat. « Si je, inquit, n'ai pas répondu, c'est parce qu'il était trop tard, parce que l'escandre de mon refus en ce moment, en toilette de mariée, devant les invités, aurait été bien plus grand que celui qui avait fait reculer ma mère, deux jours auparavant quand elle prétendait qu'il était impossible de retarder... Je n'ai pas reculé, parceque j'étais dans l'impossibilité de le faire. J'étais anéantie, je me suis laissé conduire, j'ai subi le mariage, je n'y ai pas consenti de mon propre gré, je ne l'aurais jamais fait, ma volonté n'était pas du tout d'accepter le mariage. C'est d'autant plus vrai que je ne l'ai pas accepté même quand il a été fait ». Quisque videt, quod hac Actricis responsione, magis atque magis roboratur conclusio. Etenim, perpensis omnibus rerum circumstantiis, meticuloso praesertim Ioannae ingenio, deliberandi difficultate, ex angustia temporis orta, vehementique animi perturbatione, resiliendi potestas in Ioanna ne concipi quidem potest. Quocirca in eadem pristina vis metusque coactione permanens, nuptias egit. * ^

Huius insuper coacti consensus non leve argumentum est, ni fallor, inusitata illa ratio, qua Ioanna se gessit, dum nuptialem ritum conficeret coram ministro tum civili, tum ecclesiastico. « A la mairie, inquit illa, et à l'Eglise, j'ai donné un oui de la tête ». Age porro: quamvis ex iuris praescripto et Doctorum trita sententia, matrimonialis consensus nutibus ac signis exprimi valeat, nihilominus, docente Conc. Florentino, « consensus regulariter per verba de praesenti exprimendus est: et Lib. IV, c. XXV De Spons. et Matr. statutum fuit, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum; sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consen-

sum exprimentia de praesenti ; nam surdi et muti possunt quidem contrahere matrimonium, per consensum mutuum sine verbis. Pontifex igitur hoc decreto decernit, quod surdi et muti possunt certe sine verbis exprimere consensum, at non ita qui loquela auditoque donantur. Idcirco hi in facie Ecclesiae non reputantur coniuges, nisi certo constiterit, verba consensum exprimentia protulisse, vel saltem signa ab iis edita, adeo evidentem ac certam connexionem habeant cum interiori consensu, ut quaevis prudens dubitatio procul pellatur. Quum itaque Ioanna, nec surda nec vero muta extiterit, non equidem capitis inclinatione sed apertissimis verbis, ut moris est, interiorem animi consensum exprimere debuisset. Quod cum non fecerit, nec aliunde probari potest, quod verecundia aut rubore suffusa, sic consenserit ; concludendum est, quod *in casu* consensus per simplicem capitis inclinationem, non fuerit idoneus nec sufficienter expressus, proindeque actus ille externus, omnibus sedulo perpensis, sincerum Ioannae assensum haud promebat. Unde videtur omnino tenendum, quod Ioanna ad ita agendum fuerit compulsa, morali quadam necessitate, studioque sese ab iniusta Matris vexatione redimendi. Idque evidenter confirmatur, ex eo quod aegre admodum, contractum matrimonialem subscripsit. « J'ai signé mais à contre-cœur ». Porro, contractum contra renitentem voluntatem initum atque firmatum, nemo (quoad sciam) audet proclamare nec etiam imperfecte voluntarium, latque in foro conscientiae validum.

Obiectio. — Ast hic oboritur difficultas minime spernenda. Ex actibus processualibus constat, quod coniuges sex saltem mensibus una vixerunt et coniugium opere compleverunt. Ergo Ioanna ratum firmumque habuit suum matrimonium.

Resp. — Verum illatio ista nullatenus tenet. Siquidem ex eo quod per aliquod temporis spatium, individuam vitae consuetudinem cum marito egerit, coitumque exercuerit, haud iure recteque infertur, quod matrimonium iam nullum,.

citi demonstravimus, ex defectu requisiti consensus, convaluerit postmodum per subsequutam cohabitationem et exercitam copulam. Ratio est, quia Ioanna neutri libere ac sponte acquievit. Qua de re audiamus ipsam Actricem. « Je ne me suis jamais considérée comme étant mariée, le consentement que j'ai donné m'ayant été arraché par violence. Ces relations, vitae scilicet coniugalis, je les croyais licites, ont existé dans le début, elles ont duré très peu de temps, à cause de la répugnance profonde qu'il m'inspirait ». Idipsum explicatius repetit confirmatque coram Iudice secundae instantiae, aiens : « Si j'ai dit, à Versailles, que je croyais les relations conjugales licites, j'ai voulu dire q'il ne m'était pas possible de m'y soustraire naturellement, ou que je ne croyais pas qu'elles engageaient ma conscience. Du reste, de fait, j'ai tout fait pour y échapper ; je n'ai pas été assez forte contre Mr. Victor, et c'est absolument par violence qu'il a consommé le mariage ». Ioanna ex hoc primo concubitu per vim extorto, probrosum morbum contraxit, de quo ipsamet mentionem facit, tecto tamen sermone verecundiae causa ; de eadem re explicate loquuntur, Soror Actricis, cognatus, Domina Arnoult, et Advocatus A. Sanlis qui testatur : « il résulte de ce que j'ai su, que cette malheureuse jeune fille (Ioanna), a été livrée à une situation terrible. Elle a été odieusement sacrifiée, jusqu'à contracter une maladie honteuse »; additque: « Le Tribunal civil, lui a attribué, exceptionnellement à titre de dommages-intérêts, même en cas de précédés de Monsieur Victor à cause de la -situation que lui avait fait le mariage, une pension alimentaire ». Non obstante itaque cohabitatione et copula[1], coactio vis et metus perduravit in Ioanna. « *Metus* autem, ait Didacus Covarruvias, *Tom. II, pag. 144,* non purgatur nisi per spontaneam cohabitationem tanti temporis ex qua possit praesumi sublatam fuisse timoris causam, et spontaneum consensum accessisse ». Insuper cohabitatio esto diuturna, per se non ratificai matrimonium, quando in eo qui metum passus est, animus defuit illud ratihabendi prouti

in casu liquido apparet. Siquidem Ioanna huic coniugio perpetuo abhorruit, quamdiu cum marito vixit, dissensiones acerrimas, obloquutiones, ac iurgia cum eadem indesinenter habuit, ipsamque copulam nedum raro et sine ullo maritali affectu, sed invito animo, immo vero coacte perfecit. « C'est absolument par violence qu'il a consommé le mariage ». Nunc autem ex Causa XXVII, q. 2, c. I. Matrimonium non coitus facit, sed voluntas, Cf. Gonzales, Comm. super C. XXI, n. 4, De Spons. et Matr. Rursus, nec hic obstat praesumptio liberi Ioannae consensus in matrimonium, orta ex diuturna cohabitatione, de qua loquitur C. XXI ad id De Spons et Matr., quoniam ibi, ut notat Glossa, agitur de cohabitatione pacifica, per patientiam; dicit enim eo ipso quod in domum viri traducta patienter perfecit aetatem et amplius praesumitur consensisse. Cf. Gonzales, loco citato, et Covar uv vi as De Matr. Pars 2, c. V, § -6, num. 1.

Hactenus testimoniis Actricis matrimonii nullitatem ex capite vis et metus demonstravimus; superest nunc, ut videamus, an hoc ipsum comprobari queat ex septimae manus testimonio. Et ita plane. Nam vel ipsemet Alexander de Guillebon et Paulus d'Anville consanguinei Viri, ac Rmus A. Débette, quos, notorium est, ut superius vidimus, mariti partes tueri, nullum solidum argumentum in medium proferunt, ex quo liceat inferri, quod Ioanna consenserit in nuptias. Testantur enim: I° se nihil scire de minis a Matre Sponsae illatis. 2° in actu celebrationis matrimonii, nil insoliti in eadem animadvertisse. 3° eius consensum « non suffisamment libre ». 4° demum matrimonii dissolutionem tribuunt discrepantiae characterum coniugum et aestuanti Ioannae desiderio alteri nubendi. Porro ex his argumentis prorsus negativis, nefas est inferre Ioannam libere consensisse. Ceterum notatu digna sunt verba illa, ab utroque parente viri in iudicio prolata, scilicet : « le consentement a été suffisamment libre ». Ergo, iuxta ipsos, consensus ex parte Ioannae non fuit undequaque liber.

Reliqui testes rogati, facta omnia a Ioanna allegata ?

voce concordi iureiurando confirmant. Horum testimonia, ut optatae brevitati studeam, non singillatim, sed summatim attingam, .diligenterque adnotabo loca, ubi ceterorum testium de eadem re sententias reperiri queunt. Hac in recensione, claritatis gratia, eundem ordinem servabo, quem statui quoad allegationes Actricis. Age porro: testes omnes iuramento confirmant quod:

Ioanna ineluctabilem aversionem experta est erga virum sibi a Matre impositum. - Mater Sponsae refert, quod ut primum ipsi proposuit matrimonium cum Domino Victore contrahendum statim filia respondit : « qu'elle n'en voulait pas, qu'il ne lui plaisait nullement, qu'il avait le genre sous-officier, grossier, très-commun... l'horreur qu'elle manifestait d'épouser Mr. Victor me répétant toujours : Vous ne pouvez me forcer à le prendre, c'est mon malheur que vous voulez, je n'en veux pas. Elles (les résistances de la fille) ont commencées dès le premier jour, elles ont duré jusqu'au mariage. Elle était, pendant les visites de Victor très froide pour lui, lui répondant à peine, avait toujours un ouvrage de couture ou de tapisserie dont elle s'occupait ».

Dominus Clemens de Royer advocatus penes forum supremum appellationis Lutetiae Parisiorum testatur : « Mademoiselle Jeanne n'acceptait pas ce mariage. Elle l'a subi, en présence de circonstances qui ont exercé sur son esprit une influence décisive. Dans un voyage qu'elle fit a Paris à ce moment, ante matrimonium , Mlle. Jeanne , dont je constatais la tristesse et l'air inquiet, me confia qu'elle était très-malheureuse ».

Vicecomitissa Vilain fatetur, ante nuptias litteras accepisse a Ioanna, quibus exprimebat « le sentiment de la terreur causée par ce mariage ».

Margarita soror sponsae deponit : « Dès la première ouverture, ma sœur a dit formellement *non.* Ma sœur me parlait tout les jours de ses répugnances; elle pleurait souvent, elle ne voulait pas de lui, et lorsqu'elle recevait en compagnie de ma mère les visites de Mr. Victor c'était à

son corps défendant, et j'étais témoin de toutes ces choses ». Hoc ipsum confirmant Dominus Van de Branden, Dominus I. Chambón.

Tentamina Ioannae ad vitandum matrimonium. - Mater actricis confitetur: « ma fille a fait intervenir sa propre sœur et son beau-frère. Tous deux me représentaient que... qu'il y aurait des froissements trop profonds entre eux, et que ce mariage serait malheureux ». Cognatus et soror actricis ab hac rogati, pluries, at semper incassum, Matri suaserunt ne urgeret nuptias. Idque revera contigisse-abunde testatur Dominus Angliviel de la Beaumelle.

Mater ad extorquendum Filiae consensum, adhibuit nedum instantissimas preces, sed aspera etiam verba minasque sane graves. - Hoc ipsamet mater hisce verbis fassa est:... « et comme elle ne cédait pas, j'ai commencé par lui dire que je ne m'occuperais plus d'elle, que je ne lui donnerais jamais aucun autre consentement pour un autre mariage, ce qui d'ailleurs, était ma volonté que je la déshériterais, et comme je ne voulais pas que cette résistance durât toujours; je la menaçais de l'envoyer au Couvent .... que je la chasserais, que je l'enverrais à son père. Dès le premier jour, le jour de la visite de Victor cette pression a commencé de ma part, elle a duré jusqu'au mariage, et même à mesure que nous approchions du mariage elle augmentait. Elle n'a cessé que lorsque ma fille a dit *oui*»»

Advocatus Dominus Clem. de Royer confirmat quod Mater ad extorquendum filiae consensum ipsam gravibus minis terruit. « Elle la menaça de lui fermer sa maison, de la jetter à la rue, si elle se permettait de contrevenir à sa volonté.... la menaça de la faire embarquer pour aller chercher son père dont on n'avait pas même l'adresse exacte ».

Dominus Angliviel de la Beaumelle testatur quod : « devant les répugnances de sa fille elle (Mater) insista avec la violence de caractère, qui lui était assez habituelle, et qui constituait une véritable pression morale, allant jusqu'à

la menacer de l'abandonner, de livrer à elle-même, sans appui, ce qui pouvait dans les conditions particulières où se trouvait la jeune fille exercer une pression morale des plus violentes. J'estime que dans cette situation elle avait perdu son libre arbitre ».

Soror Actricis fatetur : « J'ai été témoin de ces menaces et des scènes continuelles qui ont eu lieu tous les jours pendant les cinq semaines qui ont suffi pour négotier et conclure cette union ».

De iisdem minis loquuntur Vicecomitissa Vilain, Dominus Chambón, ceterique testes, quorum aliqui, quamvis non audeant id peremptorie affirmare, quia utpote absentes audire nequiverunt, nihilominus, attenta Matris austera ac indomita indole, minas revera ab eadem illatas fuisse, non immerito suspicantur.

Ioanna sub inevitabili vis metusque coactione consensit in matrimonium. - Id invitissime probat factum a quinque testibus *de visu* iuramento firmatum: scilicet, quod Ioanna non laetabunda, ut assolet, sed ceu qui ad supplicium rapitur, pallens moerensque ac plorans Ecclesiam adivit ad nuptialem benedictionem ibi percipiendam. Mater ait : « elle a pleuré toute la matinée, elle est partie très-pâle pour l'Eglise, et elle a prié comme elle n'avait jamais prié, la pauvre enfant! » additque: « au moment de partir pour la mairie, il y a eu encore des pleurs et des grincements des dents ».

Confirmatur Patris Sponsae testimonio : « Ce jours-là je l'ai trouvé excessivement triste, ma fille avait les larmes aux yeux en allant à l'Eglise ». Plorantem quoque eam viderunt Soror, Dominus Van de Brand, Domina Arnoult. Porro quisque facile concedet, quod ad stabiliendam denegati consensus certitudinem, firmius argumentum eloquentiusque ipsis lacrymis, haud dari queat.

Tandem, demptis duobus Viris consanguineis, et Rev. Domino Alphonso Débette, testes omnes qui in ius convenerunt, iisdem ferme verbis, personalem eamque certam per-

suasionem edixerunt, ac sub iuramenti sanctitate confirmarunt, quod Ioanna invita prorsus minerva matrimonium contraxit; ideoque nullum fuisse eius matrimonium. Nec ii tantum, verum etiam et vulgus ipsum, in eandem ivit sententiam; Domina enim Arnoult deponit quod: « on dit dans le Monde qu'elle se mariait malgré elle, que la mère était cause de ce mariage »; quodque confirmat Angli viel, et Rmus Dominus Bouvarlet Vic. Gen. Episcopi Atrebatensis in epistola ad Vic. Gen. Versal, data, inquiens: « De l'ensemble des dépositions, et d'après les renseignements donnés par l'opinion, il résulte que Mlle. Jeanne aurait subi une contraint morale, qui aurait sérieusement atteint sa liberté dans la question de son mariage ».

Pro hucusque expositorum corónide, placeat audire Dominum Clem. de Royer advocatum, ut vidimus, penes Forum supremum Lutetiae Parisiorum. Hic, quaesitus a Iudice Ecclesiastico Versaliensi, ut, qua Iuris Consultus, suum promeret iudicium circa libertatem consensus Ioannae *in casu,* sic reposuit: « J'en suis convaincu, sans aucune espèce de doute. Et je m'explique. La violence morale que la loi prévoit, s'est précisément manifestée dans l'espèce qui m'est soumise dans les conditions les plus graves. D'abord, Mlle. Jeanne était toute jeune, elle n'avait autour d'elle personne à qui se confier, et la pression était exercée par sa mère, qui joignait à l'autorité maternelle des menaces de nature à frapper l'imagination de celle qui était encore une enfant. En effet, dire à une jeune fille de dix huit ans, bien élevée, qu'on la jettera à la rue, sans ressource et sans refuge possible, c'est exercer la plus effroyable violence morale, qu'on puisse imaginer ». Rursus, rogatus ut affine huic specimen aliquod proderet, a foro civili sive Romae sive Lutetiae Parisiorum resolutum ; ita respondit : « Je connais plusieurs affaires analogues, une entre autres, qui a beaucoup de rapports avec l'affaire de Jeanne. Il s'agit de la nullité du mariage Fleures Deslandes, prononcée pour vice de consentement. Les circonstances et les éléments sur

lesquels s'est fondée la décision intervenue avaient, à mon sens, un caractère de gravité beaucoup moins accentué que dans l'espèce actuelle, et la crainte résultant des violences exercées devait se produire et s'est produite dans des conditions beaucoup plus sérieuses au moment du mariage de Mlle. Jeanne.

Easdem interrogationes Iudex Ecclesiasticus proposuit advocatis Angliviel de la Beaumelle, et A. Sanlis; quique mira consensione sententiae de Royer accesserunt.

Omnibus igitur sedulo perpensis, quae hactenus exposita atque discussa sunt, ius mihi tribuunt concludendi, quod sit confirmanda sententia a Curiis Versaliensi et Parisiensi lata, qua concorditer declaratur : « Constare de nullitate matrimonii contracti inter Victorem et Ioannam ».

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Die 3 iulii 1883 nobilis ac ferme quadrilustris puella Ioanna' iustas cum aeque nobili ac divite iuvene Victore nuptias inivit in basilica Nostrae Dominae oppidi Boulogne-sur-mer Atrebatensis dioecesis. Die vero 17 decembris 1895 supplicem Versaliensi Iudici porrexit libellum, quo conquesta est : « Mon consentement n'a pas été pleinement volontaire car je n'ai cédé qu'à une pression violente exercée sur moi par ma mère... La vie conjugale avec Monsieur Victor a durée deux ans et trois mois, pour le monde, mais en réalité, - pour un motif qu'il me répugne d'écrire -, une séparation de fait existait dès le sixième mois après mon mariage. Je m'expliquerai plus nettement dans l'enquête. Une vie intolérable m'a obligée à demander la séparation de corps, que j'ai obtenue le 10 mars 1887 par jugement du Tribunal de Boulogne-sur-mer. - Trois ans après Monsieur Victor a fait convertir en divorce ma séparation de corps -, et depuis il s'est remarié ».

Quod Ioanna contendit, benignissime excepit nedum Versaliensis Curia, sed et Parisiensis Iudex, qui tamen in transmittendis processus actis haec inter alia animadvertere satagit : « Defensor vinculi ex officio suae conscientiae duxit

appellationem interiiciendam coram Sacra Congregatione. - Causa quippe valde difficilis visa est; facta enim quamvis plene probata, nec ita multa sunt, nec gravia ». Minime hinc obstante quod eximius quoque Consultor, ad huiusmodi negotium penes S. C. C. examinandum adlectus, in actricis petitionem concedat, rem omnem paucis exsolutam iri confido.

Mater imprimis, quae metum actrici incussisse asseritur, sollicitam equidem se praebebat in quaerendo sponso pro filia, sed rem ipsi filiae gratissimam agebat, quippe quae nuptui tradi appetebat. « Au moment des négociations pour le mariage de Monsieur Victor, inquit Hector Van de Branden, vir sororis actricis, j'étais avec ma femme en Belgique ; c' était un voyage diplomatique, en ce sens qu'obsédé des instances de la mère de Jeanne, qui me pressait de lui trouver un gendre, j'ai fait le voyage de Belgique pour me dérouler à ses importunités et pour parler à plusieurs personnes de Belgique qui pouvaient s'en occuper ». Actrix vicissim Versaliensi Iudici retulit: « Je dois ajouter que Mr. l'abbé Débette était l'ami des deux familles, je l'ai prié moi-même, pour me dérober au mariage avec Mr. Victor, de faire pour mon propre compte des démarches auprès d'un monsieur, - qui me plaisait davantage et que j'aurais voulu épouser ».

Atque Sacramenti Vindici quaerenti: « Mr. l'abbé Débette vous a-t-il fait part du succès de ses démarches? » respondit: « Oui, ses démarches ont été sans succès ». Urgenti adhuc eidem vinculi Defensori : « Vous a-t-il fait part de cet insuccès avant la conclusion de votre mariale? » fassa est: « Oui, avant mon mariage ».

Quid inde mirum quod Ioanna, desiderio suo frustrata, matrisque sollicitudine in irritum cessa, cor apposuisset ad virum sibi minus placentem ? Id, ni fallor, et nihil aliud ipsa demonstrat, dum narrat : « J'avais appris que Mr. Victor fréquentait des jeunes gens de mauvaise conduite et de fâcheuse réputation, qui n'étaient pas de son monde,

entre autres un photographe de moeurs notoirement déplorables ; je lui avais demandé de me promettre quand il serait marié de les quitter. C'est une huitaine de jours environ avant le mariage... En effet, je savais, autant qu'une jeune fille bien élevée peut le savoir, que Mr. Victor avait des relations inavouables, et en particulier avec cette femme de chambre qui refusa ce jour-là de nous servir. Ce fut l'occasion de mes observations à Mr. Victor. J'en parlai même à Mme. ma future belle-mère, qui me répondit : - Croyez-vous donc que Mr. Victor va se brouiller avec toutes ses connaissances parce qu'il aura épousé Mlle. Jeanne? - Propos qu'elle m'a d'ailleurs répété plusieurs fois après le mariage ».

Concinit Maria actricis mater: « Un jour que Mr. Victor devait venir et à la' suite de l'incident du dîner que j'ai relaté dans ma déposition précédente, ma fille m'a demandé de la laisser seule un instant avec Mr. Victor, je restai d'ailleurs à l'écart dans la pièce voisine, pour lui parler de choses importantes qui concernaient son avenir. Ma fille avait été annuyée de cette scène de la femme de chambre, et surtout elle voulait lui demander de cesser ses relations avec un certain nombre de personnes, qui n'étaient pas de notre monde et que cependant il recevait dans son intimité. Ma fille me fit part aussitôt après de la conversation qu'elle venait d'avoir. Je craignais qu'elle en profitât de cet entretien avec Mr. Victor pour lui dire qu'elle ne voulait pas de lui. Elle me raconta immédiatement qu'elle lui avait demandé de cesser ses relations avec les personnes qu'il fréquentait, et lui avait déclaré qu'elle ne les recevrait d'ailleurs jamais chez elle. Mr. Victor le lui avait promis, comme à moi-même aussi, mais il n'a jamais tenu sa parole ».

Dum autem Ioannna ita cum Victore agebat, conditionesque procedendi ad matrimonii celebrationem ei indicebat, ut sibi quoad futuram vitae coniugalis tranquillitatem consuleret, ipsius Ioannae mater in eo erat, ut matrimonii tractatus omnino abrumperet. Ait enim : « Trois ou qua-

tre (?) jours avant le mariage il y a eu un dîner chez la belle-mère de Mr. Victor. Nous voilà tous étonnés du retard apporté au dîner, lorsque Mme. la mère'de Victor nous arrive me disant discrètement : - La femme de chambre ne veut pas servir parce qu'elle est la maîtresse de Victor -. J'ai été excessivement froissée de cette manière de faire de cette dame; faire servir le dîner par une femme comme celle-là et nous exposer à un pareil affront! J'ai eu avec elle des explications pénibles. Mr. l'abbé Débette assistait à ce dîner. Le lendemain je suis allée trouver cet ecclésiastique, lui faisant part de mes perplexités: il m'a encouragée, en disant que Mr. Victor se rangerait, qu'il fallait réfléchir avant de rompre un mariage au dernier moment. J'ai cru alors devoir avoir une explication avec Monsieur Victor lui-même, non sur l'inconséquence de sa bellemère, mais sur ses relations. Il m'a donné sa parole d'honneur que tout était brisé, rompu, qu'il était décidé à se donner tout à sa femme. Dans ces conditions le mariage s'est fait ».

Ex matrimonii igitur consequentibus, potiusquam ex antecedentibus repetenda est ratio cur eiusmet nullitatem accuset actrix, prouti clarius adhuc profitetur Hector Van de Branden, vir sororis actricis : « Monsieur Débette savait la conduite de Mr. Victor, mais il espérait qu'il se rangerait. Malheureusement cet espoir ne s'est pas réalisé. Si le mariage avait été heureux, on aurait été reconnaissant à Monsieur l'abbé Débette ».

Verum ne longius abeam, pone etiam, Ioannam assertum metum revera passam esse. Quid inde cum hic metus nec ille sit, qui conditionibus polleat a iure nostro requisitis, *nec ad actum usque celebrationis matrimonii* ceu a iure nostro pariter requiritur, *perduraverit?* Praeprimis enim matrimonium tunc tantum sub oppressione metus contractum dici potest, quum aestimatio mali, quod timetur, est adeo fortis, ut *de praesenti* animum praeoccupet, et eiusdem timor *instet* in contractu, veluti tradit doctissimus San-

chez *de matrim, lib. 4, disp. 1, num. 15 et 16* - ibi - « Secunda conditio ad metum cadentem in virum constantem est, ut aestimatio mali, quod timetur, *sit fortis*, idest ut timens non vane leviterque credat malum illud sibi imminere, sed probabiliter et rationabiliter.... Hinc infertur intellectus ad *L. metum ff. de eo quod met. caus.* - metum autem praesentem accipere debemus, non suspicionem inferendi, sed si illatus est timor ab aliquo - ; ubi clare videtur probari, non satis esse metus suspicionem, sed metum debere esse praesentem. Per quem textum *glossa in L. 1 ff. eod. tit. verbo vel futuri,* notavit, quamvis malum futurum sit obiectum metus, at necessario *metum debere esse* praesentem, et tunc instare; quod idem docuit *glossa in cap. ad audient, v. causam, de his quae vi* etc., Anto nin. Hostiens etc. ».

Ad rem in terminis S. Rota *decis. 600, num. 2, p. 4 recent.* - ibi - « Non omnis metus sufficit ad dirimendum matrimonium, sed talis, qui cadat in virum constantem et per quem consensus ab actu contrahendi omnino remotus probatur. Rursus multum differt passive in animo conceptus a metu actualiter incusso et illato. Primo enim casu difficilius potest iudicari an sit talis, qui possit cadere in constantem virum, quia probatio ab animo dependens directe haberi non potest : et per indicia et coniecturas est multum dubia, nisi sint necessariae et concludentes, prout requiritur ubi agitur de foedere matrimonii. *Secundo vero casu non semper metus removet consensum ab actu,* nisi insimul cum ipso actu probetur ; nec sufficit quod praecesserit, aut subsequatur, quia per tempus ante matrimonium probatio remanet aequivoca propter possibilitatem ¡'mutationis voluntatis, quae variabilis et ambulatoria est ; et postea non deservit, nisi pro adminiculo probationis antecedentis metus, quae si deficiat, adminiculum non suffragatur ».

Plenissime concordat *Decis. 301, n. 25, part. 11 rec.* - ibi - « Nec vis aliqua fieri potest in publica voce et fama, quam. de coacto matrimonio praefati testes asserere eo-

nantur, nam illis non est adhibenda fides, nedum ex eo, quod illius auctores, et a quibus audierint non referunt ; sed etiam quia eorum dicta elisa penitus remanent ex testibus pro D. Ducissa Nicolea examinatis de spontaneo et libero consensu deponentibus. Praeterea animad ver tebant DD. quod testes percutiunt tempus secundi matrimonii a D. Episcopo Fullensi cum dispensatione Apostolica subinde celebrati ; *quapropter impulsiones paternae, si quae antea fuerant, cum potuerint tractu temporis purgari, in illud non influunt, nec eius nullitatem important,* cum in ipsius actu metus non probetur incussus ». Atque idipsum prorsus docetur in confirmatoria *Decis. 334 n. 12 cit. part. 11 recent,* et in *Camenacen.* - Matrimonii - die 29 April. 1854 coram S. C. O. disceptata. Cum enim ageretur de impedimento vis et metus, unde impetebatur matrimonium, quod alioquin per duorum mensium tempus non fuerat consummatum, opportune perpendebatur in Synopsi § *At vero:* « Etsi de gravi metu ante initum matrimonium constaret, attamen non constat metum in actu celebrationis matrimonii perdurasse; ex adductis imo documentis evincitur, mulierem libere postea in nuptias consensum praebuisse... Post haec nullo in pretio habendae anteriores, si quas mulier edidisset, protestationes de vi, de metu, ac de sua in matrimonium aversione ac repugnantia ; sive quia ambulatoria est hominis voluntas, ac ideo a proposito recedere potest; sive quia Ecclesia non iudicat de internis et occultis, iuxta ea quae in simili casu observat Glossa in cap. *Tua nos, de sponsal* ». Hinc propositis dubiis : 1. *An constet de nullitate matrimonii in casu;* et quatenus negative: 2. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu,* promeritum datum fuit responsum : « Ad 1. Negative; ad 2. Affirmative ».

Oportet demum, ut qui metum incutit, nedum sit potens minas exequutioni mandare, verum etiam easdem exequi sit solitus; qui autem coactionem. patitur, ad evadendas minas sit penitus impar. Ita clarissimus Sánchez *cit.*

lib. 4, disp. 1, n. 19 et seq. - ibi - « Tertia conditio est ut metum incutiens potens sit minas exequutioni mandare ; non enim est viri constantis ac fortis quibuscumque terreri minis... Non tamen ita hoc accipiendum est ut minans vere de facto possit implere, sed ut timens *rationabiliter* existimet posse eum implere... Quarta conditio est, ut metum incutiens, *minas exequi solitus sit',* secus si homo sit facile *minas iactans,* faciliusque ira deposita, *nihil aut parum exequutioni mandans.* Constat ex *L. un. C. si quis imperatori,* ibi, - ex personis hominum dicta pensemus - ; et *L. famosi ad leg. iul. magist.,* ibi, - nam et persona spectanda est, an potuerit facere, et *an ante quid fecerit;* et melius ex *L. merum C. de his quae vi,* ibi, - *metum non iactationibus tantum vel contestationibus, sed atrocitate facti p>' ob ari convenit...* - Ultima conditio est, *ne possit timens facile occurrere malis, quae timentur;* si enim posset alia ratione facile occurrere malis, quae timentur, *ut implorando alicuius auxilium, consulendo superiorem,* non esset timor cadens in virum constantem. *Inconstantis enim et timidi est, timere ea mala quae facili negotio vitare potest, et immerito sibi persuadet illud malum eventurum ».*

Porro Ioanna imprimis a iudice percontata: « Quelle a été l'attitude de Mr. votre père à l'occasion de votre mariage ? A-t-il donné son consentement ? » ita respondit : « Mon père ne s'est en rien occupé de mon mariage. Il a vu Mr. Victor qu'on est allé lui présenter une quinzaine de jours avant. L'impression a été mauvaise. Mais il a déclaré qu'il n'y était pour rien, qu'il s'en lavait le mains. Il n'a pris aucun renseignement. Il est venu la veille du mariage civil à la maison comme un étranger. Il a donné son consentement et il est reparti quelques jours après ». Ioannae vero pater, colonel en retraite, coram iudice iuravit : « Je n'habitais pas à ce moment (des négociations du mariage) avec ma famille... Mais les apparences ont toujours été sauvées, et je n'ai pas cessé de voir les miens.

Mme. ma femme venait passer quelques jours chez moi de temps en temps, et moi, de mon côte, j'allais chez elle ». Atque iudici sciscitanti : « Etes-vous convaincu qu'il y a eu pour elle une liberté suffisante pour contracter mariage? » reposuit : « Je pense qu'il y a eu une pression très-violente pour l'amener à ce mariage ; elle m'en a fait des reproches très-doux. Comme je lui disais : - Mais tu parais très-triste -, elle me répondit que si j'avais été là, elle n'aurait pas contracté cette union qui lui déplaisait, mais qu'il était trop tard ».

Ipsamet Ioanna profitetur insuper : « A la mairie et à l'église j'ai donné un oui de la tête(?), et j'ai signé, mais à contre-coeur. En montant les marches de la mairie, ma mère, prise d'un remords, s'est approchée de moi et m'a dit : - Mon enfant il est encore temps, dis-moi si tu consens, si tu veux -. Sur quoi, je n'ai pas répondu. Nous arrivions dans la salle du mariage, ce n'était plus le moment... Le mariage à l'église a eu lieu le lendemain du jour où nous avous été à la mairie ». Ioannae vero mater testatur: « Le jour du mariage civil.... je quittai le bras de la personne qui m'accompagnait, dans l'escalier même de la mairie et je me rapprochai vivement de ma fille, et prise peut-être d'un dernier remords, je lui dis : - Il est encore temps, Jeanne, si tu veux dire *non* -. Elle m'a regardée longuement sans me répondre, et arrivée dans la salle de la mairie, elle a dit *oui*».

Ex his profecto manifestum fit, et Ioannae media non defuisse ad evadendas matris minas, et assertum metum ita de die in diem decrevisse, ut uno saltem integro die ante matrimonium vel ipsa metus suspicio (quae nihil operatur in re nostra) omnino evanuerit. Iam si ipsamet Ioanna « une huitaine de jours environ avant le mariage » cum sponso, remotis arbitris, conferre voluit « de choses importantes qui concernaient son avenir», dum mater in eo erat ut matrimonii tractatus abrumperet nonne demonstrat, metum, si quem actrix antea conceperat, tenues in auras ab-

iisse? Rursus : dum Ioanna patri advenienti « la veille du mariage civil » movit « des reproches très-doux » inquiens quod si inibi ipse fuisset « elle n'aurait pas contracté cette union » ; nonne ostendit, se eiusmet patris auxilium et longe ante per litteras implorare potuisse et praesto tunc sibi fuisse si voluisset? Noluit tamen, quia « était trop tard ». Ast cur « était trop tard » cum die insequenti patris adventum et uno integro die ante matrimonium conceptis verbis mater edixerit: « Il est encore temps, Jeanne, si tu veux dire *noni* »

Huius argumenti vim extenuare conatur Ioanna ; quippe quae parisiensi iudici retulit : « J'ai cru que ma mère était prise d'un remords violent, et qu'elle se disait qu'il était encore temps d'arrêter ce mariage. Si je n'ai pas répondu (matri), c'est parce qu'il était trop tard ; parce que l'esclan^ cire de mon refus en ce moment, en toilette de mariée, devant les invités, aurait été bien plus grand que celui qui avait fait reculer ma mère deux jours auparavant quand elle prétendait qu'il était impossible de retarder... je n'ai pas reculé, parce que j'étais dans l'impossibilité de le faire ». Quanti tamen habenda ista sint, cordatus quisque videt. Ne arguam namque ex antecedentibus superius adnotatis, neve dicam, angustias huiusmodi u tu t, miserendas, quibus se implicatam persensit actrix in civili nuptiarum ritu explendo sibimetipsi ob neglectum patris auxilium imputandas esse ; hoc tantummodo animadvertam, ipsissima nempe verba, quae obiiciuntur, patefacere, et actricem vel civilem ritum celebrasse non sub pressione metus, sed ob alias rationes ad rem nostram non pertinentes, et tempus oppido sufficiens eidem actrici superfuisse, nedum ad deliberandum, verum etiam ad se eripiendam ab ipsis enunciatis angustiis. Cum enim matrimonii celebratio pro die insequenti indicta esset, quid prohibebat quominus actrix aliquam interim vel levissimam corporis necessitatem aut quodcumque aliud praetexeret argumentum ad nuptias specie comperendinandas, re autem vera amandandas?

Ceterum, ut, quantum ad me attinet, munus meum plenius impleam, dicam quod forsitan non deerit, qui dubitet an revera metus extiterit. Dicit enim Ioanna : « Les témoins l'attesteront » ; sed quis id probat ? Non invenitur nisi soror actricis, una, quae ex propria cognitione referat de minis. Reliqui testes innuunt, se causae scientiam aliunde, et praecipue a filia vel a matre, habuisse. Et quidem quomodo scirent si mater ipsa fassa est : « Nous avons l'habitude de garder entre nous nos affaires, et personne autre ne m'a parlé de ce mariage » ? Leo Angliviel de la Beaumelles iudici interroganti : « Auriez-vous des preuves qu'il y a même eu des menaces ? » respondit : « Cela résultait pour moi d'une façon manifeste de mes conversations avec Mme. Van den Branden, sorore actricis ». Alicia Vice-comitissa Vilain ait: « Elle (Ioanna) m'a parlé... des menaces qu'elle (mater) lui a faites de la mettre au couvent, de ne plus s'occuper d'elle ». Denique, ut alios mittam, Clemens de Royer advocatus quum pene orationem pro Ioanna habuisset, a iudice percontatus : « Comment avez-vous été mis au courant de tous ces détails intimes ? » respondit : « Je connais ces détails I° tout de suite après le mariage par Mme. Jeanne elle-même, qui me les a confiés" à son premier voyage à Paris; 2° ils m'ont été confirmés par sa sœur et son beau-frère; 3° voulant me rendre compte moi-même de la véracité de ce que m-avait été raconté, j'en ai parlé à Mme. la mère... ». Nonne post haec quis suspicari posset, istos loquutos forsan esse quod vel actrici vel eius intimis placuerit ? Ceterum Hector Van den Branden vir sororis actricis, qui tunc temporis penes sponsam morabatur, ita se exprimit: « Il ne peut y avoir eu que des menaces morales ».

Quanquam, etiam positis minis, difficulter inducor ut credam, quod Ioanna sibi persuaserit, matrem exequuturam fuisse quod minabatur. Ipsa enim a matre semper bene habita fuerat. « J'avais toujours été affectueuse pour mes enfants, ait mater, mais devant ses résistances je me suis montré sévère ». Concinit pater : « Elle (Ioanna) aimait sa

mère qui le lui rendait d'ailleurs ». Hoc idem affirmat Hector Van den Branden, qui postquam narrasset de patris agendi ratione erga filiam, quoad matrem ait : « Quant à Mme. la mère elle n'était pas de même pour ses filles ». Si ergo mater se praebuerat toujours affectueuse erga Ioannam et ei amorem pro amore reddiderat, nullo modo ista potuit credere, quod mater illico eo mutationis devenerit, ut exequutura fuisset quae in ipsam comminabatur. Quae tamen comminationes quid gravitatis constituunt? Exheredatio ex codice gallico non viget ; eam invitam in monasterium detrudere certe mater nequibat; quod autem apud patrem ei commorandum esset, quid mali? praesertim cum filia einigere vellet nuptias Victoris, de quo ipse pater ait : « Mes impressions ont été mauvaises : je l'ai dit d'une façon très-verte ».

Ne ulterius progrediar, ingenue fateor, adhuc alium timorem in me insilire. Licet enim versaliensis sententia ponderaverit : « Quod si testes maiori ex parte cognatione aut amicitia cum actrice coniunguntur, *eiusdemque infortunio commoti apparent,* tales sunt tamen de eorum honestate et prudentia informationes , ut eorum testimonio certa fides adhibenda sit »; et eximius S. O. O. Consultor addiderit: « Horum autem testium non sententiarum tantum, sed interdum *verborum quoque miram congruentiam,* non «collusionis vitio, quod ex actis minime apparet, sed ipsimet rerum gestarum evidentiae arbitror esse tribuendam » : iidem nihilominus testes eo usque se produnt actricis infortunio commotos, ut vim quoque veritati in rebus minime parvipendendis inferant. Ita ex. gr. Ioannae pater, « venu la veille du mariage civil à la maison » iudici retulit : « Je n'ai vu ma fille avant le mariage qu'au moment de la conduire à l'église ». Similiter Margarita Van de Branden, Ioannae soror, inquit : « La résistance de ma sœur a persistée et s'est prolongée jusqu'au jour du mariage » ; dum matrem audivimus die praecedenti aientem : « Il est encore temps, Jeanne, si tu veux dire *non* ». Item Hector Van de

Branden, vir sororis actricis, asseverat: « Mme. la mère poursuivait partout l'abbé Débette, afin, que celui-ci influençât Mlle. Jeanne pour l'amener à faire ce mariage. Mlle. Jeanne était sa pénitente » : dum e contra ipsa actricis mater iurat: « Je n'ai jamais chargé Mr. l'abbé Débette d'influencer ma fille ». Demum, ut alios mittam, Clemens de Royer parisiensis advocatus, a iudice percontatus: « La pression exercée sur Mlle, a-t-elle persévéré jusqu'au mariage? » reponit : « Oui, elle n'a pas cessé, elle s'est même aggravée quand Mme. la mère a su que sa fille avait eu un autre projet » : dum versa vice Ioannae mater fatetur : « Sur le moment j'ignorais, que ma fille eût quelqu'un en vue; je n'ai su que plus tard, après notre malheur, les démarches qu'elle avait faites auprès de Mr. l'abbé Débette ».

Post haec omnia scribendi finem facerem, cum iam satis luculenter appareat, quam vim habeant actricis verba: « Mon consentement n'a pas été pleinement volontaire, car je n'ai cédé qu'à une pression violente exercée sur moi par ma mère » ; sed quia ipsa ultra ulterius conatur infirmare suum assensum dicendo: « A la Mairie et à l'Eglise j'ai donné un - oui de la tête - », abs re non erit animadvertere, quod, - praeterquam nullus testium super hoc referat, imo ex verbis nonnullorum bene percipi possit contrarium -, adsit Hector Van de Branden vir sororis actricis, qui aperte dicit: « j'étais témoin au mariage... je crois qu'elle n'a pas dit oui de son propre gré ». Esto quod pietate et miseratione ductus erga actricem in huius favorem velit retorquere *oui* ; attamen dicit dixisse. Adest insuper sacerdos Alphonsus Débette, qui tane temporis vicarius curatus erat à Boulogne-sur-mer, quique ad versaliensem iudicem retulit : « Tout ce que je puis dire, les deux fiancés ont répondu aux questions, que le célébrant, ipse, erat leur adresse en pareilles circonstances, ont répondu, dis-je, affirmative ».

Quaquaversus igitur res inspiciatur, eadem semper redit conclusio : non constare de nullitate matrimonii in casu.

Et hoc est responsum, quod a sapientissimo EE. W. iudicio praestolor.

Quibus animadversis, suppositum fuit diluendum

Dubium

An sit confirmanda vel infirmanda sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis in casu.

RESOLUTIO. Sacra O. C. re disceptata sub die 19 Maii 1900 censuit respondere : *Ex hactenus deductis non satis constare de matrimonii nullitate.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGULARIUM

ÄSTEN.

IURIUM

Die 16 Martii 1900.

COMPENDIUM FACTI. Causa haec quae vertitur inter Episcopum Astensem et Parvam Domum a Divina Providentia, Augustae Taurinorum vulgo appellatam *dei Cottolengo,* circa proprietatem seu pertinentiam Pii Operis S. Clarae in Civitate Astensi, tribus vicibus ad trutinam revocata est a Sacra Congregatione Episcop. et Regul. Proposita primum quaestio die 10 Aprilis 1897 sub sequenti dubio. — *An et quomodo tradendum sit Parvae Domui a Divina Providentia Augustae Taurinorum aedificium S. Clarae in civitate Astensi, cum omnibus libris, pecuniis, chartis sive publicis sive privatis, testamentis aliisque huiusmodi titulis ad patrimonium et gestionem Pii Operis sese referentibus?* ab Emis Patribus dimissa fuit responso — *Negative in omnibus et ad mentem.* Mens est, *ut declaretur aedificium et bona omnia Instituti S. Clarae, spectare ad pia opera auctoritate Episcopi Astensis, ibidem fundata, ad formam re-*

scripti H. S. Congregationis die 11 Maii 1883. Piarum vero fundationum directionem et administrationem pertinere ad eumdem Episcopum, qui ad haec munia exercenda eorum opera uti potest, quos dignos et idoneos in Domino iudicaverit. Pariter ad Episcopum spectat ius et officium curandi, ut repraesentatio civilis a personis geratur omni fiducia dignis, suisque mandatis obtemperantibus.*

Interim eadem S. Congregatio scribi mandavit Episcopo Astensi, quod Ipsa opportunum iudicabat imponi actualibus, civilibus possessoribus, ut eorum repraesentationem cederent aliis personis ab eodem Episcopo determinandis. Contra hanc decisionem defensores Parvae Domus a Divina Providentia petierunt et obtinuerunt beneficium novae audientiae, sed non meliori exitu. Siquidem reproposi ta causa in plenario» conventu diei 1 Iulii 1898, sub assueta dubitandi formula: *An sit standum vel recedendum a decisis in casu,* relata sententia meruit confirmari per responsum: *in decisis et amplius.*

Neque huic secundae decisioni, iam nactae vires rei iudicatae, acquieverunt Administratores Parvae Domus a Divina Providentia, sed iunctis precibus Archiepiscopi Taurinensis et nonnullorum ex Episcopis Regni Pedemontani pro nova causae revisione, tandem extraordinaria via a Supremo Principe id obtinuerunt. Insuper per rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis diei 28 Martii 1899 Emus Archiepiscopus Taurinensis delegatus fuit ad recipiendas nonnullas testium depositiones, de quibus inferius erit sermo, in novo experimento.

Nunc vero, quoniam antea relatae decisiones publicari per ephemeridem non potuerunt, praestat brevem factorum historiam ad implexae quaestionis intelligentiam subtexere.

Anno 1874 in civitate Astensi pius vir Ioannes Cerrato- in propria domo hospitium chronicorum fundaverat eiusque curam tradiderat sororibus a S. Vincentio dependentibus a Parva Domo Divinae Providentiae Augustae Taurinorum , quae serius nempe circa an. 1876 sub rogatae fuerunt ab

aliis sororibus a S. Rosa vulgo *Rosine* nuncupatis. An. 1882 Fundator Cerrato, ipso Episcopo Astensi consentiente, hospitium una cum domo cessit canonicis Cathedralis Astensis Sardi et Morello sub nonnullis conditionibus, qui subsequenti an. 1883 iterum arcessivere Sorores a S. Vincentio.

Interea sciendum est quod eo tempore civitas Astensis erat spectatrix magni scandali: siquidem Monasterium Sanctae Clarae una cum ecclesia, in vim legis suppressionis a Gubernio occupatum, iam venditum erat cuidam privato, qui conventum pro habitatione privatorum et ecclesiam pro theatro destinaverat : hic tamen promptum sese exhibebat ad cedendam huiusmodi proprietatem pretio centum millium libellarum. Ut igitur tantum scandalum quam citius amoveatur ad stabilis emptionem primum invitati sunt Patres Doctrinam : ab his renuentibus, emptio proposita fuit Parvae Domui a Divina Providentia, eo fine ut inibi transferretur hospitium chronicorum Cerrato, administratum a Sororibus a S. Vincentio vulgo *V incendine* appellatis. Superior Parvae Domus a Divina Providentia hanc propositionem acceptare non valuit, tum quia sibi deerant necessarii fundi, tum quia iuxta Instituti spiritum ad hunc scopum capitum distractio erat vetita. Nihilominus, curante Vicario generali Astensi Rmo Bertagna, variae piarum personarum oblationes, inter quas oblatio libellar. 26,000 a Superiore, Parvae Domus P. Bossi nomine cuiusdam benefactoris missa, fuerunt collectae.

Priusquam emptio venditio aedificii perficeretur Episcopus Astensis supplicem libellum S. Sedi porrexit in quo, exposito quod a nonnullis benefactoribus variae summae oblatae fuerant pro restitutione ecclesiae ad cultum et Monasterii ad pium usum, facultatem implorabat pro stipulatione contractus nomine personarum quae pro suis moralibus qualitatibus securitatem praeberent, et quae ab Episcopo Oratore designarentur. S. Congregatio Episcop. et Regularium rescripto diei 11 Maii 1883 facultates necessarias et opportunas Episcopo Astensi impertita est *ad hoc ut super prae-*

missis pro suo arbitrio et conscientia providere possit et valeat in omnibus iuxta preces, praescriptis cautelis, a temporum adiunctis requisitis.

In huius rescripti sequelam die 14 Iunii initus fuit contractus emptionis aedificii S. Clarae pro pretio 100,000 libellarum nomine quatuor personarum ab Episcopo Astensi designatorum pro civili repraesentatione ; nempe Vicarii generalis Bertagna, canonicorum Sardi et Marello et sacerdotis Bellino, solutis in actu instrumenti tantum libellis 38,540. An. 1884 in emptum aedificium translatum fuit hospitium Cronicorum Cerrato, cuius administratio pendebat a P. Bosso Superiore Parvae Domus D. Providentiae, sed reapse gerebatur a canonico Marello.

Quatuor titulares emptores aedificii S. Clarae ad providendum meliori quo fieri possit modo securitati Piae Institutionis, mutuum olographum testamentum condiderunt in quo quisque pro sua quota parte superextantes titulares haeredes scribebat.

Interim quo melius consuleretur bono spirituali Chronicorum, et ecclesia cultui restitueretur in dictum aedificium eodem anno translatum fuit consentiente ipso P. Bosso Institutum fratrum a S. Iosepho a canonico Marello usque ab an. 1878 fundatum et cuius praecipuus finis erat educatio religiosa iuventutis. Haec pia associatio Collegium alumnorum in memorata sede aperuit ad promovendas vocationes ad statum religiosum, et inibi in subsequenti anno 1885 etiam aperta fuit Pia Domus pro orphanis et derelictis.

Horum Operum universalis Director erat canonicus Marello, qui in aedificio S. Clarae domicilium fixerat. Serius nempe anno 1889 sacerdos Marello promotus ad Episcopatum Aquensem, piorum Operum directionem mandavit sacerdoti Ioanni Baptistae Cortona, qui munus Rectoris Collegii gerens ipsum adiuvabat in ministerio administrationis.

Anno 1892 sacerdotes titulares aedificii S. Clarae Rmi D. Sardi et Bertagna repraesentationem civilem pro eorum

quota parte de licentia Episcopi Astensis cesserunt favore sacerdotum Parvae Domus Providentiae Guilelmi Marchisio et.Angeli Merlo, quam serius nempe an. 1895 subsecuta est cessio alterius quotae partis favore eorumdem ex parte canonici Bellino. Horum exemplum sequi noluit Episcopus Marello licet ad cessionem faciendam a Parva Domo Divinae Providentiae invitatus, causans aedificium S. Clarae cum adnexa ecclesia vi superius relati rescripti diei 11 Maii 1883 spectare Episcopo seu Ordinario Astensi. Hinc ortae sunt dissensiones inter ipsum et Parvam Domum, quae discordiae magis auctae sunt ex facto quod Episcopus Marello, absque interpellatione eiusdem Parvae Domus Castrum de Frinco et alia stabilia emit pro aperiendo seu fundando novo Collegio nuncupato Fratrum Minorum a S. Iosepho.

Plures conciliationis viae hinc inde a partibus sive per se sive per interpositas personas initae sunt, sed semper incassum. Interim ex improviso Rmus Episcopus Marello die 30 Maii 1895 diem vidit supremum. Canonicus Pagella Vicarius Capitularis Aquensis Episcopo Astensi declaravit se a defuncto Episcopo Marello mandatum habuisse exhibendi S. Sedi allegationes in praesenti quaestione, ab eodemque Marello insuper haeredem universalem sacerdotem Peloso scriptum fuisse, legata sua quarta parte pro repraesentatione civili in aedificio S. Clarae sacerdoti Io. Baptistae Cortona. Episcopus quoque Astensis, antequam lis supremo S. Sedis iudicio deferre tur, rem componere tentavit constitutis ad hoc suis mandatariis sacerdotibus Pagella et Peloso, sed inutili nisu, sicuti inutiliter ab ipsa S. C. delegatus fuit Episcopus Aquensis Balestra ad concordiam inter partes tractandam : hinc necesse fuit quaestionem iudiciali strepitu dirimere.

Disceptatio Synoptica.

IURA PARVAE DOMUS DIVINAE PROVIDENTIAE VULGO APPELLATAE DEL COTTOLENGO. Qui Parvae Domus causam agunt primo denegant Riho Pagella personam standi in iudicio,

tum quia ipse caret iurisdictione in dioecesi Astensi, tum quia nullum exhibere valet mandatum ad res Curiae Astensis gerendas, sive ab Episcopo Astensi, sive a defuncto Episcopo Marello receptum. Quin imo, addunt, cum Episcopus Marello haeredem instituent sacerdotem Peloso et legatarium sacerdotem Cortona, implicite videtur Rmum Pagella a causa tractanda exclusum voluisse. At cum Episcopo Astensi Ronco observari et reponi posset quod Rmus Pagella ab eo delegatus fuit ad compositionem ineundam cum Parva Domo, antequam quaestio viam iudicialem ingrederetur ; insuper Rmus Pagella, praeterquam quod subsignavit una cum Peloso et Cortona recursum ad S. Congregationem EE. et RR. contra Parvam Domum, est Superior Sororum a S. Rosa quae servitium et assistentiam praestant pauperibus in aedificio S. Clarae : hinc cum interesse habeat in eiusmodi causa, repelli non potest.

Hoc praemisso, Parva Domus contendit sibi spectasse hospitium Cerrato pro chronicis, antequam ipsum ad S. Clarae aedificium transferretur. Probat id epistola diei 14 Decembris 1875 data a P. Anglesio, tunc Superiore Parvae Domus ad Dominum. Cerrato, qui ipsum rogaverat de acceptatione Hospitii sub sua tutela et administratione. P. Anglesius in hac epistola declarat se hospitium acceptare nuncupans ipsum *succursalem sedem* Parvae Domus Taurinensis, et insimul petit Domini Cerrato cooperationem in ipsius gestione. Dominus Cerrato vero ad huius epistolae calcem scribit se Deo gratias agere pro huiusmodi beneficio.

Quin ex adverso opponatur quod an. 1882 titulares Hospitii non ex Parva Domo desumpti, sed nuncupati fuerunt canonici Sardi et Marello : reponit enim Parva Domus quod haec inscriptio facta fuit cum suo assensu et interventione; aliunde Parva Domus sui nomine acquirere non poterat ob legem prohibitivam diei 3 Iulii 1830. Notat insuper quod Hospitii substentatio facta fuit cum fundis publicae beneficentiae, et eius administratio habita fuit a Sororibus a S. Vincentio, quae Parvam Domum repraesentabant. Verum quidem est quod P. Anglesius eas ab Hospitio revocare

coactus fuit ob nimiam in Administratione Fundatoris Cerrato ingerentiam, sed huius haeres Rmus Sardi eas iterum invitavit, et P. Bossi successor Anglesii annuit sub conditione quod Hospitium totaliter penderet a Parva Domo.

Hisce enucleatis circa hospitii Cerrato pertinentiam ante eius translationem in aedificium S. Clarae, Parva Domus progreditur ad argumenta quibus evincere satagit quod aedificium S. Clarae in quod se] transtulit hospitium, nec non totalis omnium piorum Operum inibi existentium administratio sibi exclusive pertinet. Primo ex declarationibus tum Rmi' Bertagna, tum canonici Bellino compertum esse ait, quod pluries Parva Domus precibus excitata fuit ad eruendum dictum aedificium, quod acquisitio titularibus inscripta praecipue locum habuit, ut inibi hospitium Cerrato transferretur, et quod Pater Bossi Superior Parvae Domus accitus fuit ad aedificii gubernium sumendum, quod reapse fecit mittendo sorores a S. Vincentio. Quod vero aedificii emptio facta fuerit pro Parva Domo seu in eius interesse magis magisque scatet ex novissimis declarationibus iuratis diei 29 Septembris 1899, tum Rmi Bertagna et Bellino, tum Episcopi Ressia, et causidici Martini Parvae Domus, qui in huiusmodi negotio praecipuam partem sortiti sunt.

Hisce statutis circa veritatem historicam factorum Director Parvae Domue ita ratiocinatur. Vel Episcopus Astensis Ronco preces porrigendo S. Sedi pro emptione aedificii egit iuxta mandatum acceptum a Parva Domo, et tunc rescriptum interpretandum est iuxta mentem mandantis ; vel non egit iuxta acceptum mandatum, et tunc cum preces retineri debeant ceu obreptitiae et subreptitiae, rescriptum infirmandum est. ^Unde pro quaestionis solutione sequens proponebat dubium. — *An rescriptum 11 Maii 1883 interpretandum sit in se tantum et iuxta preces prout literaliter sonant, vel potius iuxta mandatum et historicam veritatem ; et quatenus negative ad secundam partem an rescriptum non in firmetur subreptionis causa, et ideo recedendum a decisis; et si negative in omnibus, an Parvae*

Domiti non debeatur saltem restitutio quoad exposita et gestionem.

Aliud argumentum Parva Domus deducit a Statuto et recursu oblato a quatuor titularibus Gubernio pro recognitione Hospitii Cerrato in ens iuridicum. Reapse in recursu edicitur quod titulares aedificium emerunt ut eius praecipua pars Hospitio destinata maneret, et promptos sese exhibent ad gratuitam cessionem favore Hospitii, dummodo ipsi existentia legalis tribuatur: atque ex eodem recursu et Statuto scatet quod praefatum aedificium spectari debebat ceu ens independens ab auctoritate 'ecclesiastica quoad actus administrationis. Iam vero haec omnia intelligi nequirent, si aedificium et Pia Opera inibi existentia pertinere deberent ad Curiam ecclesiasticam Astensem.

Praeterea quod aedificium S. Clarae ideo acquisitum est, ut in civitate Astensi succursalis Parvae Domus Taurinensis fundaretur, eruitur nedum ex reciproco testamento facto a titularibus, ut sic integer maneret scopus Institutionis, sed etiam ex facto quod tres ex titularibus, ipso Episcopo Ronco consentiente, cesserunt suam repraesentationem civilem duobus sacerdotibus Parvae Domus Marchisio et Merlo, enixe rogantes Parvam Domum ut eorum medio cessionem accepto haberet. Quin imo ipse Episcopus Ronco in suis uteris informativis ad S. Congregationem fatetur quod translato Hospitio Cerrato in aedificium S. Clarae eius administratio et directio confidenter tradita fuit a quatuor titularibus P. Bosso Superiori Parvae Domus. Hinc si de facto Administrator Hospitii fuit Rmus Marello, hic se gerebat in tali officio uti simplex delegatus Parvae Domus, uti in eadem qualitate se gerebant Rmus Bertagna, ante eius promotionem ad Episcopatum, et alii duo titulares Sardi et Bellino. Id Parva Domus probat Uteris acceptationis ab iisdem relaxatis eius nomine, probat pluribus uteris ab iisdem scriptis Superiori Parvae Domus, ut eius assensum in nonnullis actibus administrationis referret.

Quare iure merito, concludit Parva Domus, Superior

P. Roetti a Rmo Marello expostulavit cessionem administrationis, quando ipse deprehendit nonnullos fundos distractos fuisse ad emendum Castrum de Finco et alia stabilia nomine Fratrum a S. Iosepho: iure merito exegit ut sibi omnes libri administrationis exhiberentur et ratio redderetur de mala erogatione capitalium.

Tandem Parva Domus, probato suo bono iure super aedeficio S. Clarae, edicit sacerdotem Cortona ab Hospitii gestione omnino esse repellendum, utpote nulla iuridica veste indutum ad tale officium. Ipse enim nullum mandatum seu delegationem ex parte Parvae Domus ostendere valet ; et si praesumptum mandatum habuisset a Rmo Marello, ipsum nullitate laboraret, utpote concessum absque consensu et auctoritate Parvae Domus. Neque sacerdoti Cortona aliquid suffragari valet qualitas legatarii in qua institutus est a Rmo Marello pro sua quota parte in aedificio S. Clarae, tum quia Rmus Marello coram Ecclesia non erat verus proprietarius, tum quia haec institutio peracta esset absque Episcopi consensu, quod contradicit terminis et sensui superius relati Rescripti, quando obtenta est facultas ad emendum ex-conventum S. Clarae.

IURA CURIAE ASTENSIS. EX adverso Rmus Pagella sustinet nullum ius, neque circa proprietatem, neque circa administrationem aedificii S. Clarae spectare Parvae Domui a Divina Providentia. Quoad Hospitium Cerrato ante eius translationem in aedificium S. Clarae, ipse observat, quod licet fundator Cerrato promiserit, quod post suam mortem succederet Parva Domus, attamen vivens se eius dominio privare noluit. Initio pro assistentia Chroiiicorum obtentae sunt a Parva Domo, sorores a S. Vincentio, sed post quatrimestre tempus fundator Cerrato anno nempe 1876 eas dimittere coactus fuit, et nullam postea cum Parva Domo relationem habuit. Hoc testantur nedum uxor ipsius Cerrato, sed et Ursula Cerrato, et Aloysia Piglione, quae post Sororum a S. Vincentio discessum se gessit tamquam Hospitii Superiorissa: neque ex parte Parvae Domus, ait Rmus

Pagella, adduci valet aliquod argumentum ad probandum extitisse aliquam protestationem vel querelam contra huiusmodi agendi modum fundatoris Cerrato.

Relate ad Epistolam Superioris Anglesio, animadvertit Pagella, eius affirmationes nihil probare cum non sint affirmationes fundatoris Cerrato : et si aliquid pondus habere admitterentur ad summum probarent, aliquam concordiam initio extitisse inter Cerrato et Parvam Domum, quae concordia evanuit ex facto dimissionis Sororum a S. Vincentio. Ex eo tempore Institutor Cerrato in hospitio semper explicuit absolutum dominium, et nulla amplius relatio intercessit inter ipsum et Parvam Domum. Hinc falsum dicit quod profertur de expensis factis a Parva Domo pro victu et vestibus Chronicorum ; falsum item fundatorem Cerrato a Parva Domo invitatum esse ad cedendum Hospitium canonicis Sardi et Marello, siquidem haec cessio facta est tantum ex consilio Episcopi Astensis. Verum quidem est quod dimissae Sorores a S. Vincentio die 28 Febr. 1883 iterum in Hospitio vocatae sunt, sed neque ex hoc tempore Parva Domus aliquid expendit pro Hospitio. Rmus Pagella id arguit ex recursu exhibito a quatuor titularibus aedificii S. Clarae Gubernio pro elevatione Hospitii Cerrato in ens iuridicum : in eo titulares fatentur quod Hospitium sustentabatur subsidiis Ordinarii, Cleri, et Arcae Parsimoniae, et nonnullorum civium Astensium ; de subsidiis a Parva Domo traditis ne verbum quidem, et nullibi ipsa nominatur in recursu.

Item quoad legata publicae beneficentiae quae prodierunt ex testamentis Guglielminelli, viduae Theseo, et Pavasiro, et quae Parva Domus contendit fuisse adiudicata Hospitio Cerrato, Rmus Pagella ait, id a veritate alienum esse. Siquidem legatum Ioannis Guglielminelli in libellis 25,000 iam transiit ad Municipale Hospitium Astense Chronicorum: legatum Pavasiro in libellis 25,000 annui reditus factum favore Hospitii Cerrato, huic persolvi nequivit, utpote carenti existentia legali et devolutum fuit ad Hospitium Munici-

pale chronicorum : aliud legatum Eugenii Guglielminelli in libellis annuis 500 item obtentum fuit ab Hospitio Municipali. Superest quartum legatum viduae Theseo in libellis 3000, sed cum ad hoc legatum vocetur etiam Municipale Hospitium, Hospitium Cerrato nihil profecto consequetur. Quare declamati a Parva Domo fundi beneficentiae quibus Hospitium Cerrato ditatum traducitur, in tenues resolvuntur auras.

Hisce observatis circa praetensa iura Parvae Domus super Hospitio Cerrato, ante eius translationem in aedificium S. Clarae, Rmus Pagella progreditur ad disserendum de pertinentia huius aedificii et de piis operibus ibi collectis. In primis animadvertit quod finis emptionis aedificii S. Clarae non fuit, ut inibi transferretur Hospitium Cerrato, sed potius ut conventus cum Ecclesia eriperetur a profanatione, et indeterminate ad pium usum destinaretur. Scatet id primum ex recursu ad S. Sedem pro obtinenda facultate ad emptionis contractum perficiendum : scatet ex facto quod ad emptionem prius rogati sunt Patres Doctrinarii et deinde Parva Domus. Cum hi aedificium emere renuerit, Rmus Bertagna sollicitus fuit pecuniam a variis benefactoribus colligere, et hac in parte collecta, stipulatio locum habuit contractus emptionis aedificii, conlata repraesentatione civili quatuor personis, iuxta Pontificium Rescriptum ab Episcopo Astensi designatis, nempe canonicis Bertagna, Sardi, Marello et sacerdoti Bellino qui Episcopi fiducia fruebantur. Iam vero in huiusmodi contractu perficiendo neque Parva Domus fuit interpellata, neque civilis repraesentatio ulli ipsius membro fuit assignata. Verum quidem est, subdit Rmus Pagella, quod P. Bossi Superior Parvae Domus persolvit pro emendo aedificio libellas 25,000, sed hoc perfecit de mandato pii benefactoris, et nulla solutioni apposita est conditio, aliunde videtur absurda praesumptio quod Parva Domus tam tenui summa vellet emere aedificium, cuius acquisitio peracta fuit pretio 100,000 libellis. Neque aliquid proficit adversa pars allegando, quod post translationem Ho-

spitii Cerrato in aedificium S. Clarae, ad Hospitium regendum vocatae sint Sorores a S. Vincentio, et administratio confidenter commissa Superiori P. Bossi ; reponit enim Reverendissimus Pagella, quod id explicandum est de simplici directione : titulares aedificii non erant proprietarii coram Ecclesia, ideo cessionem peragere non valuissent, iuxta mentem Parvae Domus, absque laesione iuris Episcopi Astensis.

Nihil pariter deduci valet ex mutuis testamentis ex adverso citatis inter titulares, siquidem probandum esset, quod ultimus superstes adstrictus esset ad testandum favore Parvae Domus Taurinensis. Expendens deinde Rmus Pagella recursum et statutum organicum Hospitii Cerrato, exhibitum Gubernio pro obtinenda personalitate civili Instituti contendit potius ista adversari praetensionibus Parvae Domus. Siquidem iuxta recursum Hospitium occupare debebat non totum aedificium, sed tantum eius partem. In statuto vero recursui adnexo edicitur quod Hospitii administratio pendere debet exclusive a Municipio et Clero Astensi : quod si Rmi titulares Sardi et Marello, pluries ad Superiores Parvae Domus recurrerunt per literas, eorum operam implorantes, id fecerunt non quia aliquod ius in eis recognoscerent, sed tantum pro directione et consilio : ipsi enim et praesertim Marello cupiebant, ut Pia Opera S. Clarae insistèrent vestigiis Instituti Parvae Domus.

Tandem Rmus Pagella ad examen revocat argumentum ex adverso adductum, nempe cessionem factam a tribus titularibus Sardi, Bertagna et Bellino de suis partibus in aedificio favore duobus membris Parvae Domus, nempe Merlo et Marchisio. Notat quod verus proprietarius aedificiis iuxta tenorem Rescripti Pontificii est tantum Episcopus Astensis: titulares habebant tantum repraesentationem civilem; hinc hi nihil transferre potuissent absque mandato Episcopi: imo neque ipse Episcopus transferre potuisset proprietatem absque S. Sedis licentia, quia vera proprietaria est Ecclesia. Secundo observat quod haec cessio, vel melius substitutio personarum facta fuit post obtentam Episcopi Astensis fa-

cultatem a Parva Domo : et hoc apprime respondet spiritui et tenori rescripti Pontificii, iuxta quod personae pro repraesentatione civili designari debent ab Episcopo Astensi et iuxta suam fiduciam. Iam vero si proprietaria et domina aedificii extitisset Parva Domus, haec licentia supervacanea fuisset.

Heic addendum censetur, quod in ultima causae propositione, favore Curiae Astensis productae fuerunt nonnullae adnotationes factae a defuncto Episcopo Ronco, non multo ante suam mortem super aliquibus documentis allatis ab adversa parte. Sic in documento quo Rmus Bertagna dicit, quod aedificii acquisitio facta fuit, eo quia Parva Domus coram Episcopo et quatuor titularibus declaravit se submittere oneri emptionis et administrationis , Episcopus Ronco scribit, id sibi ignotum fuisse ; acquirentes seu titulares fuisse mandatarios Episcopi Astensis, et quamcumque aliam Pontificii Rescripti interpretationem esse respuendam. Item in documento, ut alia omittantur, quo aedificium S. Clarae nuncupatur sedes succursalis Parvae Domus Taurinensis, Episcopus Ronco scribit, haec est gratuita assertio : Parva Domus sibi auctoritatem vindicat, qua caret, cum iuxta Pontificium rescriptum ordinatio omnium Piorum Operum existentium in aedificio S. Clarae exclusive pendeat ab Episcopis Astensibus.

Hisce utrimque ex fusioribus allegationibus collectis subiecta fuit solutio sequentis

Dubii

An sit standum vel recedendum a decisis dierum 10 Aprilis 1897 et 1 Iulii ***18981***

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Ep. et Reg., quaestione formiter discussa in plenario conventu diei 16 Martii 1900, stetit - *In Decisis* -.

CAPUTAQUEN.

CAPITULI QUOAD MISSAM CONVENTUALEM

Die 23 Martii 1900.

COMPENDIUM FACTI. Erecta nova dioecesi Caputaquen-Vallensi Uteris Apostolicis *Cum propter* diei 15 Iulii 1851 per territorii dismembrationem a Dioecesi Dianensi, status redituum Ecclesiae receptitiae S. Pantaleonis M. evectae ad Cathedralem non fuit immutatus. Huiusmodi reditus ab oneribus depuratus in annua summa ducatorum 1530 iuxta literas Ordinarii an. 1855 inter 12 canonicos et sex mansionarios ita erat distribuendus ut Dignitates 151, simplices canonici 86, et mansionari 50 ducata annuatim obtinerent.

Verum cum detectum esset, missarum onera quae Capitulares omnes gravant pro rata, dempto canonico Archipresbytero, absorbere fere totam praebendam, Capitulum an. 1856 preces porrexit S. Congregationi Episcop. et Regularium, postulans sanationem et absolutionem missarum, non celebratarum quoad praeteritum et insimul reductionem quoad futurum ad missam quotidianam conventualem et ad tot anniversaria solemnia quot a S. Sede viderentur imponenda. S. Congregatio per rescriptum diei 30 Maii 1856 annuit precibus Capituli, tum pro absolutione missarum quoad praeteritum, imposita aliquarum missarum celebratione arbitrio Ordinarii, qui eam determinavit per executoriale rescriptum diei 10 Iulii 1826 in missis 50 una vice a singulis canonicis pro benefactoribus celebrandis, tum pro reductione missarum quoad futurum eas coarctans ad missam conventualem pro benefactoribus quotidie applicandam.

In sequelam huius rescripti Capitulares rati sunt teneri ad applicandam unam tantum missam Conventualem etiam quando Rubricae duplicem missam conventualem praescribunt uti in diebus Quadragesimae, vigiliarum etc. et hanc secundam missam omiserunt. At cum Episcopus Caputaquen.

contra sentiret, an. 1892 S. Congregationi Episcop. et Reg. haec dubia proposuit: 1. An Canonici Ecclesiae Cathedralis Caputaquensis teneantur ad applicandam pro benefactoribus secundam missam quando eam Rubricae praescribunt. 2. Et quatenus affirmative an omnes canonici, vel «olum canonici hebdomadarii teneantur assistere huic secundae missae. Haec quaestio, ut ut sortita decretum *Proponatur in plenario.,* an. 1892 tractari nequi vit; et nunc ad novam instantiam Episcopi disceptanda subiicitur.

Disceptatio Synoptica.

FAVORE EPISCOPI. Est lex Ecclesiae generalis quod canonici teneantur in eorum ecclesiis quotidie ad applicandam missam conventualem cum cantu pro benefactoribus in genere. Ratio est quia missa conventualis est pars praecipua divini officii, ad quod tenentur canonici ratione beneficii. Quod si rubricas plures missas conventuales certis diebus praescribant, pariter ad eas applicandas tenentur. Omissis aliis Doctoribus praestat transcribere doctrinam *Bened. XIV in suis Instit. eccl. Inst. 107, § 2,* qui ita rem explicat *Praeter missam conventualem quotidie celebrandam rubricae secundam ac tertiam pariter missam conventualem praecipiunt quae certis anni diebus contingunt. Si officium novem lectionum fiat in Quadragesima, Rogationum, quatuor temporum ac Vigiliarum feriis tunc duo sacra conventualia iubentur unum nempe pro celebritate diei post tertiam, alterum pro feria post nonam... Quod si novem lectionum officium indicatur in pervigilio ascensionis, tria sacra conventualia facienda sunt, primum de sancto illius diei post tertiam, alterum de pervigilio post sextam, tertium de Rogationibus post nonam.,* et addit: *nullam contrariam consuetudinem, nullum tam grave negotium afferri posse, ut ipsae rubricae negligantur.*

Secundo pariter in iure pacificum est quod canonici vel beneficiati qui pro missa conventuali distributiones recipiunt, secundam eleemosynam pro ea accipere nequeant vel alteri

eamdem missam conventualem applicare. *Bened. XIV cit.* L *n. 15; Bouix de Capitulis p. 321.* Cum igitur haec lex de applicanda in certis diebus duplici missa conventuali certissima sit, Capitulum Caputaquense ad eam declinandam aliquod documentum afferre deberet : neque ipsum pro se invocare potest supracitatum rescriptum Pontificium, quia Rescriptum reductionis loquitur tantum de missis impositio a fundatoribus, quae in casu reditus beneficiorum absorbebant, non vero de missis praescriptis a rubricis. Ex alia vero parte, quamvis facultas dispensandi sit latae interpretationis, non ita tamen sentiendum de ipsa dispensatione, quae semper est strictae interpretationis utpote legi vulnus inferens. Iure merito igitur Rescriptum interpretandum venit dumtaxat de coarctatione missarum, quae impositae fuerunt a fundatoribus, vel ecclesiae benefactoribus.

FAVORE CAPITULI. EX adverso Capitulares observant in comperto esse tenuitatem redituum esse causam sufficientem aliquando ad reducendam applicationem missae conventualis ad dies tantum festos, *Bened. XIV loc. cit. n. 15,* salva tamen quotidiana missae conventualis celebratione. Iamvero quod praebendae canonicorum Cathedralis Caputaquensis sint tenues patet ex eo, quod eorum reditus vix attingunt annuam summam libellarum 425. Ex hoc igitur motivo petunt, ut exonerati declarentur ab applicatione secundae missae-conventualis, quando ea certis diebus a rubricis imponitur.

Hisce utrinque in arctum compactis, solutioni supposita fuere sequentia

Dubia

I. *An canonici Cathedralis Caputaquensis, in diebus Quadragesimae vel in vigiliis anni teneantur ad celebrationem cum cantu et applicationem secundae missae conventualis de feria post nonam, non obstante tenuitate praebendae canonicalis in casu?*

II. *An omnes canonici, vel solum canonici hebdomadarii teneantur ad assistendum huic secundae missae?*

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium, re penitus discussa in plenario conventu diei 23 Martii 1900, reformato dubio - An vi rescripti diei 30 Maii 1856 canonici exonerati censendi sint a celebratione plurium missarum conventualium, quando hae a rubricis praescribuntur.

Ad I. respondit: *Negative.*

Ad II. *Provisum in Uteris Apostolicis erectionis Ecclesiae Cathedralis Caputaquen. datis a fel. rec. Pii Pp. IX die 16 Iulii 1851.*

METHODUS seu ratio tractandi negocia de quibus contentio est inter partes apud S. Congregationem Episcoporum et Regularium.

Die 20 Iulii 1900.

In coetu generali S. C. Ep. et Reg. approbata fuit nova haec methodus tractandi negocia apud eamdem S. Congregationem. In calce exhibetur ratio vetus, quae in nonnullis differt.

ART. 1. Quotiescumque in negotiis, quae apud S. Congregationem Episcoporum et Regularium aguntur, tum ex relationibus Ordinariorum, tum ex partium deductionibus videatur expedire, ut res ad viam iuris reducatur, rescribitur: « *Proponatur « coram plenario Emorum Patrum coetu, citata parte et con- « cordato dubio ».*

2. In huiusmodi casibus ii tantum uti advocati seu procuratores admittuntur, qui penes SS. Urbis Congregationes rite probati sint.

3. Coram r. d. Summista singuli actus, qui ad iudicandum viam sternunt, coniiciuntur.

4. Propterea pars diligentior coram eodem r. d. Summista partem adversam citat « *ad concordandum de dubio, alias videndum subscribi et disputari infrascriptum* », quod nempe in <îalce citationis transcribitur.

5. Porro r. d. Summista citationis libello adscribit diem et horam audientiae, in qua citatio *«poterit legi »;* et subinde, vel propositum, vel aliud dubium concordat, de consensu partium : sin minus mandat partes suis iuribus uti per memoriale in ple-

naria Congregatione. — Praeterea idem r. d. Summista terminum praetulit ad exhibenda summaria et deductiones partium,, ut opportuno tempore confici possit restrictus seu *Consultatio* S. Congregationi subiicienda.

6. Si pars citata, infra terminum praefinitum, non compareat, citatur pro secunda vice « *ad concordandum de dubio- « nec non destinari Congregationem ».*

7. Si pars in sua contumacia perstiterit, r. d.. Summista concordat dubium, et Congregationem pro Causae propositione destinat, ita tamen ut spatium saltem triginta dierum intercedat*, et decretum intimatur adversae parti per Cursorem sive per litteras apud epistolarum diribitorium commendatas, quaesita receptionis syngrapha, vulgo « con ricevuta di ritorno ».

8. Concordato autem dubio, utraque pars aut saltem pars diligentior deponet apud aream S. Congregationis congruam pecuniae summam, pro expensis necessariis, in singulis casibus a r. p. d. Secretario taxandam.

9. In casu contumaciae, si post latam sententiam pars contumax postulet *beneficium novae audientiae,* ipsa tenebitur ad deponendam in arca S. Congregationis omnem pecuniae summam pro expensis novae propositionis necessariam.

10. Documenta unius partis alteri non tradentur nisi in exemplaribus *ex officio* exscriptis, praevio superiorum rescripto. Informationes tamen Ordinariorum et documenta secreta, si qua sint, nullatenus tradentur.

11. Advocati seu Procuratores antequam typis edant deductiones et summaria, quibus uti voluerint, ea subiicient r. d. Summistae, ut imprimendi licentiam impetrent: quae quidem imprimendi licentia denegari poterit vel una ea ratione, quod deductiones nimis prolixae inveniantur.

12. Allegationes typis editae decem saltem diebus ante Congregationem destinatam, tum ad *Emos Patres,* in duplici exemplari, tum ad Secretarium, Subsecretarium et Auditorem deferentur: sex autem earumdem allegationum exemplaria, ubi primum fieri poterit, penes Tabularium S. Congregationis deponentur.

13. Mutua inter partes allegationum et summariorum traditio fit decem diebus ante Causae propositionem.

14. Responsiones triduo ante propositionem Causae distribuuntur, ut in art. 12, et partibus invicem traduntur.

15. Resolutionem S. Congr. r. p. d. Secretarius in scriptis tradit, suoque nomine signat; eamque subinde per se, sive per Officialem ad id deputatum, partibus significat.

16. Si intra decem dies pars vieta iterum audiri postulet, Emus Cardinalis Praefectus, audito Congressu, novae audientiae beneficium concedere potest.

17. Quoties vero res diiudicata fuerit cum clausula « *et amplius* » tunc beneficium novae audientiae non conceditur nisi a plena Congregatione.

18. Si Causa iterum proponi contingat, servandus erit modus in superioribus articulis respective praescriptus.

19. Diudicata Causa, authenticum resolutionis exemplar Parti seu Partibus petentibus tradetur.

DECRETUM de Methodo servanda in causis quae apud S. Congregat. Episcoporum et Regularium iuris ordine servato aguntur.

Die o Septembris 1834.

In generali Congr. habita Nonis Septembris MDCCCXXXIV. Eminentissimi et Reverendissimi Patres decreverunt, ut vetus, et propria S. Congregationis methodus, seu ratio tractandi negotia, de quibus contentio est inter partes, accurate in posterum servaretur. Est autem huiusmodi:

1. Quotiescumque in negotiis quae apud S. Congregationem Episcoporum et Regularium aguntur tum ex relationibus Ordinariorum tum ex partium deductionibus videatur expedire, ut res ad viam iuris reducatur, rescribitur - Partes deducant sua iura coram Eminentissimo N., qui videat et referat, citata parte et concordato dubio. —

2. Coram Eminentissimo Relatore, vel eius Auditore, adhibito SS. Congregationum Notario, singuli actus, qui ad iudicandum viam sternunt, coniiciuntur.

3. Propterea pars diligentior coram eodem Auditore partem adversam in ius vocat - ad concordandum de dubio, alias videndum subscribi, et disputari infrascriptum - quod nempe in calce citationis transcribitur.

4. Eminentissimus Relator, sive eius Auditor vel propositum, vel aliud dubium concordat de consensu partium; sin mi-

nus mandat partes suis iuribus uti per memoriale in S. Congregatione.

5. Si pars citata intra terminum praefinitum non compareat, citatur pro secunda vice ad concordandum de dubio, nec non destinari Congregationem.

6. Si pars in sua contumacia perstiterit, Eminentissimus Relator, vel eius Auditor concordat dubium, et Congregationem pro Causae propositione destinat, ita tamen ut spatium saltem triginta dierum intercedat; et decretum adversae parti per Cursorem intimatur.

7. Iura autographa, quibus utraque pars utitur, quindecim diebus ante diem propositionis causae apud D. Secretarium deponuntur, transmissa utrinque intimatione.

8. Allegationes utriusque partis, decem diebus ante Congregationem, tum ad Eminentissimos Cardinales, tum ad D. Secretarium, et Sub-Secretarium, ac ad Secretariam S. C. deferuntur.

9. Mutua inter partes allegationum, et summariorum traditio fit eadem ipsa die in domo Auditoris Emi Relatoris.

10. Responsiones triduo ante propositionem causae distribuuntur, et communicantur, ut in articulo praecedenti.

11. Resolutionem S. Congregationis Eminentissimus Relator scriptis tradit, et suo nomine obsignat eamque de Secretario tradit partibus significandam.

12. Si intra decem dies pars vieta iterum audiri postulet, Eminentissimus Relator novae audientiae beneficium tribuere potest.

13. Quoties cunctis suffragiis res diiudicata fuerit cum clausula *et amplius* vel uno tantum suffragio discrepantem cum clausula, *et non concedatur,* tunc venia redeundi non tribuitur, nisi a plena Congregatione.

14. Causa denuo proponitur servato modo, et terminis primae propositionis.

15. Diudicata causa authenticum resolutionis exemplar ei traditur qui causam obtinuit.

16. Victor instat coram A. C, qui ut merus executor resolutionem S. Congregationis exequendam decernit.

CAROLUS CARD. ODESCALCHI *Praef.*

Io. ARCHIEP. EPHESINUS *Secret.*

EX S. DATARIA APOSTOLICA

LITTERAE Eminentissimi Cardinalis a Secretis Status, ad Emum Pro-Datarium quoad Beneficia et pensiones ecclesiasticas.

Die 24 Maii i899.

La Santità di N. S. considerando da una parte che è assai diminuito il numero dei benefici ecclesiastici, e desiderando d'altra parte aver modo di venire in aiuto ai Sacerdoti poveri, si è degnata disporre, in conformità degli augusti intendimenti già manifestati a Vostra Eminenza :

I°. Che a partire da questo giorno, neh' atto stesso della loro promozione debbano perdere tutte e singole le pensioni, delle quali per avventura si trovino al possesso, tutti coloro i quali siano promossi alla dignità cardinalizia, a Vescovi residenziali, a Nunzi di prima e seconda classe, a Segretarii delle Sacre Congregazioni dei Vescovi e Regolari, del Concilio, di Propaganda, non che ad Assessore del S. Uffizio ed a Maggiordomo della Santità Sua.

2°. Che tutti coloro i quali già godono una pensione ecclesiastica, non ne possano ottenere altra se non manifestino alla Dataria Apostolica quella di cui già godono; la quale ma-

SSmus Dnus Noster, attenta imminutione numeri beneficiorum ecclesiasticorum, volens occurrere necessitatibus pauperum sacerdotum per literas Emi Cardinalis a Secretis Status ad Cardinalem Pro-Datarium, sub die 24 Maii 1899 sequentia praescribere et pro eorum observantia publicare dignatus est.

I°. Incipiendo ex hac die, omnes promovendi ad Cardinalitiam Dignitatem, ad Episcopatum residentialem, ad Nuntiaturas primae et secundae classis, ad munus Secretarii ss. Congñum Episcoporum et Regularium, Concilii et de Propaganda Fide, nec non ad munus Assessoris S. Officii et Praefecti Domus Pontificiae in actu ipso promotionis amittere debeant omnes et singulas pensiones, quarum forte in possessione iam sint.

2°. Qui pensione ecclesiastica iam potiuntur, nequeant aliam consequi, nisi prius Datariae Apostolicae declarent, illam quo modo fruuntur: et ad hanc declarationem teneantur sub poe-

nifestazione debba esser fatta sotto pena di nullità della concessione della seconda pensione.

3°. Che tutti coloro i quali godono pensioni ecclesiastiche, nell'atto di ottenere qualunque beneficio in Roma, debbano perdere le pensioni stesse. Ad impedire qualsivoglia frode, i nominati a qualunque beneficio prima di far spedire le relative Bolle, dovranno sotto pena di nullità della provvista, di cui per avventura si tratti, dichiarare le pensioni che già godono.

4°. Che sieno abrogati ed aboliti i privilegi dei quali, in virtù di pontificie concessioni, hanno fin qui usato i Cardinali di S. Romana Chiesa, i Conclavisti, altre persone o collegi di persone, di trasferire ad altri le pensioni ad esse conferite.

5°. Restano ferme e in tutto il loro vigore, le altre disposizioni di diritto comune circa i modi nei quali vengono a vacare le pensioni ecclesiastiche.

na nullitatis concessionis secundae pensionis.

3°. Qui ecclesiasticas pensiones obtinent, in actu consecutionis cuiuscumque beneficii Romae, pensiones ipsas amittant. Ad arcendam autem omnem fraudem, nominati ad quodcumque beneficium antequam relativae Bullae expediantur, sub poena nullitatis provisionis, teneantur ad declarandas pensiones, quas tenent.

4°. Abrogantur et abolentur privilegia, quibus ex pontificiis concessionibus hucusque fruiti sunt Cardinales S. R. Ecclesiae, Conclavistae et aliae personae vel Collegia personarum, transferendi ad alios pensiones sibi conlatas.

5°. Firmae consistant et in suo robore aliae iuris communis dispositiones circa modos, quibus ecclesiasticae pensiones vacare solent.

Il sottoscritto Cardinale Segretario di Stato nel partecipare a Vostra Eminenza queste Pontificie disposizioni, affinchè ne curi l'osservanza, Le bacia umilissimamente le mani e Le conferma i sensi della sua profonda venerazione.

Fimi°. M. CARD. RAMPOLLA

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI, dubia varia quoad officium Patroni Dioecesis etc.

Rev. Fr. Marianus Méndez, sacerdos Ordinis Minorum S. Francisci, qui Calendarium seu Directorium pro divino officio persolvendo in Provincia S. Gregorii Magni in Hispania munus conficiendi habet, ad pedes S. V. humiliter provolutus, quae sequuntur dubia solvenda reverenter exponit:

Pius Papa IX fel. rec. decreto *Ab expositis,* die 29 Aprilis 1858 edito, omnibus Religiosis minoriticae Familiae praecepit omnino conformari Calendario generali perpetuo typis mandato anno 1857, omissis aliis Dioecesis officiis praeter illa Patroni principalis loci, Titularis ac Dedicationis Ecclesiae cathedralis, celebranda ritu a Rubricis Decretisque pro Regularibus praescripto, necnon alia particularia officia a S. Sede praeceptive concessa ecclesiasticis utriusque cleri. Item, iuxta auctores de Liturgia tractantes et decretum S. R. C. diei 28 Aprilis 1866 in *Patavina* **(3147)** ad IV, Regulares recitare tenentur de omnibus dioecesanis Festis, quae adnexam habent obligationem audiendi sacrum et abstidendi ab operibus servilibus.

Porro Fratres Minores Provinciae S. Gregorii Magni in Hispania iamdudum officium recitant Patroni principalis loci, cuius dies non est festivus pro populo, ritu duplici primae classis absque octava ; verum, ex sententia eorumdem scriptorum et ex decretis S. R. C. uti in *Calaguritana* num. **1095** die 28 Sept. 1158, officium Patroni Dioecesis recitari non licet illis in locis Patronum canonice electum habentibus. Quaeritur :

I. An praedicti Fratres Minores teneantur officium recitare Patroni Dioecesis, cuius dies est de praecepto festivus in tota Dioecesi, ritu pro Regularibus praescripto duplicis 1^{ae} classis sine octava; vel id praetermittere debeant eo quod non sit expressum in citato decreto *Ab expositis,* et quia, sicut dictum est, iam officium recitant Patroni principalis loci?

Insuper Religiosi supradictae Provinciae consuetudinem habent, ab immemorabili tempore, non recitandi officium Titularis Ecclesiae Cathedralis; quaeritur:

II. An eiusmodi consuetudinem continuare valeant, vel potius debeant recitare officium Titularis Ecclesiae Cathedralis,

ritu pro Regularibus praescripto, nempe duplici primae classis sine octava?

Item: Rubricae Missalis et auctores de Liturgia pertractantes, pro hora in qua Missa conventualis celebrari debeat praefìnienda, non aperte exprimunt an praedicta Missa sequi debeat immediate post Horam canonicam assignatam ab ipsis Rubricis, vel si separari liceat enuntiatam Missam ab Hora canonica, ita ut inter Missam et Horam breve vel longum aliquod temporis spatium intercedere possit. Hinc quaeritur:

III. Utrum Missa conventualis debeat celebrari immediate post Canonicam Horam a Rubrica et Decretis designatam; vel eas separare liceat, ita ut inter illas breve vel longum aliquod temporis spatium intercedere possit? Et quatenus affirmative ad primam partem, quaeritur:

IV. Utrum idem sit tenendum de Missa solemni vel cantata, quae officio diei non est conformis, cum in Rubricis et Decretis praescribitur, ut post aliquam Horam canonicam celebretur ?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad II. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad III. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad IV. *Negative,* et celebretur post Nonam.

Atque ita rescripsit, die 9 aprilis 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

DIOMEDBS PANICI, 5. *R. C. Secretarius.*

TIRASONEN. Dubia magistri caeremoniarum circa consuetudines inolitas; quaerens quaenam sint respuendae, quaenam retinendae.

Hodiernus Magister caeremoniarum Cathedralis Ecclesiae Tirasonensis nonnullos in eadem Ecclesia animadvertens inductos mores, Rubricis et S. R. C. Decretis minus conformes atque etiam contrarios, cupiensque scire quinam ex iis permitti possint, quinam sint eliminandi, insequentia dubia f, annuente Rmo D. Episcopo dioecesano, eidem S. R. C. resolvenda humiliter proposuit, nimirum:

I. In omnibus Missis solemnibus Corporale non explicatur a Diacono tempore praescripto in Ritu servando in celebratione Missae (Tit. VI, 7), sed a sacrista antequam Missa inchoetur: an haec praxis possit sustineri?

II. An possit servari consuetudo celebrandi Missas solemnes Feriarum Quadragesimae, Quatuor Temporum, Vigiliarum, quarumdam de *Requiem* aliarumque per annum sine ceroferariis, sine thuriftcatione, duobusque tantum cereis accensis in altari?

III. Estne tolerandurn quod Subdiaconus, in praedictis Missis maneat cum Celebrante, et non incedat cum Diacono eique assistat in pulpito, ubi est canendum Evangelium?

IV. Ex praesumpto privilegio Canonicus celebrans lecto Graduali seu Tractu, vadit ad scamnum ubi sedens et coopertus imponit incensum, dat benedictionem Diacono evangelium cantaturo, ibique manet quin legat evangelium usque dum Diaconus incipit cantum ipsius. Haec omnia possunt retineri?

V. Poterit continuari praxis immemorabilis Cathedralis Ecclesiae Tirasonensis, cuius titularis est B. V. Maria, nominandi ad litteram N. Orationis *A cunctis,* S. Attilanum, patronum civitatis et Ss. Prudentium et Gaudiosum patronos aeque principales Dioecesis?

VI. An sufficiat ut in quibusdam Missis de *Requiem,* anniversariis *late sumptis,* quae in hac Cathedrali cum Diacono et Subdiacono cantantur, Sequentia *Dies irae* legatur tantum a Celebrante, aut debeat etiam cantari a Choro?

VII. Utrum, attenta consuetudine, in Vesperis et Laudibus persolvendis Celebrans possit manere in habitu chorali usque ad Capitulum et tunc tantum assumere pluviale?

VIII. Estne permittendum, quod dum quibusdam diebus canitur vespere Officium defunctorum in Choro, sedeat in scarnino presbyterii Celebrans paratus Alba et Pluviali inter Diaconum et Subdiaconum sacris *indumentis,* uti ad Missam, etiam paratos ?

IX. Cum organum alternatim pulsatur tam in officio divino quam in Missa non est cantor qui, ut statuit *Caerem. Episcoporum* lib. I, cap. XXVIII, intelligibili voce pronuntiet quod per Organum ñguratur cantari; sed unusquisque de Choro in Officio Divino, non vero in Missa, submissa voce dicit quae ad sonitum Organi omittuntur. Quid in posterum agendum?

Et S. R. Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis liturgicae, omnibusque rite perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Serventur Rubricae et Decreta.

Ad II. In Missis solemnibus cum Ministris paratis, *Negative.*

Ad III. Servetur *Caeremoniale Episcoporum* lib. II, c. VIII, n. 45.

Ad IV. *Negative* et serventur Rubricae Missalis.

Ad V. *Affirmative,* ex gratia in casu.

Ad VI. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad VII. *Negative* et servetur Caeremoniale Episcoporum.

Ad VIII. *Negative.*

Ad IX. Stetur Caeremoniali Episcoporum.

Atque ita rescripsit, die 2 Maii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Praefectus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI S. *R. C. Secretarius.*

VERONEN. Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Magdalenae Marchionissae de Canossa, fundatricis Instituti Filiarum a Charitate.

Ad instantiam Rmi Dñi Michaelis Bruni Procuratoris Generalis Congregationis Missionariorum a Pretioso Sanguine D. N. I. C. et Causae Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Magdalenae Marchionissae de Canossa Postulatoris, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Lucidus M. Parocchi Episc. Portuensis et S. Rufinae, eiusdem Causae Relator in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis Rotalibus, subsignata die ad Vaticanum habitis iuxta peculiares Apostolicas dispositiones annis 1878 et 1895 editas, sequens Dubium discutiendum proposuit: « *An constet de validitate et relevantia Processuum, tam Apostolica quam Ordinaria Auctoritate constructorum, testes sint rite ac recte examinati et iura producta, legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur?* ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, reque mature perpensa, rescribendum censuit: « *Constare*, expunctis tamen testibus non repetitis in Processu Apostolico, et demptis attestationibus extraiudicialibus; quoad vero Processiculum, Venetiis conditum, *dilata* et ad *mentem* ». Die 26 Iunii 1900.

Quibus omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua resolutionem Sacrae eiusdem Congregationis approbavit. Die 9 Iulii eodem anno.

C. CARD. ALOISI-MASELLA *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM quoad ordinationem presbyteri, in qua prima manuum impositio facta fuit absque tactu physico.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., devotamente espone quanto appresso:

Nella ordinazione di un sacerdote, avuta luogo nel luglio 1897, fu fatta la prima imposizione delle mani, ma senza il tatto fisico, sul capo dell'ordinando da parte del Vescovo e dei preti assistenti.

Benché a taluni sia parsa valida tale ordinazione, secondo l'insegnamento del Perrone che ripone nella seconda imposizione delle mani la materia essenziale del presbiterato, non venendo la prima da nessuna forma di parole determinata; nondimeno per maggior sicurezza in cosa così rilevante umilmente chiede che cosa debba fare per la detta ordinazione.

Feria 1V, die 4 Iulii 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, exposito praedicto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Ordinationem esse iterandam ex integro sub conditione et secreto, quocumque die, facto verbo eum SSmo, ut suppleat de thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis celebratis ut in casu.

Sequenti vero feria VI, die 6 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SSmi Dñi N.ri Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit ac gratiam benigne concessit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. L Notarius*

LITTERAE in forma Brevis SSmi. O. N. Leonis XIII, quae mittebantur ad XVII Conventum catholicorum, Romae habitum.

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ad Catholicorum conventum vobis proxime in Urbe celebrandum Noster festinat animus, malis fatigatus mentis in exitum saeculi, cuius varie agitatum cursum paene totum, Deo sic volente, conspeximus. Recreat enim eorum cogitatio, quae ab Instituti vestri exordiis huc usque per vos acta sunt feliciter ad Religionis tutamen patriaeque salutem in gravi christianae reipublicae discrimine; quae quidem non habent solum praesentis laudis testimonium, sed auspicium etiam futurae utilitatis.

Causam dudum complexi estis Nobis et bonis omnibus gratissimam, cuius in dies acrius tuendae, non modo Decessor Noster Pius felic. rec. PP. IX, sed Nos Ipsi auctores fuimus, qui operis vestri praestantiam Apostolicis Litteris saepe comprobavimus. Latior autem virtuti industriaeque vestrae patebit campus hoc expiabili anno, e conspicuo profecto loco, ubi consilia de certis haud parvi ponderis negotiis estis habituri.

Ex hac enim Urbe principe, tamquam ex arce mundi, clarius obversantur oculis multa, quae cogitanda vobis et apprime curanda videantur. Singulis igitur his in rebus naviter prudenterque tractandis ñervos omnes contendetis, quos pluribus acuere verbis supervacaneum ducimus, rati non opus esse incitare currentes.

Verum, quemadmodum in bene instructa acie non satis est ducibus milites habere ad praeliandum paratissimos, nisi dicto audientes iisdem sint, ita consociationis ratio probe ac sapienter instituta disciplinam singulorum concordiamque requirit. Magna enim vis est voluntatum in unum et idem conspirantium, diuturnoque usu comprobatur vetus illa sententia : « concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur ».

Quamobrem haud mediocrem rem actam arbitremini, si, opera vestra, quicumque pro optima causa in Italia militant ordines, id est catholicae consociationes, vel etiam privatim agentes, Ecclesiae pastorum auctoritatem vereri solemne habeant; si, remotis contentionibus, coetui vestro adhaereant, non specie tenus aut nomine, sed re in usum deducta, vosque, compacta

veluti phalange, sectentur; si denique coniunctis viribus, studiis, voluntatibus, iure sibi usurpare possint Pauli Apostoli verba: «nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus».

Haec vobis documenta etsi alias iam dedimus, iteranda tamen esse censuimus hoc maxime tempore, quo, aestuantibus animis, ipse ardor agendi nonnihil docilitati facile detrahit, sine qua nulla potest esse sancta societas.

In causam igitur incumbite, qui in Ecclesiae subsidium vocati estis; flos catholicae Italiae, egregium immotae in Pontificem fidei retinete nomen, quod initio adscivistis, edituri fructus tali appellatione dignissimus. Ac fundamenta quidem iacta erunt totius operis quum de vobis omnibus gloriari liceat Apostoli verbis: « vestra obedientia in omnem locum divulgata est».

Quo autem omnia prospere atque e sententia cedant, instate precibus apud clementissimum Deum, ut afflictis Ecclesiae rebus Ipse prospiciat, haud praetermittentes coetui vestro adprecari Beatissimae Virginis patrocinium, quae Sedes sapientiae appellatur et Mater boni consilii,

Interea paternae Nostrae benevolentiae testem eamdemque caelestium munerum auspicem Apostolicam benedictionem, Tibi, dilecte fili, et sodalibus universis Catholicae consociationis vestrae peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXXI Augusti an. MCM, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

NICIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Lie il Iunii 1899, die 27 Ianuarii et 14 Iulii 1900.

Sess. 24. cap. I. De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Carolina, e dioecesi Niciensi, *die 11 Ianuarii 1882,* septemdecim annos tunc nata, matrimoniali foedere iuncta est cum quodam Stephano, in eadem dioecesi commorante.

Hae nuptiae haud felices successerunt : asseritur enim, Carolinam, haud Iubenti animo, sed gravi metu, a matre compulsam viro nupsisse. Quam vero aerumnosa fuerit coniugalis vita, narrat mulier hisce verbis in suo supplici libello : « De scènes terribles sont passées dans les années que nous avons vécus ensemble, sans jamais pouvoir nous concilier, quoique de notre union il y ait eu deux enfants »; imo, si vera narrantur, tot aerumnis mulier oppressa fuit ut, malo consilio, quadam die mortem veneno sibi consciscere conata sit. Hac de re, percrescentibus domesticis contentionibus, Carolina marito valedixit et ad tribunal civile recursum habuit facile obtinens sententiam favorabilem divortii. Perversis exinde ducta consiliis mulier, alii viro se per actum civilem coniunxit, quod et vir iam fecerat, eodem sacrilego connubio alteram mulierem ducens.

Progressu temporis Carolina supplicem Episcopo Niciensi porrexit libellum, quo se poenitentem dixit illati scandali, simulque postulavit, ut matrimonium a se contractum cum Stephano nullum declararetur ex capite vis et metus. Revera Episcopus Niciensi s remisit cognitionem causae usque ad sententiae prolationem Iudici delegato, qui constituto Tribunali, iuratas depositiones actricis, eius viri, pluriumque testium excepit : atque, omnibus perpensis, sub die 10 Iulii 1898 hanc dedit sententiam : « Matrimonium contractum a Carolina cum Stephano defectu consensus, aut saltem ex certissimo defectu libertatis, quae requiritur ad valide contrahendum matrimonium, nullum prorsus esse ».

Disceptatio synoptica

DEFENSIO MULIERIS. Mulieris patronus ipso orationis exordio monet, matrimonium solo consensu contrahi et plena debere securitate gaudere; si ergo aliquid libertati desit, matrimonium nullo pacto contrahi docet Alexander III in *cap. 14 B e Sponsal.* Imo, unanimiter Doctores tradunt in nullo alio contractu tantam requiri libertatem, quanta in contrahendo matrimonio servetur oportet. Ita S. Cyprianus

de habitu virg. - ibi - « Ad matrimonium desideratur magis libertas voluntatis, quam ad alios contractus ». Et Gonzalez lib. 4 decret., tit. 1, cap. 15, § 5 - ibi — « Cum matrimonium petat voluntatem omnino voluntariam, nusquam libertas tam necessaria est quam in matrimonio ».

Hisce in iure positis, orator ad probationem factorum accedens, probare contendit, in casu nedum graviter et iniuste violatam fuisse a matre libertatem actricis, sed constare insuper ex parte eiusdem nullatenus consensum intercessisse. Ita sane sub iurisiurandi fide coram Iudice locuta est Carolina: « Je dois déclarer que, quand Mr. le Curé m'a demandé si je voulais prendre Mr. Etienne pour mon époux, selon les lois de l'Eglise, je n'ai pas répondu ; et si je n'ai, pas répondu, c'est parce que je ne voulais pas répondre. Ce dont je me suis accusée comme d'une faute, à ma première confession ».

Hoc insuper confirmat ex depositione Elisae Forgeot, cuius testimonium maximi faciendum esse, ait orator, cum testis, tempore initi matrimonii, esset « femme de chambre chez la famille de Caroline ». Nimirum praefata Elisa ad opportunam Iudicis interrogationem sic respondit : « Mlle Caroline m'a dit (paullo ante celebrationem matrimonii) : Elisa, on n'entendra pas ma voix » et pressius interrogata quidnam per ea verba oratrix significare vellet, absque haesitatione adiecit: « J'ai compris qu'elle n'aurait pas dit - oui - ».

Nemo vero, pergit defensor, huic oratricis affirmationi contradicere potuit. Nam vir, iterum ad examen vocatus, percontanti Iudici : « Lorsque vous vous êtes présenté devant Mr. le Curé... vous souvenez vous d'avoir entendu qu'elle (oratrix) ait répondu : oui à la question... si elle aussi vous acceptait pour son legitime époux ? » respondere debuit : « Je ne m'en souviens pas ». - Et oratricis mater, de hac re a iudice percontata, iuravit : « Bouleversée comme j'étais par les différentes scènes de la veille et de la matinée (diei qua celebratum fuit matrimonium) je n'ai rien

entendu, ni rien remarqué... Jamais, d'ailleurs, je n'ai jamais entendu dire - oui - à ma fille pour ce qui concerne ce mariage ». Tandem oratrix, instante vinculi defensore, qui illam extraiudicialiter, hac super re, tentare non dubitavit, novo examini subiecta iterum iuravit : « Je n'ai rien répondu... je n'ai répondu ni à voix haute, ni à voix basse.... Pour moi je n'ai fait aucun signe ».

Insuper orator minime miratur, si parochus, qui matrimonio benedixit, ulterius progressus sit et caeremoniam absolverit ; homines enim, ait patronus, accipi debent uti sunt re ipsa, non autem ut esse deberent. Iamvero, pergit, in ipsamet celebratione matrimonii alia non minoris momenti desiderantur, quae, iuxta oratorem, enunciati parochi ingenium satis ostendunt. Videlicet perlegenti processualia acta in oculos insilit, matrimonium hoc coram parocho non proprio initum fuisse, neque certo constare de necessaria delegatione proprii parochi, vel ordinarii ; quare defensor infert, grave adesse dubium de nullitate matrimonii ex defectu parochi proprii. — Insuper, advertit, testimonium de peracta celebratione matrimonii, non ab eo qui ipsi matrimonio adstitit, sed ab alio conscriptum fuisse, uti manifeste patet ex verbis rev. Antonii Tordo qui, postquam dixit : « étant vicaire, alors, de Notre Dame de Nice, il est très-probable que j'ai assisté à ce mariage; mais je ne pourrais pas l'affirmer d'une manière positive et certaine » : ingenue addidit: « Suivant la répartition des emplois de l'église, j'ai été chargé de rédiger l'acte de Mariage ». Ex hoc patet, urget patronus, quam fidein mereri ea verba « j'ai reçu le mutuel consentement » quae leguntur in praefato testimonio, quaeque constat Scripta fuisse ab eo qui certe non accepit nec ullatenus audivit mutuum contrahentium consensum. — Quare patronus infert, parochum Germond, qui matrimonio benedixit, quique praecedentia ignorabat, tacitae oratricis consensum praesumpsisse ex eo quod ipsa, nuptiali apparatu, ad ecclesiam accesserit.

Verum, iuxta oratorem, eiusmodi praesumptio tam longe

a veritate aberrat, ut potius contrarium obtinere debeat in casu. Quandoquidem, prosequitur advocatus, etiamsi dari vellet, oratricem reapse verbis haud aliis signis consensum exterius manifestasse, tamen talia fuerunt adiuncta, quae matrimonium praecesserunt, concomitarunt ac subsecuta sunt, ut ex iis indubio constet ipsam nullimode aut saltem non libere consensisse.

Hoc in primis probat ex vehementi antipathia et aversione, qua actrix ante matrimonii celebrationem virum semper prosecuta fuit. Revera, ipsemet vir haud obscuris verbis fatetur : « je Tai épousée de plein gré, remarquant cependant peu de sympathie en elle pour moi ». Et frater oratricis, nomine Paulus, ait: « De retour à Nice j'ai fait, part à ma sœur de mon étonnement de ce qu'elle ne m'avait pas annoncé, elle même, son mariage, a matre enim nuncium acceperat. Elle me répondit, les larmes aux yeux, qu'elle n'aimait pas l'homme qu'elle allait épouser. J'appris, en même temps, de mon Père et de sa propre bouche qu'il... avait pu s'assurer que cette dernière (oratrix) non seulement ne se sentait en aucune manière attirée vers Mr. Etienne, mais bien au contraire, qu'elle manifestait à son égard des sentiments de réelle aversion... J'ai pu remarquer notamment qu'à chacune des ses (Stephani) visites de fiancé, il fallait aller chercher ma sœur retirée dans sa chambre et insister, souvent très-longtemps, auprès d'elle pour l'amener à le voir et s'entretenir avec lui... ».

Item Elisa Forgeot « Bien des fois, Mlle Carolina versant son cœur dans le mien, qui était, à cette époque, aussi fiancé, me disait en pleurant. Vous, Elisa, vous êtes heureuse, parce que vous allez épouser un jeune homme que vous aimez; mais moi, qu'on me force à épouser un homme que je n'aime pas ! Elle ajoutait : non, jamais je n'épouserai cet individu, qui est bossu, a le nez de travers. Elle lui trouvait tous les défauts imaginables, et il n'y avait rien en lui qui lui plût... Toutes les fois qu'on entendait un roulement de voiture, Mlle Caroline.me disait: Elisa,

voyez un peu qui arrive? Et lorsque je lui disais: C'est Mr. Etienne, elle éprouvait un mouvement de répulsion, elle palissait et pleurait ». Idipsum fatetur Domina Maria Hennessy, nec non ipsa oratricis mater.

Neque ulterius actrix quidquam intentatum reliquit ut hominem adeo invisum a se statim repellerei ; sed incassum semper. « J'ai résisté, inquit, à ma mère dès le commencement et toujours... Quand je disais à ma Mère, que je ne pouvais songer à m'unir à un homme, que je n'aimais pas, elle m'imposait silence, en me disant, encore et toujours, que je n'avais qu'à faire ce qu'elle voulait, et que c'était elle qui commandait ».

In sui auxilium fratrem invocat, sed item frustra; ait enim ipse frater: « Ayant été chargé par ma sœur d'intervenir auprès de ma mère, pour lui faire part de toute la répugnance que ma sœur éprouvait à l'égard de ce mariage, ma mère me repondit de ne pas me mêler de cette question, car elle ne me regardait pas ».

Ex supra recensitis iam satis patet, notat patronus, cuius indolis fuerit oratricis mater. Inter alias ad rem affert depositionem Dominae Mariae Hennessy, quae testatur: « Mme la mère de Caroline est une personne très autoritaire, qui n'écoute personne, qui fait ce qu'elle veut, devant laquelle tout le monde doit céder ». Cui concinit Elisa Forgeot, iurans : « Mme., dont personnellement je n'ai pas à me plaindre, est par tempérament trés-autoritaire, et quand elle veut une chose il faut qu'elle soit ».

Quin imo ipse Iudex Niciensis asserere non dubitat, praefatam oratricis matrem, patria Americanam, quae postea ad religionem catholicam laudabiliter se convertit, tunc temporis protestanticae sectae addictam esse et putasse sibi ius esse disponendi de sua filia quoad matrimonium, sicut quoad ceteras res domesticas.

Rursus, urget patronus, mater ex his nuptiis maximam tum filiae, tum familiae utilitatem obventuram sperabat ; ait enim : « Désirant bien établir ma fille et lui assurer un

avenir brillant et heureux, il m'a semblé que le jeune Etienne, par son éducation et par l'avenir que semblait lui assurer la position de son père, qui était administrateur de la Caisse de Crédit de Nice, et Vice-Président de la Compagnie Maritime du Canal de Suez, pourrait réaliser le rêve de bonheur que j'avais formé pour mon enfant ».

Quare, infert, haberi in casu ea omnia quae in huiusmodi causis magni facienda esse docuit Suprema Congregatio S. R. et U. I. in *Instruct, dat. fer. IV. die 20 Iunii 1883.* « Considerandum est utrum, qui de illata vi metuque accusantur, patria potestate et auctoritate pollerent, an qui vim metumve passi sunt, nullatenus eisdem subiecti fuerint ; quae ratio vis inferendae, magna ne ex matrimonio propriae domui utilitas aut decus obventurum; quae indoles vim inferentium, quae conditio, qui mores; qua ratione familiam regere consueverint; utrum ad iracundiam et violentiam.... proclives.... et animo ita essent duro atque obstinato, ut a nemine sibi contradici aut impedimenta obiici paterentur ».

Insuper orator gravitatem incussi metus probat ex Carolinae aetate, quae tempore initi matrimonii decimum septimum annum vix attigerat, et ex eius indole valde mite et timida: « Je dois ajouter, ait ipsa mater, que ma fille, sortie du Couvent depuis un an environ, ignorait complètement ce qui a trait au mariage : jamais elle n'avait lu des romans... Elle ne sortait jamais seule, elle ne me quittait presque jamais... soumise et absolument dévouée à sa mère en tout le reste, c'est seulement sur ce point du mariage qu'elle m'a résisté ».

Ceterum, prosequitur, media, quae mater, indolis supra descriptae, adhibuit ad filiam cogendam, eiusmodi fuerunt, ut non modo timidam puellam, sed etiam constantem virum frangere potuissent. Ipsamet mater fassa est ; « J'ai employé tous le moyens, sauf la battre. Jamais, je ne te donnerai, lui ai-je dit, mon consentement pour un autre que pour Mr. Etienne, et tu l'épouseras, parce que je le

veux ; et si tu n'épouses pas Mr. Etienne tu te feras religieuse ». Animadvertit autem orator maximi faciendum esse supra recensitum matris testimonium ; ipsa enim de facto proprio testatur, quod eius honori profecto non cedit.

Quare, iuxta patronum, hoc testimonium existimari potest veluti confessio rei, quae in iure probationum regina appellatur. Hinc S. Rota testimoniis eorum, qui metum incusserunt, magis quam aliis deferendum esse docuit in *decis. 732 § 6 coram Emeriz.* « Parentes qui metum incusserunt admittuntur... ad testificandum et cum deponant de facto proprio magis ipsis quam aliis venit deferendum ».

Nec ceteroquin desunt alii testes qui eadem confirmant et clarius enucleant. Ad rem defensor affert depositionem Elisae Forgeot, quae ex oificio interrogata, respondit. « Je crois pouvoir dire en toute vérité, que Mlle. Caroline a été victime de la violence de sa mère. C'est sa mère qui l'a voulu, envers et contre la volonté de sa fille et de son mari. Je puis affirmer cela, parce que en ma qualité de femme de chambre, j'ai été la confidente de ses peines, le témoin des larmes qu'elle a versées pour ce mariage, auquel on l'a forcée et des scènes violentes et presque continuelles, qui ont eu lieu dans cette maison à cause de ce même mariage... Il y avait dans la maison des scènes très-violentes entre la mère et la fille, qui se prolongeaint jusqu'à minuit ». Hoc vero testimonium non esse parvi faciendum, dicit orator : quandoquidem iuxta S. Rotam *in decis. 155 part. 6 Recent.* « Ea quae in domesticis penetralibus geruntur non ita passim omnium patent oculis nec facile per alios quam per domesticos possunt comprobari ».

Neque infelix puella, pro suis viribus matri obsistens, aliquod in patre auxilium habuit. Nam, notat defensor, mater ipsa confessa est se continuis ac importunissimis instantiis et violentiis, non solum filiam subegisse, sed etiam suum virum, qui huiusmodi filiae matrimonium seu potius sacrificium aegerrime tulit.

Ceterum, pergit patronus, ad propositum sibi finem assequendum oratricis mater abusa est etiam aegra valetudine proprii viri, qui non ita multo post, idest die 11 Martii 1884, diem obiit supremum.

Hac de re, pergit defensor, callida oratricis mater impense curavit ne ipsa cum avia diutius moraretur neque cum aliis personis, a quibus consilia expetere potuisset, sola colloqueretur.

Quare, infert patronus, ex supra recensitis adiunctis haberi in casu ea quae ad incussum metum probandum attendenda esse docuit S. Congregatio U. I. *in cit. Instruct, art. III.* - ibi - « Ratio habenda erit primum sexus personae, quae violentiam passa dicitur ; facilius enim animus puellae commovetur, quam viri ; deinde aetatis, educationis, indolis, utrum nempe mitis ac timida fuerit, an fortis et constans ; qua ratione in familia vivere consueverit, utrum sub custodia et vigilantia parentum, ita ut ab eorum imperio semper et in omnibus penderet, an aliqua libertate frueretur, ut et propria sensa exponere, et iuxta propriam voluntatem operari potuerit ; an parentes ita eam segregarmi, ut omnis consilii expetendi facultas eidem adempia fuerit, nec cuiquam eiusdem alloquendae copiam tribuerint, nisi quos de matrimonio ineundo consilia praebere posse iudicaverint ».

Tandem patronus affirmât recensitas matris obiurgationes, effraenatas instantias, abruptas iussiones et violentias contra filiam pro viribus reluctantem fere continuas fuisse - *presque continuelles* - et usque ad diem celebrationis matrimonii productas. Quare Elisa Forgeot ait : « Non je n'ai pas assisté à ce mariage, parce que à cause de la scène violente, qui avait eu lieu, dans la maison, la veille et qui avait recommencé le matin, à 7 heures, je n'avais aucune envie d'assister à un pareil mariage ». Quibus illud accedit quod ipsa oratrix inquirenti Iudici respondit, id est : « J'étais triste et en larmes pendant la cérémonie, et mon père aussi sanglotait dans un coin de l'église ».

Haec vero coactio , urget patronus , evidentius constat ex factis, infausto coniugio subsequentibus. Audire praestat in primis ipsam oratricis matrem, quae ad rem interrogata sic respondit : « Tout de suite après le mariage on est parti pour le voyage de noces, qui a duré environ trois mois. Aux lettres que je recevais pendant ce voyage, je pouvais déjà m'apercevoir qu'il- n'y avait aucune intimité entre les jeunes mariés; car elle ne me parlait de son époux que pour me dire qu'il était en santé et qu'il me saluait. Mais à son retour j'ai vu que la désunion régnait plus que jamais entre eux. En effet Mr. Etienne me dit : quel voyage de noces m'avez vous fait faire ! me faisant entendre qu'il n'y avait eu aucune relation maritale entre eux. C'est alors que... j'ai appelé ma fille et j'ai pesé sur elle avec toute l'autorité de mère pour l'obliger à remplir ses devoirs de femme envers son mari. Celle-là a été, peut-être, une des scènes les plus violentes que j'ai eu avec ma fille ».

Neque id negare potuit ipse actricis vir, qui a iudice percontatus : « Combien de temps a duré la vie commune ? Paraissait-elle extérieurement unie et heureuse ? respondit : «.... Même pendant un temps assez prolongé, Mme. Caroroline a refusé d'accomplir ses devoirs d'épouse. La vie maritale n'a réellement commencé que deux ou trois mois après le mariage. D'ailleurs... les tiraillements n'ont jamais cessé dans notre ménage ». Cui concinit actrix, quae ad interrogationem iudicis : « à quelle époque ont commencé les relations maritales ? » incunctanter reposuit : « après trois ou quatre mois de mariage et sur l'intervention de ma mère ». Tandem Iosephus Pons, qui, tempore initi matrimonii, erat viri parochus, ait : « D'après l'impression, qui m'est restée de tout ce que j'ai entendu dire au sujet de ce mariage, je puis affirmer que le père y était opposé : que la fille subissait l'influence de sa mère qui était enthousiasmée de Mr. Etienne. On m'a raconté aussi que ce dernier s'était plaint à la mère de n'avoir pas pu, dans les commencements, obtenir l'obéissance de son épouse pour ce qui concerne le devoir conjugal ».

Ad Defensorem vinculi Niciensem, qui asseruit: « matrimonium in facie Ecclesiae rite celebratum, licet nullum ex defectu liberi consensus, convalescere per spontaneam cohabitationem vel per copulam » - respondet orator, recolens compertissimum in iure esse post Concilium Tridentinum ad matrimonium ratificandum necessarium occurrit illud iterum contrahere coram parocho et testibus. Ita sane S. C C. declaravit in *Panormitano, - nullitatis matrimonii* - die 20 Septembris 1719 : hoc confirmant plures decisiones S. R. Rotae, ut in *decis. 50 coram Seraphin.,* nec non Barbosa, *vot. decis. lib. 2, vot. 17, n. 179, tom. 4, p.l. § 40 etc.*

Iamvero, pergit patronus, in casu non solum contractum iterum non fuit matrimonium in forma Tridentina; sed etiam post sequutam consummationem et susceptam prolem, ut supra vidimus ac testes affirmant, numquam cessavit vehemens et fere innata oratricis aversio a viro. Quinimo, processu temporis, eo res devenerunt, ut oratrix ipsa vitam in dies duriorem iam ferre non valens, infando consilio, aerumnis suis veneno finem dare attentaverit.

Tandem orator notare non praetermittit, quod ea quae ipse hucusque deduxit, non inducunt ad praesumendum consensum quem oratrix, nec verbis nec aliis signis expressit; sed potius impellunt ad iudicandum consensum ipsum, etiamsi in casu expressus fuisset, esse omnino vitiatum et nullum, utpote vi metuque iniuste extortum. Quare suae orationi finem imponens, duas considerationes affert, quae, iuxta ipsum, magis roborant allata argumenta. Ait enim : iuxta canonicam iurisprudentiam, quando agitur de metus illati probatione, magis credendum sit duobus de metu deponentibus, quam plurimis liberam voluntatem asserentibus. Ita sane Mascardus, *De probat, vol. II, conci. 1055, n. 1* - ibi - « Metus probatio magis conficitur testibus affirmantibus, quam negantibus ; quapropter Doctores illam constituunt conclusionem quod magis sit credendum duobus testibus deponentibus de metu quam mille negantibus vel as-

serentibus de libera voluntate». Similiter Pamolius, *in-décis. 102, ann. I, pag. 375:* et Rota coram Ludovisio *decis. 326, § 26* - ibi : - « In concursu plus creditur duobus de metu deponentibus quam mille de voluntate spontanea et libera ».

Iam vero, pergit defensor, si, iuxta expositam doctrinam, in conflictu testium, quorum alii de metu, alii de libera voluntate deponunt, fides adhibenda sit duobus testibus de metu deponentibus ; quisque facile videt multo potiore iure adhibendam esse fidem compluribus testibus in casu excussis, quibus de incusso metu iureiurando testantibus non obstantibus diligentissimis inquisitionibus Iudicis et duorum matrimonii Defensorum, nemo unus inveniri potuit, qui vel specie tenus contradicat.

Insuper, prosequitur, iuxta canonistarum doctrinam et receptissimam iurisprudentiam quando agitur de persona, cui metum patiens reverentiam debet, ad constituendum dirimens vis et metus impedimentum sufficiunt, vel solae, importunae persuasiones et instantiae, etsi nec verbera, nec minae ullae intercedant. Ita Sánchez *De matr. I. 4, disp. 6, n. 14;* Reiffenstuel *I. 1, tit. 40, n. 95;* Schmalzgrueber *tom. 4, part. I, tit. 1, § 313 etc.,* et Rota coram Ludovisio *dec. 236, n.. 13* docet: « Cum paternae concurrunt importunae et continuae persuasiones quae sufficiunt sine minis et verberibus... Huiusmodi enim persuasiones importunae quando sumus in persona, cui debetur reverentia, iustum metum incutiunt et vim coactionis habent ». At, advertit patronus, contra suam clientulam non solum importunae persuasiones et instantiae, sed etiam minae ab eius matre adhibitae sunt, ac proinde concludit nullum adesse dubium de existentia impedimenti vis et metus.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. Vinculi Defensor ex adverso, praemissis factorum circumstantiis, quae matrimonium praecesserunt, ex iis probare contendit, Carolinam non solum consensum praebuisse, sed libenter has nuptias iniisse. Ait enim in conciliatione huiusce matrimonii

nihil praecipitanter est factum, nihil leviter, oscitanter nihil. Sane matrimonio agi coeptum est ab anno 1879 et interea temporis Stephanus in domo assiduus multus erat. Carolina namque ait : « J'ai connu Mr. Etienne vers 1879 »: et commemorat « les nombreuses (Stephani) et trop fréquentes visites ». Insuper tum civili, cum divinae et ecclesiasticae legibus ad unguem satisfactum est, magna comitante parentum, propinquorum amicorumque multitudine, et contractui tum in municipio, tum in ecclesia non minus quam Stephanus, Carolina subscripsit. Sciscitata namque: « Avez-vous signé l'acte de mariage, soit à la Mairie, soit à l'Eglise ? » Carolina respondet : « Oui, je crois que j'ai signé à la Mairie, et probablement aussi à l'Eglise ». Et reapse in calce matrimonialium tabularum prostant viri et mulieris nomina.

Imo, pergit orator, ipsa Carolina de celebratione matrimonii sollicita fuit, ne nuptiale gaudium cogitatio minus iucunda turbaret. Ad rem refert factum, relatum ab Iosepho Pons mulieris parocho, qui a iudice percontatus « Pouvez-vous nous dire pour quel motif le mariage de Mlle. Caroline, qui était, en 1883, votre paroissienne, a été célébré à l'église de Notre-Dame de Nice? » respondit : « Mlle. Gilly amie intime de Mlle. Caroline étant morte, quelque temps auparavant, et la cérémonie des funérailles ayant été célébrée dans l'église de Notre-Dame de Nice ».

Insuper Elisam Forgeot suam cubiculariam Carolina ad sacra matrimonii solemnia invitavit : et invitavit instanter, adeo ut cubicularia coacta fuerit ad reddendam recusationis rationem: « Après, ait Elisa, avoir habillé (veste nuptiali) Mademoiselle je lui (ad ecclesiam proñciscenti) ai dit: - Je suis trop fatiguée; je reste ici, je vous verrai quand vous rentrerez ».

Verum, pergit matrimonii defensor, praefata Elisa Forgeot nobis autem longe aliam reddit rationem. Namque ait: « Je n'ai pas assisté à ce mariage parce que, à cause de la scène violente qui avait eu lieu, dans la maison, la veille

et qui avait recommencé le matin à 7 heures, je n'avais aucune envie d'assister à un pareil mariage »,

Quocirca, notat sacramenti tutor, cubicularia vim veritati necessario adhibuit, vel cum iudici respondit : « Je n'avais aucune envie d'assister à un pareil mariage », vel cum Carolinae dixit: « Je suis trop fatiguée ». Credit potius eam a veritate deflexisse, cum iudici locuta est, quam cum Carolinae; iudicem enim, non Carolinam, de re plene consciam, falli posse probe noscebat. Imo, iuxta oratorem, ex vulgatissimo iuris axiomate « semel mendax semper mendax », nulla prorsus fides cubiculariae habenda est.

Vinculi defensor non diffitetur, actricem coram iudice perfracte affirmasse : « Quand Mr. le Curé m'a demandé si je voulais prendre Mr. Etienne pour mon époux, selon les lois de l'Eglise, je n'ai pas répondu ; et si je n'ai pas répondu, c'est parce que je ne voulais pas répondre ». At huic affirmationi orator opponit depositionem Sac. Ferdinandi Portal, viri religione ac pietate insignis ac magni seminarii praesidis. Sane testis, qui in primo Carolinae examine munere defensoris matrimonii fungebatur , posteaquam de matrimonii defensione abdicaverat, iudiciali examini supponitur, et ad quaestionem : « Vous aurait-elle fait quelque aveu au sujet du consentement pour le mariage, donné par elle devant Mr. le Curé de Notre-Dame de Nice? » respondit: « Dans une conversation privée, j'ai manifesté à Mme Caroline mon étonnement de ce que, il lui eût été possible de ne pas manifester son consentement par des signes extérieurs lors de la célébration de son mariage. Elle m'a dit: je crains que dans ma déposition il n'y ait eu un malentendu, lorsque j'ai affirmé que je n'avais pas donné des signes extérieurs de consentement, mais j'ai voulu dire, que je n'avais pas intérieurement consenti à ce mariage ».

Urget iudex : « En vous disant, qu'elle n'avait pas donné des signes extérieurs de consentement, a-t-elle voulu faire entendre par là qu'elle n'avait pas dit: oui?» Sacerdos respondet : « Ce que surtout Mme. Caroline a voulu

marquer, c'est que le consentement intérieur n'était pas donné; mais tout en m'affirmant que des signes extérieurs avaient été donnés, elle a été assez vague sur la nature de ces signes: comme un oui prononcé à voix faible, ou un signe de tête indiquant le consentement. Je. n'avais d'ailleurs pas à l'interroger en forme, en ce moment là, et les choses se passaient comme elles se passent d'ordinaire dans une conversation privée ». Quare, ait defensor, Carolina cum sacerdoti Portal externum consensum infìciari non potuerit, quia externi consensus signa patent, negavit consensus internus, cuius ipsa sola testis est.

Sed, pergit vinculi defensor, iste consensus interni defectus aut est aegrae mentis somnium aut extemplo est suppletus. Ait enim, Carolina suo ipsamet ore in iudicio iurat: « Ce dont je me suis accusé comme d'une faute , à ma première confession ». Re itaque ad sacrum Poenitentiae tribunal deducta, quidquid validae et licitae matrimonii celebrationi obstasset, correptum fuisse vult orator in ipsa novitate coniugii.

Idipsum confirmat ex eloquentissimo facto vitae maritalis et susceptionis prolis. Profecto quaerenti iudici : « Y-a-t-il eu de voyage de noces, et combien a-t-il duré? » Carolinae mater testatur : « Tout de suite après le mariage, on est parti pour le voyage de noces, qui a duré environ trois mois ».

Non diffitetur defensor matrem affirmasse : « Aux lettres que je recevais pendant ce voyage, je pouvais déjà m'apercevoir qu'il n'y avait aucune intimité entre les jeunes mariés : car elle ne me parlait de son époux que pour me dire qu'il était en santé, et qu'il me saluait ». Sed, reponit, epistolas ipsas mater minime exhibet. Exinde suspicio oritur ne literae illae praetensum metum excludant, praesertim quia non facile Carolina literas matri frequenter dedisset, si ab ipsa tradita fuisset coniugi inviso.

Insuper per decem annos actrix cum Stephano cohabitavit et duplicem prolem suscepit.

Ulterius actricis mater, nedum describit filiae aerumnas ac desperationem in vita coniugali, sed potissime fontem, a quo mala omnia in filiam dimanant una cum coniugalis separationis necessitate, narrat.

Huc accedit factum notissimum, quod apud laicum tribunal non de coactis nuptiis, sed de iniuriis ab uno alteri coniugi illatis actum esse. Iam vero, infert orator, nemo facile mentitur, cum persentit posse de mendacio absque negotio convinci.

Recglit insuper ad metum probandum genericam probationem non suffragari. Ad rem R. Rota. « Incussio metus ad annullandum actum, tamquam quid facti debet concludenter probari. Et quidem cum ea circumstantia, quod sit metus cadens in constantem virum. Ex quo actus fuerit requisitus cum aliquo calore, non resultat probatio violentiae et metus, qui non potuerit evitari a viro constanti ».

Et Sabellius *summ, divers, tract. § Metus, n. 3* (ibi), ad gravitatem metus adstruendam quinque enumerat conditiones, quarum una deficiente metum non probari, ait enim : « Quinque conditiones copulative requiruntur. Prima ut malum quod timetur sit grave ; Secunda ut aestimatio mali sit fortis, idest ut timens non vane aut leviter credat malum illud sibi imminere, sed probabiliter ; Tertia ut metum incutiens potens sit minas exequi, cum non sit viri constantis ac fortis quibuscumque minis terreri ac trepidare ubi non est timor ; Quarta ut sit solitus exequi minas ; secus si sit homo iactabundus et facilem iram deponens ; Quinta ut timens non possit facile occurrere malis, quae sibi timet imminere; quia si posset alia ratione mederi, non est iustus metus ». « Ex quo sequitur, ait Schmalzgrueber, *Ius can. part. 5, tit. 49, n. 3,* quod omnis ille metus, qui quinque conditionibus instructus non est, non sit gravis metus respectu illum patientis ».

Iam vero, contendit defensor matrimonii, non solum nec unum in actis prostat factum, quod quinque hisce conditio-

nibus, quae cumulative concurrant oportet, instructum sit; sed contrarium in probatis est.

Mater ipsa non alia metus facta, quam haec recensere audet: « Jamais, ita illa, je ne te donnerai, lui (filiae) ai-je dit, mon consentement pour un autre que pour Mr. Etienne; et tu l'épouseras, parce que je le veux; et si tu n'épouses pas Mr. Etienne, tu te fera religieuse. - Je n'ai pas naturellement menacé ma fille de la chasser de la maison, ni de la priver de l'héritage, car ce la regardait, suivant la loi, son père ».

Testes et ipsi non facta, sed generaliora verba in medium afferunt. Verum, clamat sacramenti vindex, testium est facta referre cum circumstantiis adiunctisque loci ac temporis, et scientiae causa, ut iudex his auditis, facile possit certiorari an facta prostent, ceu narrantur, ut an, positis huiusmodi factis, admitti vel excludi debet metus gravis.

Ulterius asseritur mater graviter filiam ad invitas nuptias coegisse: at eodem tempore affirmatur duo mala matrem minitatam esse filiae. Videlicet: « Jamais je ne te donnerai mon consentement pour un autre que pour Mr. Etienne:... Si tu n'épouses pas Mr. Etienne tu te feras religieuse ». Igitur, reponit orator, res est non de cruciatibus, saevitiis aliisque praesentibus malis, sed de minis, seu malis futuris: imo, urget, quae in filiam minitata est mater, nec gravia nec levia, nec mala sunt, cum nulla ratione eum cui ministrantur, sint percursura.

Etenim, disserit defensor, mater dum filiae dicit: « Jamais je te donnerai mon consentement pour un autre », si hoc intendit limitare ad tempus, quo filia est in minori aetate, nulla iniuria filiam afficit, quia mater utitur iure sibi a lege collato: si vero negationem consensus extendere cogitet ad tempus, quo filia a patria potestate sit immunis, puellam liberae Americae non certe latebat integrum sibi fore statim atque maiorem aetatem esset adepta, cuicumque nubere, matre dissentiente. Et proin, infert, utraque in

hypothesi evidenter omnes recensitae conditiones exulant^ Aliam comminationem: « Si tu n'épouses pas Mr. Etienne tu te feras religieuse » risu excipit orator, cum videat matrem haeretica labe infectam minari filiae ingressum in Religionem ! « Matre, inquit inquisitor, in sua fide protestantica tunc temporis ».

Nec meliori omine obiicitur, in casu agi de metu reverentiali, ex eo quod mater filiae dicebat : « Tu l'épouseras, parce que je le veux ». Reponit orator, metus reverentialis non magis quam metus ordinarius, absque gravi malo non concipitur. Neque in casu afferuntur facta cum singulis circumstantiis, ex quibus liqueat grave malum quo afficiebatur Carolina, voluntati maternae resistens.

Ad rem Sánchez *de matr. lib. 4, disp. 6, n. 14,* docet: « Si filia matrimonium contrahat non praecedentibus minis, solum eo timore, ne patris indignationem incurrat, esse validum; non enim metus censetur cadens in constantem virum.... Hoc tamen moderarer ut intelligatur quando indignatio illa patris... non diu perdurabit, sed spes est futurae reconciliationis : si enim timeret probabiliter diuturnam futuram fore indignationem et semper se habituram patrem... valde infestum et indignatum, obiecturumque passim illam inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum constantem. Quis enim vir constans et prudens non reputabit grave malum semper coram oculis habere infensum patrem... cum quo semper versaturus est ? » - Sed defensor facta non videt quae testentur magnam illam et perpetuam matris in Carolinam indignationem, praesertim cum agatur in casu de liberis americanis, in quibus metus reverentialis non facile radicatur.

Tandem perpendens ea quae concernunt licentiam parocho non proprio concessam, testimonium affert, sacerdotis Antonii Tordo, qui matrimoniales confecit tabulas.

Quae cum ita se habeant, fere otiosum esse putat orator recolere principium firmatum in *Aquen. seu Massilien, nullit, matrim, die 9 augusti 1890,* et in *Varsavien. Lu-*

blinen. nullit, matrim, diei 10 septembris 1898> nempe quod non sacerdoti, qui nupturientium matrimonialem consensum excepit, incumbit onus probandi se fuisse delegatione auctum, sed is qui contracti matrimonii valorem impugnat, nisi sit *parochus proprius* nupturientium, minime auditur, si actionem suam haud fulciat argumentis idoneis.

Quapropter rem absolvit ad memoriam revocans Instructionem a S. R. C. U. Inquisitionis, die 20 iunii 1883 editam, qua in *artic. De impedimenta vis et metus § 39* cavetur : « Iudex sciat matrimonium esse per se factum quoddam solemne et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi videntes rationes eiusdem nullitatem demonstraverint. Ideo curandum quidem omni studio atque diligentia, ut rationes istae colligantur, sed iudicium contra matrimonium nunquam erit pronunciandum nisi earum complexio omne prudens dubium de existentia impedimenti excludat ».

Quibus animadversis, suppositum fuit diluendum

Dubium.

An sententia Curiae Niciensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

Sacra C. C. die 17 Iunii 1899 respondit: *dilata et coadiuventur probationes.*

CAUSAE PROSECUTIO. Scriptum fuit Episcopo Niciensi ut suppletorium conficeret processum ad hoc ut exhiberentur et transmitterentur ad S. C. litterae, quas Carolina matri scripsit, durante voluptuario nuptiarum itinere ; vocarentur testes ex officio, qui vel celebrationi matrimonii praesentes fuerunt vel saltem ex publica fama cognoverunt, quodnam iudicium de his nuptiis ferebatur.

DEFENSIO MULIERIS. Qui actricis iura tuetur, in primis conqueritur enunciatas litteras ab oratrice Carolina, durante "voluptuario nuptiarum itinere, ad matrem missas, quae profecto huic causae non mediocriter profuissent, iampridem destructas fuisse. Item dolendum esse, ait, parochum Gerinond, qui matrimonio benedixit, quique praesertim de omissa

idest negata ab oratrice, coram ipso, expressione consensus testimonium perhibere potuisset, iam ante initium huius causae, die nempe 23 Iulii 1897, vita decessisse. Rite tamen excussi fuerunt alii testes aliaque exhibita documenta; quare contendit patronus ex recentioribus actis causam firmiorem potius evasisse.

Et inter documenta noviter deducta expendit in primis litteras a Stephano, paullo ante matrimonium, ad oratricis matrem scriptas, quae quasi fortuito servatae sunt, licet et ipsae ita laceratae et discerptae, ut non pauca verba divinari quidem facile, perlegi vero nullimode possint. In his enim litteris Stephanus loquitur de vehementi et prorsus invincibili, qua Carolina in ipsum ferebatur, aversione.

Non diffitetur patronus has literas carere *data*, tamen retinet, eas certo conscriptas fuisse paullo ante matrimonium.

Quo vero ad novos testes prae ceteris testimonium affert Comitissae B. Ducos, quae iuravit, se perlegisse adamussim literas, qua oratrix scripsit durante nuptiarum itinere; et licet deinde declaraverit e sua memoria excidisse « les termes », asseruit tamen: « les lettres que j'ai vues faisaient allusion à la pression de la mère et Caroline exprimait son regret d'y avoir obéi ».

Quoniam vero actricis Defensor retinet unicam vel potissimam relationem, cur S. Congregatio sententiam distulit, in eo esse, quod non satis constare videretur de adhibitis a matre ad filiam cogendam afflictationibus, ita orator paulisper immoratur in recensendis iis, quae testes noviter excussi iureiurando asseruerunt circa indolem nimis obstinatam ac praepotentem ipsius matris oratricis.

Neque notare praetermittit, quod ex ipso tenore sententiae Niciensis eruitur, nempe praefatam oratricis matrem, patria Americanam, tunc temporis a Protestantium secta, in qua nata est, nondum conversam fuisse, ac putasse, sibi ius esse disponendi de filia, quoad matrimonium, sicut quoad ceteras res domesticas. Quod vero oratrix Carolina istius-

modi suae matris indolem et opinionem bene nosceret, nemo profecto inficias ibit.

Imo, urget patronus, iniusta libertatis oppressio, per gravem metum, concipi et consistere optime posset, etiamsi nullae intercessissent minae ac vexationes. Ait enim, metus a personis potestate pollentibus non solum expressis comminationibus effraenatisque violentiis, sed etiam uno ictu oculi et peculiari vocis tono incuti potest et solet. Compertissima autem prudentiae regula est contra potentes resistentiam non esse adhibendam, uti iuxta S. Scripturam *JEccli. cap. IV, v. 32* « noli resistere contra faciem potentis nec coneris contra ictum fluvii >. Hac de re mirandum non esse, pergit orator, si misera oratrix, cognita praepotentis et flecti nesciae matris voluntate, desperans se quidquam per suos resistendi conatus posse proficere, iniunctum sibi matrimonium etiam antequam minis et afflictationibus locus fieret, subiisset. At nemo certo assereret, oratricem in casu libere egisse ea libertate quam SS. Canones in matrimoniis requirunt, ne quis « per timorem dicat sibi placere quod odit et sequatur effectus qui de invitis solet nuptiis provenire ».

Sed, prosequitur patronus, in casu neque defuerunt acres resistendi conatus, nec proinde minae et afflictationes, eaeque satis graves ac diuturnae et, quod maxime notandum est, fere continuae et usque ad diem celebrationis matrimonii productae.

Qualia vero fuerint istiusmodi media omnia « tous moyens > enarrantur ab Elisa Forgeot nata Raichi, quae iterum vocata in altero iudiciali examine affirmat : « Je maintiens entièrement ma première déposition.... et j'ajoute: Mme. la mère, n'a pas frappé sa fille; mais elle la prenait par les bras et la secouait fortement comme un enfant, en lui disant : tu le prendras. Ceci est arrivé très-souvent; je ne pourrais cependant préciser le nombre de fois. Souvent aussi elle la privait d'une robe, d'un bijou et de bien de choses très-agréables, aux jeunes filles, en punition de sa

résistance à consentir à son mariage. La veille du mariage, une scène plus terrible que les autres a eu lieu entre la mère et la fille. Cette scène a duré depuis 9 heures du soir jusqu'à minuit; j'étais présente.... Le matin la scène a recommencée ; la fille était, on peut dire , plus morte que vivante... ».

Iamvero, iuxta patronum, haec satis superque sunt ad reddendam cuilibet filiae gravem atque molestam domesticam et familiarem cohabitationem ; quod grave malum constituit, prouti eruitur etiam ex celebri Instructione S. R. et U. L, ubi sub nn. 35 et sq. ita legitur: « Gravitas timoris oritur ex natura minarum, ex qualitate tum eorum a quibus illae proficiscuntur, tum eorum qui eas passi dicuntur. Ista tria itaque erunt praesertim investiganda. Circa primum sedulo inquirendum utrum qui de adhibita coactione accusantur, ita consueverint agere cum persona, quae coacta dicitur, ut gravem atque molestam eidem redderent domesticam et familiarem cohabitationem ».

Obiter vero defensor recolit, quod iuxta communem Canonistarum doctrinam et constantem iurisprudentiam, quando agitur de matre seu alia persona, cui quis reverentiam debet, ad constituendum dirimens vis et metus impedimentum nullatenus requiruntur expressae minae et sequutae afflictationes, sed sufficiunt, vel solae, importunae persuasiones et instantiae. Cuius quidem doctrinae et constantis iurisprudentiae ea intrinsecam rationem adducit, quod filia merito timere debet ne obstinatae matris voluntati, in re tam gravi, parere recusans eiusque iussa facere detrectans, diuturnam eiusdem incurrat indignationem, quae profecto grave malum est, et uti tale in iure censetur, ceu probant Sánchez *de matr. lib. 4, disp. 6, n. 13;* Pirhing *lib. 4, tit. I, sect. 4, n. 119;* Schmalzgrueber *tom. 4, part. I, tit. I,* §§ *513;* Card. D'Annibale *Summ. Theol. mor. part. III,* §§ *315* et Prolegom. § *138* et plures alii.

Ulterius defensor gravitatem incussi metus probat ex effectibus, qui ex expositis rerum adiunctis immediate secuti

sunt : quinque vero nullimode explicari possint, nisi ponatur praecedens causa, quae vere oratricis libertatem violavit et prorsus ademit.

Recolit insuper defensor actricem nimias , durante matrimonii coeremonia, fudisse lacrimas, ob quas forsan factum quoque est, ut adstans sacerdos non advertit defectum seu denegationem verbalis consensus, putans nempe lacrimas ipsas impedimento esse quominus oratrix emitteret vocem, quam ex proposito continebat.

Idem probat ex facto, quod oratrix perdurante nuptiali itinere, per tres circiter menses, omnino detrectasse coniugalia officia, nec unquam debitum reddidisse antequam, ad preces querelasque viri, intervenerit ipsius matris iussio violentissima.

Porro de conscientiae stimulis, quos oratricis mater persensit et adhuc persentit, fidem facit etiam testis noviter excussus et omni exceptione maior, idest proprius eiusdem parochus, nomine Coelestinus Mallet.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. EX adverso vinculi defensor totis viribus contendit, hanc causam ex actis noviter deductis potiori in conditione non inveniri; etenim, ait, requisitae literae a filia ad matrem missae, quae literae summam suppletorii iudici constituere debebant, editae non fuerunt : atque viri epistola, quae exhibita est, lacunis non obstantibus, assertum metum excludit : novi vero testes nihil, tempore non suspecto, didicerunt. Et ad haec probanda accedit orator.

Praeterea observat matrimonii tutor : quum nec testes nec alia, quae actrix in medium affert, ea sunt, quae praetensum metum astruant, ceu patet ex sapientissima EE. VV. decisione : - coadiuventur probationes - ; literas vero, quas ipsa, tempore non suspecto, matri dedit, exhibere nequit: ergo, deducit, decantatus metus demonstrari potis haud est : ergo ipsa necessario causa cadit. Tritissimum namque est fori axioma: - Actore non probante absolvitur reus -. At in contradictionibus referendis, queis pars adversa irretitur paulisper immoratur orator.

Gradum faciens orator ad exhibitam viri epistolam, paulisper admittit praefatam epistolam adscribendam esse Stephano et non suspecto tempore scriptam; quamvis neque characterum institutam videat comparationem ad dignoscendum num Stephani manu exarata epistola reapse sit, neque fide digno aliquo testimonio constet eam tempore quo praetenditur scriptam fuisse.

Item defensor concedit, epistolam hanc non obstantibus deletis verbis, seu lacunis quibus referta est, sensum reddere genuinum. Sed, hoc paulisper admisso, hoc tantum sequeretur. I°. Carolinam semel risisse de discessu Stephani. 2°. Stephanum hac de causa abiecisse consilium eam ducendi sibi uxorem : « Que Dieu donne à votre fille avec un autre le bonheur que j'aurais tant désiré partager avec elle ».

At, pergit defensor, duo ista facta: Carolina scilicet quae ridet in faciem Stephani; Stephanus, cui hoc satis superque est, ut nuptiis Carolinae renuntiet; ac extemplo scribat matri : « Que Dieu donne à votre fille avec un autre le bonheur que j'avais tant désiré partager avec elle », inter fabulas evidentissime amandant decantatum metum atque nuptias coactas ».

Ait enim matrimonii assertor, ex hoc Carolina plane didicit quid oporteret, quidve sufficeret ad nuptias vitandas.

Hisce praeiactis, idem propositum fuit diluendum dubium : *An sententia Curiae Niciensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.* Cui dubio S. C. C. sub die 27 Ianuarii respondit : *dilata et coadiuventur probationes.*

CAUSAE PROSECUTIO. In primis actricis defensor recolit, certum esse, oratricem, ante celebrationem matrimonii, vehementi semper antipathia atque aversione Stephanum prosequutam fuisse. Id nec mater nec ipse Stephanus negare potuerunt : id, uno ore, affirmarunt testes quamplures. Idipsum evidentissime erumpit ex Uteris a Stephano, paullo ante matrimonium, ad oratricis matrem scriptis, quarum au-

thenticitatem ne adversus quidem matrimonii Defensor negare ausus est. Iis enim in litteris Stephanus, inter alia, perdolenter ait, se iam ab anno continuo labore eniti, ut reluctantis Carolinae amorem sihi conciliaret, sed in irritum cessisse suos conatus ac tandem ab eadem accepisse postremum repulsae ictum.

Iamvero, pergit defensor, cum constet Carolinam semper Stephanum aversatam fuisse, eidem per integrum annum plus minus aperte restitisse ac tandem, ipso Stephano, non suspecto tempore, fatente, inflixisse: « le dernier coup », quo spem omnem secum ineundi matrimonium prorsus ademit : concludatur oportet potentem aliquam supervenire debuisse causam ob quam matrimonium reipsa initum est. Hanc vero causam contendit orator, ex complexu omnium non aliam fuisse, nisi matris imperium non minus iniustum, quam violentum pertinax ac irresistibile.

Contra, certum est oratricem non solum tunc fuisse annos tantum septemdecim natam, sed etiam natura mitem ac timidam rerumque mundi prorsus ignaram; eiusque patrem, qui paullo post defunctus est, iam fuisse aegrotum et omnino imparem ad filiam contra vim matris tuendam. Quare, deducit defensor, quisque videt libertatem puellae, eiusmodi in adiunctis constitutae, facillime violari et opprimi posse. Compertissimum enim est neminem, viribus debilem et auxilio destitutum, contra imperium praepotentis prudenter et efficaciter resistere posse, quemadmodum docet vel ipsa *S. Scriptura in lib. Eccli. J'Y, 32* - ibi - « noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii ». Atqui tralatitii iuris est quod sapienter, more suo, perstrinxit *S. R. Rota coram Ludovisio decis. 336, n. 3,* ibi: « multum in probando metu valet argumentum ductum a verosimilitudinibus ».

Hisce positis, ad iudicialia argumenta accedit defensor, et speciale pondus tribuit iuramento oratricis, quae asseverat se nec libere, nec ullo modo matrimonio consensisse. Praeterea misera oratrix adeo aegra laborat valetudine ut

probe persentiat, haud longe a se abesse supremum diem, quo Infallibili Iudici districtam rationem reddere debeat. Porro ipsa vel a Niciensi Iudice, uti in eius sententia legitur, fuit graviter monita et « certiorata quod frustra vellet consulere conscientiae suae, ut enixe ipsa intendit, per periurium ».

Nec minoris momenti est testimonium matris, quae iureiurando fatetur se gravem atque iniustam, adversus actricem, patrasse coactionem. Ipsa enim, advertit defensor, de facto proprio iurat, et quidem de tali facto, quod eius honori profecto non cedit, ac proinde eius testimonium aequipollere confessioni rei, quae in iure probationum regina appellari solet.

Iamvero, contendit orator, enunciata oratricis mater non solum in genere dixit se media omnia adhibuisse, ut filiam ad matrimonium cogeret « j'ai employé tous les moyens, sauf la battre » ; sed etiam, in specie, talia docuit ex quibus manifeste liquet revera effectum sequutum fuisse, idest oratricis libertatem graviter laesam, imo omnino ademptam fuisse. Docuit sane suas instantias, iussiones et violentias, contra filiam pro viribus reluctantem, usque ad diem celebrationis matrimonii acriter productas fuisse, seque numquam audivisse filiam, verbalem consensum matrimonio praebentem.

Insuper alios adducit testes, quibus plena fides adhiberi omnino potest et debet.

Praeterire non omittit orator, quod ceteri testes praemissis omnino sunt consonantes, et praesertim frater oratricis aliique.

Conqueritur vero defensor, praelaudatum parochum nuper vita decessisse atque idcirco declarare non potuisse, quemadmodum praestitit alius parochus Mallet, se ea quae detulit, audivisse antequam de petenda declaratione nullitatis matrimonii cogitaretur, idest tempore non suspecto.

Nec minus conqueritur de obitu praedicti parochi Pons, quod ipse propterea declarare non potuerit se errasse, seu

non proprie locutum fuisse, cum dixit: « Mlle. Caroline m'a demandé la permission de célébrer son mariage dans l'Eglise de Notre-Dame de Nice » ; quandoquidem oratrix maxima affirmatione asseverat, se nunquam nec cum matre, nec cum alio quopiam , adiisse parochum, ut eiusmodi licentiam peteret.

ANIMADVERSIONES S. VINCULI DEFENSORIS. EX adverso vinculi defensor praemittit quod matrimonium, coram parocho et duobus testibus initum ad formam a Conc. Tridentino praescriptam, semper validum praesumi debet, nisi evidentissimae rationes contrarium evincant. Ad rem Instructio S. U. I. edita die 20 Iunii 1883 monet : « Iudex sciat matrimonium esse per se factum quoddam solemnem et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi evidentes rationes eiusdem nullitatem demonstraverint. Ideo curandum quidem omni studio atque diligentia, ut rationes istae colligantur, sed iudicium contra matrimonium nunquam erit pronunciandum nisi earum complexio omne prudens dubium de existentia impedimenti excludat ».

Et ad impedimentum metus, quod attinet, recolit quae ad rem habet Rota coram Molinas ***dec. 920, n. 16:*** « Incussio metus ad annullandum actum, tanquam quid facti debet concludenter probari. Et quidem cum ea circumstantia, quod sit metus cadens in constantem virum ». Quare Sabellius aliquas enumerat conditiones, ut metus sit cadens in virum constantem ***(Summ, divers, tract. § Metus n. 3).***

Iam vero, iuxta defensorem vinculi, non solum nec unum in actis prostat factum, quod hisce conditionibus quae cumulative concurrant oportet, instructum sit; sed contrarium in probatis est. Porro cubicularia illa, Elisa Forgeot, sciscitata a iudice : « Madame a frappé sa fille, pour l'amener à ce consentement? » respondet: « Non ». Urgenti iudici : « L'a-t-elle menacée de la chasser de la maison? » cubicularia pariter reponit: « Non ».

Mater ipsa non alia metus facta, quam haec recensere audet : « Jamais (ita illa) je ne te donnerai, lui (filiae) ai-

je dit, mon consentement pour un autre que pour Monsieur Etienne et tu l'épouseras, parce que je le veux: et si tu-n'épouses pas Mr. Etienne, tu te feras religieuse. - Je n'ai pas naturellement menacé ma fille de la chasser de la maison, ni de la priver de l'héritage, car cela regardait, suivant la loi, son père ».

En omnia, affirmât vinculi defensor: quidquid praeterea in medium affertur generalibus verbis, ut « j'ai employé tous les moyens..., elle a éprouvée pour lui une grand anthipatie... Mlle. Caroline a été victime de la violence de sa mère.... Il y avait dans la maison des scènes très-violentes entre la mère et la fille.... » et similia, iuxta oratorem, fucum faciunt, sed quaestionem non illustrant. Testium namque est facta referre cum circumstantiis adiunctisque loci ac temporis, et scientiae causa, ut iudex, his auditis, facile possit certiorari ,an facta prostent, ceu narrantur, et an positis huiusmodi factis admitti vel excludi debeat metus gravis.

Sed de hisce omnibus in prioribus animadversionibus locutus est defensor, modo vero accedit ad refutanda argumenta, ab adversario allata. Et in primis notat novum summarium, quamvis una supra viginti paginis constet, attamen ne unum quidem continet novum testem, et aliqua tantum afferuntur scripta testimonia non solum circa res, quarum nexum cum praesenti causa nemo facile intuitur, sed etiam circa testes, qui extra controversiam positi sunt.

Neque, instat, minus aberrat contradictor, dum persuadere pertentat, actricis matrem facile putasse licere sibi, quippe quae patria americana est et necdum conversa erat a protestantium secta, in qua nata est, disponere de filia quoad matrimonium, sicut de ceteris rebus domesticis. Etenim oratorem non latet maxima libertas, qua perfruuntur istarum matrum puellae, quae vel antequam pubertatem adipiscantur perinde cum parentibus agunt ac si a patria potestate egressae sint.

Hisce tamen non obstantibus , adversus patronus con-

tendit iuramento actricis speciale pondus inesse ; ait enim : « oratrix, confugiens ad ecclesiae auctoritatem, non alium habere potuit finem, quam ut suae conscientiae consuleret ». Hoc autem inter alia comprobat ex facto, quod actrix adeo aegra laborat valetudine, ut probe persentiat haud longe a se abesse supremum diem, quo infallibili Iudici districtam rationem reddere debeat. At reponit vinculi defensor, si morbus, quo laborat « anemie chronique », actricem ab offensione Dei reapse cohiberet, ipsa non solum non peierasset, sed multo minas se coniecisset in statum peccati, cum lege saeculi cuidam Droz mancipata est.

Praeterea pergit defensor, actricis mater, nedum describit filiae aerumnas ac desperationem, sed potissime fontem, a quo mala omnia in Carolinam dimanant una cum coniugalis separationis necessitate, nitide narrat. Ait enim : « Il Stephanus a repondu : - Tous les sortes sont de mon côté - ». Igitur, deducit, nuptiae malos exitus habuerunt, non iam quia uxor invita denupsit, sed quia vir omnimodis iniuriis uxorem affecit.

Ulterius defensor conqueritur quod praesenti causae acta civilis tribunalis non fuerunt inserta, licet sacramenti vindex Parisiensis ea requisiverit ; quandoquidem, iuxta oratorem, maxime interest, cognoscere an de asserto metu, Carolinae illato, actum sit in tribunali civili.

Iusuper vinculi defensor aliquid dicit de epistola quam vir dedit actricis matri ante matrimonium, et in primis advertit praedictam epistolam nec statim, nec integram, sed in altera tantum causae propositione tandem aliquando actrix exhibuit discissam, lacunisque refertam.

Igitur, si dicas hanc epistolam discidisse post quam matrimonii tutor eam postulaverat, non miratur vinculi defensor de hac agendi ratione Carolinae eiusque matris, quae in more habent literas omnes adservare usque dum inutiles sunt, easque destruere statim atque illarum indigent.

Praeterea epistola illa non ea erat, quae ex filiae matrisque memoria facile effiueret: quippe quae per privile-

gium singulare evaserat generalem literas destruendi legem. Porro mater scribit: « J'ai pour principe de détruire toujours toutes mes lettres, sauf des lettres d'affaires. J'ai toujours inculqué mes idées à ma fille et je sais qu'elle aussi a détruit toutes ses lettres ». Nemo autem illam epistolam accensebit epistolis «d'affaires », cum ne verbusculum quidem in ea legatur quod non referatur ad praesens matrimonium.

Potius orator retinet, matrem et filiam, ad destructionem damnasse omnes literas, quae nocent, et viceversa sive ex integro sive ex parte adservasse, quae innocuae sunt. Hanc fortasse ob causam ex epistola illa ad nos pervenerunt innocua tantum fragmenta. Quod innuere videtur ipsa actrix, dum ad iudicem, ceu supra retulimus, scribit : « Je tiens à votre disposition une lettre de Mr. Etienne que ma mère avait voulu détruire puis dont elle s'était décidée à garder les morceaux ».

Hoc confirmat, ex eo quod charta, in qua Stephani epistola scripta fuit, exhibeatur discissa ab alto ad imum et a latere ad latus ; iamvero scissura, quae pergit ab alto ad imum, simplex scissura est ita ut nullum verbum imo nec syliaba per eam destructa sit; scissura vero quae a latere ad latus, non solum chartam discerpit, sed complura verba ac unam vel duas scripturae lineas absumit. Scissura simplex, ceu quisque videt facilis est, versa vice scissura quae secum abstrahat partem chartae, ita ut hic illic verba abripiat non facile contingit, nisi quis data opera intendat delere verba in ea chartae parte exarata.

Attamen, pergit orator, ex hac epistola, non obstantibus verbis deletis, liquet: 1. tantum abesset quod Stephanus invitam duxerit Carolinam, ut contra Stephanus ob rem nullius fere momenti « Entendant Mlle. Caroline rire (sic ille) de mon départ » nuptiis renuntiaverit : « Que Dieu donne à votre fille avec un autre le bonheur que j'avais tant désiré partager avec elle ». 2. Deleta chartae spatia continuisse argumenta amoris a Carolina Stephano exhibita:

« C'est si doux d'aimer et de (sequuntur verba deleta) non excuse est là. J'ai donc eu de bons moments ». 3. Si Stephanus a dimisso consilio ducendi Carolinam postea recessit, si matrimonium locum habuit, certo certius Carolina nova amoris argumenta Stephano suppeditavit.

Post haec sacramenti vindex piaculum putat verba iterum facere de testibus , cum superioribus in animadversionibus evicerit ipsos non solum facta, ad metus incussionem probandam, omnino necessaria minime afferre ; sed et ipsa metus confessio quam se audivisse inquiunt a matre, ad suspectum tempus refertur prout vel ex ipso confessionis contextu scatet.

Quibus praemissis, suppositum fuit idem diluendum

Dubium

An sententia Curiae Niciensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 14 Iulii 1900 censuit respondere : *Ex hactenus deductis non satis constare de nullitate matrimonii.*

MELBVITANA

IURIS ELIGENDI PROCURATORES

Die 17 Februarii 1900.

Sess. 21 cap. 3. De ref.

COMPENDIUM FACTI. In plenariis comitiis *diei 27 Aprilis 1895* propositis dubiis: I. *An ius eligendi et nominandi procuratores pro administratione bonorum Ecclesiae Collegiatae competat Capitulo eiusdem Ecclesiae prout in casu.* Et quatenus affirmative. II. *An eitisdem procuratoribus competat ius affigendi edicta ad ineundos contractus emphyteuticos in casu.* EE. PP. rescribere censuerunt. Ad I. *Ex deductis, Affirmative,* ad II. *Negative* (1). Ab hac senten-

(1) Recole Vol. XXVIII, 157.

tia unus et alter contendens pro ea parte qua quisque succubuerat, appellationem interposuerunt. Verum antequam explicem appellanti um animadversiones, iuvat factorum seriem recolere. - Ecclesia S. Helenae Imperatricis in oppido *B ir chiveara* Melevitanae dioecesis, ad instantiam Philippi Borg, huius Ecclesiae Parochi, anno 1630 ab Urbano VIII Summo Pontifice, praevia Parochialis Ecclesiae perpetua suppressione ac extinctione in collegiatam erecta fuit, tredecim coalescens praebendis, nempe praepositura et duodecim canonicatibus, eidem omnimodae exemptionis ab Ordinario loci collato privilegio.

Pro animarum cura, in Collegiata Ecclesia instituta fuit Vicaria perpetua, a praebendis canonicalibus distincta, in qua institueretur presbyter saecularis ipsius Parochialis et Collegiatae Ecclesiae perpetuus Vicarius.

Harum Litterarum executioni non parvae obstiterunt difficultates, donec post varias contentiones, S. Romana Rota decisione *9 Decemb. 1637* declaravit, Pontificiam Constitutionem, quoad exemptionem a loci Ordinario, non esse executioni demandandam.

Collegiata taliter instituta, aliae subortae sunt lites canonicos inter et Vicarium circa Ecclesiae administrationem et praeeminentiarum iura; quas ad auferendas contentiones, prouti narrat Benedictus XIV in Bulla - *In Supremo Apostolatus* - conventio, Episcopo mediatore, inita fuit *an. 1687* qua Vicarii praebenda ad dignitatem evecta Archipresbyteratus, in Capitulum fuit cooptata, concessa praeeminentia super simplices canonicos. — Innocentius XII *motuproprio* transactionem confirmavit, unde plenum habuit vigorem.

Nihilominus exortis postmodum litibus inter Capitulum et Archipresbyterum super gubernio dictae Ecclesiae, refert idem Pontifex in dicta Bulla, quod « ambae partes concordarunt quod omne, quod curam animarum et administrationem Sacramentorum ac bona ad praefatum Archipresbyterum spectantia respiceret, ad dominum Archipresbyterum spectaret ; gubernium vero oeconomicum dictae Collegiatae

Ecclesiae pro una ipsi Archipresbytero et pro altera gubernii huiusmodi medietate Capitulo et Canonicis praefatis esset assignatum, quod quidem usque adhuc observatum, numquam tamen a Sede Apostolica praefata confirmatum fuit ».

Quum vero nihilo secius contentiones non quiescerent Canonicos inter et Archipresbyterum, idem Benedictus XIV in citata Bulla ad omnium litium et controversiarum anfractus penitus tollendos, Archipresbyteratum suppressit « ita quod deinceps dictae Collegiatae Ecclesiae animarum parochianorum cura Praepositurae praefatae annexa sit cum omnibus emolumentis et distributionibus... quibus tam eiusdem Collegiatae Ecclesiae Archipresbyter quam Praepositus usque adhuc respective fruebantur et potiti fuerant, « firma remanente apud eiusdem Collegiatae Ecclesiae Praepositum pro tempore existentem medietate gubernii oeconomici et administrationis omnium ad dictam Collegiatam Ecclesiam spectantium, qua prius Archipresbyter eiusdem Collegiatae Ecclesiae fruebantur ».

Gubernium vero Ecclesiae oeconomicum quod spectat, animadvertatur, nunc controverti, prima vice videtur, inter Capitulum et Episcopum, an hoc gubernium comprehendat tantum administrationem bonorum Massae Capitularis, an etiam proventus et reditus tum Fabricae Ecclesiae, tum piarum sodalitatum, Cappellarum, Altarium, Iconum ibidem existentium et cuiusvis generis largitiones. Nam Episcopus contendit, excepta Massa Capitulari, ad se omnium aliorum redituum pertinere administrationem, quare cum Capitulum elegisset die 14 Nov. 1890 procuratorem bonorum Confraternitatis B. M. V. de Monte Carmelo in Collegiata Ecclesia erectae, ipse Episcopus alium Procuratorem die 26 eiusdem mensis et anni elegit.

Praeterea procuratori *Lampadarum* seu Fabricae a Capitulo electo, Episcopus, inconsultis Praeposito et Canonicis, permisit in emphyteusim dare fundum ad praedictam Ecclesiam spectantem.

Haec duo facta Canonici quippe suorum iurium laesiva, ad S. C. C. solemne iudicium pertrahunt, adversus Episcopum liberam administrationem quoad hoc reditus vindicantes. Hinc Capitulum in supplici libello habet: « Pertanto il suddetto Capitolo a salvaguardare i propri interessi e diritti che ritiene lesi dalla intromissione ed opposizione del Vescovo... implora che presa in esame la vertenza insorta si degni giudicare se all'istante Capitolo, come spera fiducioso nel suo buon diritto, ovvero al Vescovo si appartenga *Y* amministrazione temporale ed economica della Chiesa di Birchircara e la facoltà conseguenziale di nominare i procuratori per *Y* esercizio di detta Amministrazione ».

Ex alia parte Episcopus suum Votum ab S. C. C. de more exquisitum ita concludit : « Dopo ciò ho ferma fiducia che cotes ta S. Congregazione sarà a rigettare i reclami in parola, mantenendo *Y* Ordinario nel pacifico possesso dei suoi diritti che fino ad oggi ha sempre esercitato su detta Chiesa con obbligare in pari tempo i Canonici a tutte le spese della causa, non sembrando a me giusto che pel capriccio di alcuni di essi che si distinguono per il loro spirito irrequieto, la Curia, dopo l'improba fatica sostenuta nel riscontrare tanti documenti debba soggiacere a tale pena ».

Pro notitia deductionum quas advocati, ea actione, protulerunt, praeteritum folium resumendum est.

Appellationis instantiam quod attinet, advertendum est, pendente hoc iudicio, tractatus fuisse instauratos inter partes ad concordiam conciliandam et revera sequens concordiae pactum approbationi tum capituli, tum Episcopi propositum fuit:

1) « Che sia rimosso da ambo le parti contendenti l'appello; 2) che si stia alle decisioni di prima istanza della S. Congregazione dei 27 Aprile 1895; 3) che finché Monsignor Pace avrà le redini di questa Diocesi di Malta, la nomina de' Procuratori di questa Chiesa Collegiata e suoi Altari sia fatta per metà cioè per un biennio da Mons. Ve-

scovo e per un altro biennio dal Capitolo e così di seguita e non altrimenti ; 4) che le pubblicazioni per la concessione enfiteutica dei beni appartenenti a questa Chiesa Collegiata e suoi altari sieno fatte non solo in Curia ma anche in questa Chiesa Collegiata ; 5) che da ambe le parti contendenti venga supplicato il S. Padre per T approvazione e conferma della presente concordia ».

Concordiam ratam habuerunt tum Capitulum, tum Episcopus, qui tamen suae approbationi conditionem apposuit « salva T approvazione della S. Sede » ea de ratione quam ita explicavit S. C. C. litteris diei 14 martii 1896 « Se però gli altri Capi sono tutti accettabili ; il 3°. non mi sembra affatto da approvare giacché lascia aperta una piaga tra lo stesso Capitolo e il mio Successore al primo momento che sarà immesso nel governo della Diocesi. Io spero che Vostra Emza Revma troverà giusta questa mia osservazione, e che nello interesse di una pace ferma e duratura tra il Diocesano ed il Capitolo vorrà sopire una volta per sempre siffatta pendenza, modificando queir Articolo nel senso, che l'alternativa come è stabilita nel sudd. Capo *sia perpetua*» Ed è in questo intendimento, e con questa speranza, che io l'ho accettata ed ho aggiunto le parole *salva Vapprovazione della S. C.* essendo certo, che un provvedimento così temporaneo non sarebbe stato da questa sanzionato ».

Exinde S. Congr. confirmare recusavit pactum transactionis nisi extenderetur etiam ad Episcopos successores, seu nisi *perpetuum* fieret ; cui conditioni annuere noluit Capitulum, unde pagina concordiae in cassum cessit.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO EPISCOPI. Advocati, qui Episcopo patrocinantur, adnotant, in primis generalem tota in insula Melevitana consuetudinem invaluisse : ut omnium Ecclesiarum procuratores ab Episcopo nominentur. Id comprobant curiae testimonio — « si attesta da me infrascritto che da una ricerca fatta nei registri di questa curia risulta, che le no-

mine dei procuratori delle Chiese parrocchiali e filiali e degli altari in esse esistenti, meno quelle di giuspatronato e di Confraternite dal 1600, data a cui risalgono detti registri, a questa parte furono sempre fatte dal Diocesano ». - Quam consuetudinem contendunt pertinere etiam ad Ecclesias collegiatas - « le nomine dei Procuratori delle chiese Parrocchiali e Collegiate della città di Senglia e Vittoriosa come pure dei loro rispettivi altari e Chiese filiali sono state tolte sempre, come tuttora si fanno da Monsignor arcivescovo, e vescovo » (test, curiae). Non dillitentur advocati in duabus Ecclesiis Collegiatis, aliquid hac in re novatum fuisse. Id tamen factum aiunt, unam quod attinet (collegiatam Civitatis Conspicua) ex privilegio Pontificio in limine fundationis concesso *(litt. Aplicae Pii VII a. 1822).* < Quatuor ex capitularibus in procuratores assumantur, quorum deputatio duorum ad Ordinarium, totidem vero ad Capitulum et canonicos spectabit ». Quod spectat ad alteram, Collegiatam S. Pauli Naufragi, id factum est ex pacto ad litem componendam inter Capitulum et Episcopum inito, « ogni due anni si dovranno eleggere tre persone capaci dall'Arciprete, ed altre tre dal Capitolo, quali si presenteranno a Mons. Illmo Vescovo affine di preeleggere uno dei tre eletti dall'Arciprete e uno dei tre eletti dal Capitolo ». Quare exceptiones, iuxta advocatos, regulam non modo non destruunt sed communiunt. Nam patet consuetudinem viguisse, si opus fuit pacto aut privilegio, ut illi derogetur. Eoque magis quod Episcopus, dum consensit, ut suum ius in Ecclesiam Collegiatam S. Pauli circumscriberetur, expresse idem ius reservavit quoad alias omnes Ecclesias « absque ullo praeiudicio iurium sibi competentium quomodocumque super electione procuratorum aliorumque ministrorum aliarum omnium Ecclesiarum dioecesos ».

Hac posita generali consuetudine, si qua Ecclesia ea se praedicet exemptam, titulum luculentissimum exhibere debet, quo nitatur. Sequitur ergo - instant advocati - hunc titulum Collegiatam Birchircarae exhibere debere. Eo vel

magis quod non modo petit, ut ius Episcopi circumscribatur, sed ut omnino, in electione procuratorum, elidatur. Et petit amplissimam hac in re ab Episcopali iurisdictione exemptionem, qua nulla prorsus Ecclesia, nec ipsa Cathedralis, Mele vi tana in insula potitur. Nam in cathedrali tres sunt procuratores. Qui non omnes a capitulo, sed quadam conventione a Benedicto XIV confirmata, unus a Capitulo alter ab Episcopo, tertius vero, utriusque suffragio nominatur.

Huc perducta oratione advocati titulos perpendunt, quibus Canonici Birchircarenses immunitatem, quam vindicant, vallare student. Et tenent hos titulos tres esse posse : primum nempe exemptionem a iurisdictione Episcopi, quam Urbanus VIII in limine erectionis collegiatae Birchircarensi concessit, *Bulla Urbani VIII a. 1630.* Secundum; quamdam conventionem, inter archipresbyterum et capitulum superiore saeculo initam, a. 1716, qua cautum est ut « iura praeeminentialia respicientia tantum gubernium temporale et oeconomicum dictae Ecclesiae Collegiatae, deinceps et omni futuro tempore fore et esse inter Capitulum ex una et D. Archipresbyterum ex altera communia et simultanea >. Tertium vero: specialem consuetudinem, quae generalem abolivisse dicatur: cuius'vi Ecclesiae procuratores non ab Episcopo, sed a Capitulo assidue nominati sint. Sed hi tituli - urgent advocati - Birchircarensibus canonicis non suffragantur.

Quoad *primum* titulum rem paucis absolvunt advocati. Nam immunitas ab Episcopi iurisdictione, in limine erectionis Collegiatae ab Urbano ¡VIII concessa, per sententiam Rotalem nullius roboris declarata est, « litteras Apostolicas non esse iustificatas, nec exsequendas quoad exemptionem ». Quippe patuit, per obreptionem et subreptionem iam obtentas fuisse « ex verisimili mente Pontificis apparet noluisse concedere exemptionem tamquam valde praeiudicialem Ordinario et cathedrali Ecclesiae onerosam, attenta parva distantia inter oppidum et civitatem » *(coram Carrillo diei*

9 nov. 1637). Ex quo erunt, hunc titulum retorqueri: nam si immunitas cessavit, nihil est cur ius eligendi procuratores Episcopo abiudicetur.

Quoad *alterum* titulum, interpretationem Capituli advertunt advocati, non id evincere, quod capitulum arbitrato, animadvertentes si verba « gubernium oeconomicum » late sumantur, concludendum esse, totam prorsus administrationem, penes capitulum et archipresbyterum residere. Qua de re non modo procuratores eligendi capitulum ius haberet, sed advigilandi ut electi rite administrarent, et rationes ab eisdem repetendi. At est in confesso, rationes ab Episcopo, non a Capitulo repeti. Est in confesso pro expensis extraordinariis Episcopi veniam expostulari. Ergo inferunt « *gubernium oeconomicum* » non ita late accipi posse, ut verba significare videntur. Neque ita esse accipienda, ut et ius eligendi procuratores complectantur. Et re vera eodem illo anno, quo conventio intercessit (1716), procuratores non a capitulo sed ab Episcopo nominati sunt, *(v. tabulam synopticam).* Idem annis proxime sequentibus ; ita ut fere omnes procuratores usque ad annum 1750 non capitulum, sed Episcopus nominaverit, instant oratores. Atqui id esset extra fidem, si in « *gubernio oeconomico* » procuratorum electio continebatur. Nam capitulum ius suum ab Episcopo violari scivisset, statim ac per solemnem conventionem ius ipsum vindicaverat.

Praeterea advertunt oratores, quum anno 1751, Benedictus XIV Archipresbyteratum per decretum suppressisset, et Praeposito curam animarum, ab archipresbytero antea exercitam demandasset, medietatem gubernii oeconomici, quod antea Archipresbyter patiebatur, Praeposito assignavit. Et addidit: «quod quidem usque adhuc observatum est » *(Litt. Apost. a. 1751).* Quod esset iuxta advocatos, a veritate alienum, si etiam de procuratorum electione gubernium oeconomicum intelligeretur. Nam ab anno 1716 ad annum 1751, numquam a capitulo, sed semper ab Episcopo procuratores nominati sunt.

Quoad significationem verborum « gubernium oeconomicum >, haec adnotat Episcopus Melevitanus: « Dessa ha un significato, di cui dal 1716 sin oggi il capitolo di Birchircara sta usando pacificamente. Nella Collegiata di Birchircara come in tutte le altre Collegiate dell'isola per ogni reclamo, che si presenta al Capitolo, per ogni ricorso, per ogni innovazione, per ogni spesa che s'intenda fare sia in Chiesa, sia nei beni della stessa, per la locazione degli stessi per festività e per tutt' altre occorrenze si vuole convocare in colletta o sessione capitolare tutti i canonici, esporre loro il soggetto della convocazione e sentire e registrare la loro decisione. Così pure si suole convocare il Capitolo, quando il Vescovo, a propria auctoritate, o diretto da qualcuna delle S. Cong. gli comunica qualche lettera od ordine. Pongasi per esempio che un tale scriva a cotesta Sacra Cong. per avere in enfiteusi uno stabile appartenente alla Chiesa di Birchircara, o per avere riduzione di pesi pii. Cotesta S. Cong. suole rimettere l'istanza all'Ordinario « auditis interesse habentibus ». L'Ordinario communica l'istanza al Capitolo di Birchircara ; questo convoca una colletta od una sessione capitolare, ove esso Capitolo discute l'affare, decide e rimette la decisione all'Ordinario. Ora in tutte queste collette e sessioni capitolari i Canonici di Birchircara, a differenza di tutti gli altri Capitoli e Collegiate della Diocesi hanno ciascuno un voto, mentre il Prepósito ha tanti voti quanto è il numero dei Canonici presenti ».

At quacumque ratione intelligatur conventio de diviso gubernio oeconomico, aiunt oratores, inter Praepositum et Capitulum, Episcopus nec interfuit conventioni, nec illam approbavit. Quocirca res acta inter alios illi nec nocere nec prodesse potest. Ex quo sequitur - iuxta advocatos - rem dilemmate confici posse. Aut enim ante conventionem Capitulum habebat contra Episcopum ius eligendi procuratores aut non habebat. Si habebat, titulum proferat, in quo ius consistat. Sin autem non habebat, ius istud, ex conventione, originem ducere non potest.

Ea verba autem quae sequuntur in conventione « reservato in praemissis, et circa praemissa, iure praeeminentiali Illmi ac Rmi Episcopi et non aliter >, aiunt advocati, iuri Episcopi praeiudicatum non fuisse ostendunt. Quinimmo pro iure praeeminentiali inductae sunt nonnullae praerogativae, quas Episcopus id temporis possidebat. Hoc iure Episcopus ante annum 1716, quam saepissime procuratores nominavit.

Quibus positis de *tertio* titulo, nempe de consuetudine sermonem instituunt advocati. Et notant per consuetudinem specialem consuetudini generali non derogari, nisi istiusmodi specialis consuetudo plenissime comprobata sit. Secus enim, consuetudini generali obtemperan debet. At longe est, iuxta advocatos, quod consuetudo, quam invocat Capitulum, plenissime comprobata sit.

Et re vera ante annum 1716 numquam Birchircarense Capitulum procuratores nominavit. Nec unam enim affert nominationem a se factam: dum contra quamplures a se factas Episcopus memorat. Quin etiam tantum aberat ut Capitulum administrationi Ecclesiae se ingerere posset, ut nec ius haberet ad emolumenta percipienda, quae ex festivitatibus in Ecclesia celebratis obveniret. Quae debebant inter clericos loci, aequis portionibus dividi, quod probare nituntur advocati ex libello dato S. C. C. a. 1701 et ex decisione Rotali coram Caprara *7. Apr. 1704.*

Anno 1716 conventio antea memorata intervenit; sed Capitulum, notant patroni, in quadam transactione cum Confraternitatibus inita *(26 Febr. 1762).*, fassumest, usque ad annum 1750 procuratores ab Episcopo nominatos fuisse, sed adiicit, se id permisisse, quia litigabat cum Archiprebytero : et oportebat ut neuter litigantium eligeret. Id tamen rite non probari videtur advocatis, quod etsi probaretur, aiunt, verum esset in possessione contra Episcopum hisce annis Capitulum non fuisse.

Ab anno 1751 ad annum 1783 fatentur advocati procuratorum electiones a Capitulo et jPraeposito fuisse factas; et eas Episcopos dumtaxat confirmasse. Sed aiunt constare

ex quadam informatione anno 1792 exarata, et ex pluribus testimoniis in summario primae propositionis impressis, persaepe, dum id tolerabant, Episcopos, iura sua in futurum diserte praeservasse. « Sine praeiudicio iurium nobis nostrisque successoribus competentium electionem factam in persona... auctoritate nostra ordinaria confirmamus et approbamus ».

Post annum 1783 usque ad nostram aetatem assidue, et promiscue cum Capitulo Episcopus (v. tabulam synopticam) procuratores nominavit, aiunt advocati. Saepe vero ad hoc munus obeundum nominavit eiusdem Ecclesiae canonicos ; qui numquam protestationem emiserunt, sed nominationem acceptarunt. - Ex quo sequitur iuxta patronos, nec postrema hac aetate consuetudinem invaluisse. Unde, concludunt advocati, consuetudo vel neutri suffragatur, vel Episcopo suffragatur. Nam Capitulum nullo umquam tempore, quin Episcopi legitimo modo protestarentur, procuratores nominavit. Episcopus aliquamdiu nominavit, Capitulo non protestante. - Aetate vero nobis proximiore, asserunt advocati, Episcopus saepius quam Capitulum procuratores nominavit. Nam ab anno 1716 ad annum 1890, 633 nominationes numerantur. Quarum 318 Capitulum 315 Episcopus fecit. Ex quibus si illas demas, quas factas a Capitulo, Episcopus cum suorum iurium reservatione confirmavit: si illas demas quas Episcopus non confirmavit aut quae dubiae videntur; autumant patroni nominationum numerum ab Episcopo factarum longe excedere nominationum numerum, quae a Capitulo factae sunt.

Quoad *alterum* dubium, advocati censent nil disputandum esse. Quippe notant huiusmodi dubii resolutionem Episcopo fuisse favorabilem, rescripto diei 29 aprii. 1895, quamvis primi dubii petitio Capitulo adiudicata fuerit. - Hodie vero sperant etiam in prima quaestione Episcopo sua iura solemniter adiudicata fore. Quapropter orationem concludunt incommoda recensentes, quae eligendi iure Capitulo attributo, in dioeceseos regimen oritura sunt.

DEFENSIO CAPITULI. EX adverso, Capituli procurator ad-, vertit non agi de bonis mensae capitulari spectantibus prouti notat Episcopus: « Premetto, a miglior schiarimento dei fatti che non si tratta nel caso presente della Mensa Capitolare, nè del personale alla stessa addetto, nè degli addetti al Coro di quella Insigne Collegiata... ».

Dein recolit patronus, in priore iudicio capitulares probasse ex *iure communi* sibi pertinere rerum suae Ecclesiae administrationem, non secus ac cuique beneficiario rerum beneficialium competit administratio, unde Concilium Trid. *Sess. 22 cap. 9 de Ref.* iussit quod administratores tam ecclesiastici, quam laici Fabricae cuiusvis Ecclesiae etiam Cathedralis, hospitalis, confraternitatis... singulis annis teneantur administrationis rationem reddere Ordinario. Ius vero *particulae* sibi aperte suffragari, opinantur Capitulares se abunde demonstrasse in prima quoque actione, quum probatum sit nunquam circa temporalem Collegiatae administrationem extitisse dissidia inter Capitulum et Episcopum, qui imo saepius sollicitus fuit de iurgiis inter Capitulum aliosque componendis. Narrat Benedictus XIV « graves inter Vicarium perpetuum et Capitulum Collegiatae Ecclesiae super praeeminentiis et iuribus parochialibus lites introductas fuisse donec anno 1687 Melitensis Episcopus mediator extitit. Huius mediationis effectus fuit transactio confirmata anno 1692 a recol. mem. Innocentii XII; cuius vigore, suppresso Vicario perpetuo, Archipresbyteratus erectus est, ut hic una simul cum Capitulo gereret, quae taxative ad curam animarum non pertinerent ». Statutum proinde est, ait Benedictus XIV, ut « bona ad praefatum archipresbyterum pertinerent: gubernium vero oeconomicum dictae Collegiatae Ecclesiae pro una ipsi Archipresbytero, et pro altera gubernii huiusmodi medietate Capitulo et Canonicis praefatis esset assignatum ». Episcopus Melevitanus Benedicti XIV voluntatem executus est « ed allora si die principio al pacifico e non interrotto possesso, sino al presente osservato, d'eligersi li Procuratori capitolarmente per metà

dal prepósito Curato e per *Y* altra metà dalli Canonici, come tutto ciò si comprova dalla detta bolla di. soppressione, transazione, mandato ed altri atti capitolari d'elezione alii quali si fa piena relazione ».

Ceterum ipsi Melevitani Episcopi, instat orator, Capituli ius procuratores sibi eligendi recognoverunt. Sane orta quaestione anno 1762 inter Confraternitatem SSmi Rosarii et Capitulum Ecclesiae Collegiatae Birchircarensis circa Procuratoris eiusdem Confraternitatis electionem, transactio initur qua statuitur « che i Procuratori che saranno in detta Confraternita eletti dovranno fra otto giorni dal dì dell'elezione fatta dal Capitolo, ottenere la conferma da Mons. Vescovo siccome nel caso, in cui non saranno confermati, oppure loro non accetteranno la procura e però non ricorreranno per essere confermati, allora li detti 12 fratelli anziani dovranno fare altra nomina di sei fratelli per farsi T elezione come sopra dal Venerabile Capitolo e non altrimenti ».

Refert praeterea advocatus iam in priore actione docu*-menta allata fuisse, quibus evincitur electiones a Capitulo usque peractas fuisse ab a. 1755 ad 1895.

Quia Episcopus in litteris *Die 22 Feb. 1897* ad S. C. C. datis asserit 1) nomine *gubernii oeconomici* non comprehendi ius procuratores eligendi, 2) falso canonicos pacificam iuris eligendi procuratores possessionem allegasse ; advocatus notat ex deductis in primo iudicio coniici Episcopum a veritate longe aberrasse, haec asserens. Si enim, uti relatum fuit, quaestio erat inter Capitulum et Archipresbyterum etiam circa eligendos procuratores, qui ab immemorabili ab Archipresbytero et a populo eligebantur, si ad contentionem finiendam statutum est Episcopo approbante ut gubernium oeconomicum inter Archipresbyterum et Capitulum divideretur, inde patet nomine gubernii oeconomici etiam procuratorum electiones comprehendi.

Quare Benedictus XIV in C. *Cunctis ubique pateat* appellat ad mandatum de manutenendo quod a R. C. Apo-

stolica obtinuit Archipresbyter anno 1740, cum quaestio erat inter ipsum et capitulum circa administrationem bonorum Ecclesiae Collegiatae Birchircarensis. In hoc mandato de manutenendo legitur: « Antonius Rufus Protonotarius Apostolicus etc. Noverint universi et singuli... se... citasse... ad videndum mandari DD. instantes manuteneri in quieta et pacifica possessione... habendi et exercendi pro medietate et simultanee cum Capitulo gubernium oeconomicum ac temporale Ecclesiae Collegiatae et sacristiae, bona administrandi procuratores eiusdemque Ecclesiae una cum dicto Capitulo eligendi.. Ecclesias vero filiales earumque bona privative administrandi et in eis procuratores deputandi aliaque occurrentia faciendi ».

Quod in Concordia anni 1716 de procuratorum electione ageretur infert advocatus ex relatione quam Capitulum Birchircarense Episcopo Milevitano a. 1792 exhibuit.

Hac habita relatione, Episcopus Melitensis electionem a Capitulo factam confirmavit et approbavit.

Verum pergit patronus, non solum Canonici ab immemorabili ante annum 1751 procuratores elegerunt, sed ipsi Episcopi Melevitani hoc ius Capitulo recognoverunt. Siquidem concordia anni 1716, approbante Episcopo Melevitano Canaves, circa procuratores etiam eligendos inter Archipresbyterum et Capitulum inita fuit ; anno 1762 Episcopus Melevitanus Rull transactionem inter Archipresbyterum et Capitulum circa eligendos Confraternitatis SS. Rosarii procuratores approbavit; Episcopus Melevitanus Alpheran anno 1753 Capituli ius eligendi procuratores ac omnes officiales ac ministros Ecclesiae recognovit; Episcopus Sabini anno 1792 procuratores a Capitulo electos confirmavit ; similiter anno 1875 Episcopus Xilera.

Denique refellere advocatus nititur obiectiones ab Episcopo motas ; et in primis fatetur non semel Episcopos procuratores elegisse, tamquam mediatores inter Archipresbyterum et Capitulum, prouti factum est anno 1716 opera Episcopi Melevitani Canaves, quippe cum discordiae agitaren-

tur inter Capitulum et Archipresbyterum « in pendenza del giudizio seguirono le elezioni dei Procuratori delle accennate Confraternite fatte da Mons. Vescovo e qualche volta dai Fratelli per non generarsi qualche pregiudizio al Capitolo ed all'Arciprete nelle rispettive pretensioni ».

Nihilominus instat orator, has electiones affert Episcopus quasi ab ipso, iure proprio, factas, non secus ac plures electionum confirmationes adducit, quasi documenta suae potestatis eligendi procuratores, quod aliquibus exemplis probat advocatus. Hic praeterea notat ex 314 electionibus quae ab Episcopis Melevitanis asseruntur factae, pene 180 spectant ad Ecclesias rurales et filiales ad rem nostram non pertinentes. E contra, ait procurator, exhibita fuisse a Capitulo documenta electionum Procuratorum Lampadum Confraternitatum, aedificiorum, quae electiones ab anno 1736 ad annum 1895 locum habuerunt. His hodie adduntur procuratorum lampadum, confraternitatum electiones a Capitulo peractae et ab Episcopo confirmatae annis 1752, ad annum 1811.

Quia Episcopus ulterius advertit, Episcopos Melevitanus electiones hac formula confirmasse, nempe : « elegit et confirmavit reservato semper iure praeeminentiali Episcopi et non aliter » ; respondet procurator, hac formula raro usos esse Episcopos ; eamque usurpari coepisse quando Ecclesia Collegiata ademptum habuit privilegium immunitatis a iurisdictione Episcopi, et confirmandi auctoritatem sibi tribuisse Episcopos ob ius praeeminentiae in Collegiatam Birchircarensem, adeo ut hac potestate usus sit Canaves Episcopus qui ius eligendi procuratores tribuit partim Capitulo, partim Archipresbytero.

Gradum faciens procurator ad alteram quaestionem, qua controvertitur an procuratoribus competat ius afifigendi edicta ad contractus emphyteuticos ineundos, notat hic non agi de iure administrandi, sed de certa solemnitate seu de actu praeparatorio contractibus emphyteuticis ; qui actus utpote *accessorius* videtur sequi, per se, ius *principale* administra-

"tionis competens procuratoribus. Attamen curia ius affigendi edicta sibi vindicat, notat procurator ; quamvis regesta Collegiatae Birchircarensis contraria contineant documenta. Quare nonnullis ex bis allatis unde probatur, procuratores contractus iniisse et executos esse emphyteuticos, concludit ex documentis constare Capitulum Birchircarense bona praedicta in emphyteusi m per suos procuratores absque Curiae Episcopalis interventu dedisse pluries ab anno 1718, ad annum 1891.

Verum Episcopus ex consuetudine praetensum ius sibi arrogat, et quatuor contractus emphyteuticos citat, quos a Curia initos absque Capituli interventu affirmat. At respondet orator, ex his contractibus, duos respicere bona ad mensam capitularem pertinentia, tertium bona confraternitatis S. Andreae, et quartum bona V. Lampadae (idest Fabrica). Et quoad contractus qui bona Capitularis mensae respiciunt animadvertit, ipsum Episcopum in sua informatione et voto scripsisse: « premetto a migliore schiarimento dei fatti che non si tratta nel caso presente della Mensa Capitolare, nè del personale alla stessa addetto nè del Capitolo e degli addetti al coro di quella insigne collegiata... ». Quare ex his contractibus nimis probaretur, nempe Episcopum habere ius ineundi emphyteusim de bonis ecclesiae Capitularis absque eiusdem Capituli interventu; quod ius neque ipse Episcopus sibi arrogat. In specie vero quoad primum casum nempe quoad Clausuram *ta Bir ilghad* animadvertit quod in dioecesi Melitensi contractus emphyteutici ad 99 annos iniri solent. Iamvero anno 1840 praedictam clausuram Capitulum Birchircarense locavit, et non Episcopus, urget orator.

Quoad secundum casum nempe quoad clausuram, quae ad Confraternitatem S. Andreae pertinet, notat quod haec clausura non vocatur *ta Iorri aut ta Salib* sicuti illam vocat Episcopus in praedicto documento 7 Summ, primae instantiae, sed *ta Giembi* sicuti ex libris praedictae Confraternitatis constat. Addit hanc *exclusive* ad praedictam pertinere confraternitatem et anno 1806 hanc clausuram Io-

seph Lammut in locationem habuisse. Unde incredibile advocato videtur, anno 1780 ab Episcopo ipsam in emphyteusim datam fuisse cum ab anno 1780 ad annum 1808, nonnisi anni 28 decurrant ac emphyteuses saltem ab 99 annos iniri soleant.

Quoad tertium casum nempe quoad clausuram *ta Barriera* ad Capitulum Birchircarense pertinentem, ait orator, istam in emphyteusim ab Episcopo a. 1822 concessam certe non fuisse. Sane Birchircarense Capitulum die 11 Ianuarii 1815 Canonico Aquilina Procuratori commisit, ut a viro perito exquireret an utile necne esset ut praedicta Clausura in emphyteusim daretur.

Quoad 4UM casum contendit patronus gratis ab Episcopo asseri quod oblationes apud Curiam factae fuerint, cum ex alia parte Episcopus fateatur, Capitulum anno 1724 illum fundum in emphyteusim dedisse.

Hisce praenotatis, fuerunt proposita diluenda

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu.*

RESOLUTIO. Sacra[1] C. C. re discussa sub die 17 Februarii 1900, censuit respondere : *ad I et IL attentis omnibus fiat concordia uti proponitur ; ita tamen ut alternativa, de qua in art. 3 sit perpetua.*

CAUSAE PROSEQUUTA. Sub die 23 Iunii 1900 iterum quaestio haec reproposita fuit. Sacra vero C. C. respondit: *Ad I et II* in decisis sub die 27 Aprilis 1895. Quod responsum videre est in Vol. 28 137 harum ephemeridum.

EX S. CONGR. EPISC. ET REGUL.

S. MARCI ET BISINIANEN.

CREDITI.

Die 6 Aprilis 1900.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. P. Hyacinthus a Bellomontio religiosus Ordinis Capuccinorum eiusdemque Ordinis Definitor Generalis, cupiens in oppido Acri dioecesis Cusentinae novum conventum et adnexam ecclesiam dicandam in honorem B. Angeli eiusdem oppidi a fundamentis excitare, obtenta Apostolica Benedictione pro novi operis molitione et pro benefactoribus auxilium collaturis, anno 1894 erigendae fabricae manus admovit, usus, ad parsimoniam in expensis obtinendam, tantum architecti directione et opera magistri artis murariae. Qua oeconomia non obtenta, expensae enim initio an. 1896 iam attingebant conspicuam summam libellar. 280, 000, satius duxit, etiam de architecti consilio, incoeptam constructionem cuidam Genasio Fontana committere.

Verum cum hic ob deficientiam fundorum fabricam ad exitum deducere non posset, eius prosecutio, praevia solutione 4000 libellarum constructori Fontana titulo boni exitus, susceptoribus operum Calderai et Lazzarini a P. Hyacintho fuit demandata. Constructores Calderai et Lazzarini intra duos annos opus perfecerunt, nempe die 7 Octobris 1897. Verum expensae quae ad complendam fabricam in libellis 156,000 praevisae erant, hanc summam excesserunt, et de consensu ipsius P. Hyacinthi elevatae fuerunt ad libellas 222,000. Perdurante aedificii constructione sociis Calderai et Lazzarini persolutae fuerunt libellae 70,000, hinc eorum creditum residuum extitit in libel. 152,000, super qua summa P. Hyacinthus sese obligavit ad solutionem annui interesse in ratione quinque pro quolibet centenario. Ab anno 1897 usque ad an. 1899, socii constructores Calderai et

Lazzarini tenuem summam receperant libell. 10.000 quae fere tota pro iam cessi interusurii debito extinguendo inservivit : praefata summa ipsis tradita fuit pro quota 7000 libellarum a P. Fulgentio Défini tore Generali Ordinis Cappuccinorum, reliquum directe ab ipso P. Hyacintho fuit missum.

Deprehenso quod P. Hyacinthus apoplético morbo fuit correptus, quo die 22 Octobris 1899 est perempta, socii constructores illico adierunt Ministrum Ordinis Generalem P. Bernardum d'Adermatt, qui declaravit se non posse respondere de constructionibus peractis a P. Hyacintho. Hoc itaque defuncto, ut supra, recursum porrexerunt S. Congregationi Episcoporum et Regularium, petentes ut Ordo Cappuccinorum cogeretur ad eos indemnes reddendos.

Disceptatio Synoptica.

PRO SOCIIS CALDERAI ET LAZZARINI. Iuxta canonici iuris sanctiones, hi observant, religiosus nequit pro se possidere, sed tantum propter ordinem: est notum adagium quidquid monachus acquirit monasterio acquirit. Hinc contractus, constructiones ecclesiarum, conventuum, licet ab individuo religioso perficiantur, tamen cum in Ordinis utilitatem sint, eius nomine censentur factae. Hoc autem si inspiciantur praesentes civiles leges, constituit quamdam necessitatem. Ex vigenti enim iure Ordines religiosi in Italia carent iuridica personalitate. Hinc propter civilem repraesentationem religiosi in individuo agere debent, et qui cum ipsis contrahunt, cum Ordine contrahere censent. Non itaque iniuria, concludunt socii Calderai et Lazzarini, ipsi crediderunt Ordinem Cappuccinorum esse obligatum, quando a P. Hyacintho verbis receperunt et spoponderunt prosecutionem et complementum incoeptae fabricae.

Hoc melius elucet,, si iuxta actores, nonnulla facta in praesenti controversia sedulo expendantur. Publicatio opusculi sciente Ordine facta, cui titulus - *Benedictio Pontificis* -, referens typos et propositionem novae fabricae, sti-

pulatio contractus subscripti a P. Hyacintho ceu Défini tore Generali, solutio nonnullarum summarum Constructoribus facta in domo Generalitia Ordinis a P. Fulgentio Definitore Generali, literae gratulatoriae scriptae a Ministro Generali architecto Fabricae Quercioli, plures declarationes P. Hyacinthi quod ipse non uti privatus, sed in Ordinis utilitatem aedificium construebat, satis superque esse contendunt socii Calderai et Lazzarini, nedum ad arguendam in seipsis bonam fidem, sed etiam ad probandum, Ordinem in huiusmodi negotio responsorem evasisse.

Hinc observationi Procuratoris Generalis, quod Minister Generalis numquam Fabricae consenserit, aut eam approbaverit, ipsi reponunt hunc consensum et approbationem tacite adfuisse. Superiores enim Ordinis probe sciebant, quod aedificium construebatur ab individuo sibi subiecto, non ignorabant quod ipsum P. Hyacintho ceu privato inservire non poterat, sed tantum religiosae familiae, cuius ipse membrum erat: cur itaque fabricam non denunciarunt Superiores Ordinis ? Silentium proinde in expositis circumstantiis recte pro consensu accipiendum est.

Demum ad melius suum ius statuendum, scilicet quod P. Hyacinthus ceu Ordinem repraesentans egerit, adducunt cessionem nonnullorum conventuum factam a P. Hyacintho paulo ante suam mortem favore duorum religiosorum Capulatorum Romae, quorum conventuum ipse erat intestataria. Profecto hoc demonstrat systema practicum et necessarium iuxta vigentes leges secutum ab ordine possidendi, aut acquirendi non per se, sed per religiosos ceu privatos: et hanc profecto viam Ordo secutus est in constructione conventus et ecclesiae in oppido Acri.

FAVORE ORDINIS CAPPUCCINORUM. EX altera vero parte Procurator Generalis contendit, neque Ministrum Generalem, neque Curiam generalitiam ullum dedisse consensum constructioni conventus et ecclesiae iii oppido Acri. Siquidem praevia benedictione Apostolica a P. Hyacintho incoepta est fabrica, inscio Ministro Generali extra Italiam tunc

degente, et adversante P. Brunone a Vinay Ordinis Commissario; neque ad probandum Ordinis consensum adduci valet aliqua determinatio Definitorii Generalis. Ordinis contrarietas erat evidens et in eo innixa, quia agebatur de incongruo et nimis dispendioso opere. Concludit itaque Procurator Generalis aiendo constructionem incoeptam esse periculo et nomine solius P. Hyacinthi.

Neque progressu temporis, pergit Procurator Generalis, admitti potest accessisse in aedificii constructione Ordinis ratihabitionem. Nam contractus cum sociis Calderai et Lazzarini tantum a P. Hyacintho fuit subsignatus : delineationes factae ab Architectis, notae expensarum, computa, numquam exhibita fuerunt approbationi Ministri Generalis; sed omnia susceptores Calderai et Lazzarini gesserunt directe cum P. Hyacintho unico aedificii Moderatore. Verum quidem est quod nonnullae summae persolutae sunt a P. Fulgentio Definitore Generali Ordinis, sed ex commissione P.Hyacinthi, qui eas mittebat ; et Procurator Generalis probat allegando literas ipsius P. Hyacinthi. Item quoad quinque collybisticas literas, quarum unaquaeque obligationem decem millium libellarum secumferebat, ipse observat eas tantum a P. Hyacintho fuisse subscriptas et absque Superiorum Ordinis licentia; de his proinde Ordo respondere non debet.

Susceptoribus vero Calderai et Lazzarini qui obnituntur se tueri bona fide, et appellant Ordinem obligatum, eo quia Minister Generalis huiusmodi opera non interdixit P. Hyacintho, P. Procurator ita reponit: Primo bonam fidem eis nullimode suffragari valet, quia cautiores esse debebant, nam cum Romae morarentur facile erat super hoc negotio Ministrum Generalem interpellare; idque eo fortius quia saepius dubia habuerunt de solvibilitate P. Hyacinthi, super cuius bonis non veri ti sunt hypothecam inscribere. Cur itaque hisce in casibus non adierunt Superiorem Ordinis ? Quoad alterum obiectum Procurator facile se expedit animadvertens, quod P. Hyacinthus per benedictionem Papalem

directe obtentam se exemit ab Ordine pro hoc opere, et in eo moliendo independenter egit. Ex altera parte cum contractus stipulatio et operum molitiones Ministrum Generalem latuerint, mirum non est, si ea prohibere non valuit. Hae sunt praecipue rationes adductae a P. Procuratore ad declinandam obligationem Ordinis erga susceptores Calderai et Lazzarini pro expleta fabrica conventus et adnexae Ecclesiae in Acri.

Nunc pretium est operae subnectere paucis votum Emi Protectoris Ordinis Cappuccinorum in tam salebrosa quaestione. Ipse, inspecto iure civili, censet Ordinem nullimode cogi posse ad respondendum de peractis operibus, eo quia deficit actus legalis, quo Generalis Ordinis Minister vel eius Definitorium delegaverit P. Hyacinthum a Bellomontio ad enunciata opera incipienda et prosequenda. Ab inspecta canonica aequitate aliter iudicandum esse autumat, quia susceptores Calderai et Lazzarini ex maxima bona fide et deferenda erga Ordinem egerunt ; unde iniquum videretur eis oeconomicam iacturam infligere denegando solutionem expetitae summae; aliunde per dictam solutionem Ordo nanciscitur possessionem stabilis seu fundi cuius valor fere ascendit ad libellas 500,000; et coacta generalis liquidatio secumferret praeter enorme scandalum, magnum damnum oeconomicum Calabrae Provinciae Capuccinorum.

Hisce utrimque, delibatis propositum fuit resolvendum sequens

Dubium

An et quomodo Ordo Capuccinorum censeri debeat obligatus erga operum susceptores Calderai et Lazzarini in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Episcoporum et Regul. in generali conventu diei 6 Aprilis 1900, omnibus seria pensatis, respondit : *Placere de concordia.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

BRIXIEN. Confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti Servo Dei Obitío Confessori Brixiensi Sancto et Beato nuncupato.

Quod de plerisque Dei Servis etiam in album Sanctorum relatis legitur, eos a re militari post adversos casus, divina opitulante gratia, avocatos ad Christum ducem et magistrum sectandum usque ad fastigium sanctitatis toto corde conversos fuisse, id quoque obtigisse fertur Famulo Dei Obitio corniti et militi Brixiensi, sancto et beato nuncupato. Natus ipse in oppidulo Niardo die 6 Decembris supra annum 1100, quum nobilem et divitem haberet patrem Graziadio, adhuc iuvenis totius-Vallis Camunicae gubernator renunciatus est. Militiae adscriptus et pugnans in praelio inter Brixienses et Bergomates apud flumen Ollium, dum, accepto vulnere, sub cadaverum acervo graviter decumbit, illico a mortis periculo se noscit salvum et incolumem. Huius superni beneficii grata recordatione permotus et poenarum gehennae quae illi ante oculos obversabantur, magno timore perculsus, novum vitae genus arripuit, haud obstantibus contrariis uxoris et familiae sententiis. Domi adhuc commorans pietatis et caritatis operibus Deo et hominibus placuit. Peregrinus ad diversa praedictae Vallis monasteria, poenitentium mores addiscendi et imitandi causa, Lucam quoque adiit ligatis pedibus, Crucifixum prodigiis insignem veneraturus. Votis sui cordis expletis et amplo patrimonio pauperibus distributo, annuente uxore, ad Monasterium Brixiense S. Iuliae se contulit, ibique, eremitarum more, in oblatum ac famulum se Monialibus addixit, praeclara iugiter ostendens exempla virtutum, Deo, uti fertur, mirifice cooperante signisque confirmante. Tandem anno 1204 lethali morbo correptus, eius molestias patientissime tulit atque in extremo agone humi depositus, uti efflagitaverat, ibi mense Decembri placidissime obiit in Domino. Fama est ad illius transitum et sacri aeris sonitum ex summitate turrium, nemine pulsante, et supernum angelicum cantum plures ex adstantibus etiam ex supradictis monialibus audivisse. Interim Servi Dei exuviae magna pompa elatae, solemniis funebribus persolutis, in Ecclesia

S. Iuliae tumulatae sunt, confluente illuc clero et populo ad opem implorandam et ad gratias pro beneficiis acceptis agendas. Crescente autem magis in dies fidelium frequentia et veneratione ad sepulchrum, corpus Obitu in digniorem locum nempe ad altare maius eiusdem Ecclesiae translatum est, donec anno 1798, suppresso monasterio S. Iuliae, ne ab impiis profanaretur ab ipso Ordinario Brixiensi donum datum est incolis Niardi ut illud sacrum pignus in Parochiali Ecclesia publice expositum una cum reliquiis inde ab anno 1653 concessis, suis votis satisfacturi colerent. Huius publici et ecclesiastici cultus Servo Dei longe ante aevum Urbanianum et deinceps absque interruptione praestiti, plura circumferebantur argumenta ex authenticis monumentis, ex antiquis scriptoribus et ex compluribus testibus fide dignis desumpta sive quoad titulum Sancti vel Beati, sive quoad preces liturgicas, aquae benedictionem ut Festum cum Officio et Missa sub ritu duplici in eius honorem, sive quoad imagines radiis et laureola decoratas et reliquias publicae venerationi expositas, scientibus, annuentibus et approbantibus Episcopis Ordinariis. Attamen idem cultus famam sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum comitans nondum ab Apostolica Sede authentico Decreto recognitus et approbatus fuerat. De hac re apprime sollicitus Rmus Dnus Iacobus Corna Pellegrini Episcopus Brixiensis, postremis hisce annis per iudicem delegatum Ordinarium super eodem cultu Inquisitionem instituit et favorabilem sententiam protulit. Actis Curiae Brixiensis ad Sacram Rituum Congregationem delatis, Rmus Dnus Petrus Crostarosa Canonicus Patriarchalis Basilicae Liberianae et Postulator huius Causae, nomine etiam Rmi Episcopi et universi cleri et populi dioeceseos Brixiensis ac praesertim Niardi, loci Obitio natalis, eiusdem sententiae confirmationem a Sancta Sede humillime efflagitavit. Hinc ab Emo et Rmo Dno Cardinali Raphaele Pierotti ipsius Causae Relatore, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, subsignata die, ad Vaticanum coadunato, sequens dubium discutiendum propositum fuit: *An sententia iudicis delegati a Rmo Episcopo Brixiensi super cultu ab immemorabili tempore praestito Servo Dei Obitio, Confessori Brixiensi, seu super casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?* Porro Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem eiusdem

Emi Ponentis, omnibus accurate perpensis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu sententiam esse confirmandam.* Die 10 Iulii 1900.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die vigesimatertia, iisdem mense et anno.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius,*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

f DIOMEDES PANICI, S. *R. C. Secretarius.*

PRAGEN, dubia quoad nonnullas consuetudines.

R.mus D.nus Leo de Skrbensky Archiepiscopus Pragensis Sacrorum Rituum Congregationi quae sequuntur, pro opportuna declaratione, humillime exposuit; nimirum:

Iuxta Rescriptum S. R. C. d. d. ¡17 Novembris 1864 provinciae Pragensi indultum est:

« 1. Ut iuxta concessionem factam Regno Poloniae die 22 Augusti 1744, in tota Bohemia retineri possit.... consuetudo.... qua fit, ut per integrum tempus S. Adventus usque ad diem 23 Decembris, in singulis ecclesiis, ad Auroram celebretur cum cantu Missa: *Rorate coeli desuper,* quae quidem Missa in ecclesiis minoribus celebratur absque cantu.... Et quoniam in festo et per Octavam Immaculatae Conceptionis, loco Missae *Rorate,* decantari vel legi consuevit Missa Deiparae sine labe orig. conceptae; hanc Missam *Rorate* excludunt solummodo festa 1. cl., si alicubi occurrant.

2. Ut in oratione « *A cunctis* » quando dicenda est, nominari valeant ss. Adalbertus E. M. et Vitus M. Patroni Regni, quorum festa gaudent ritu dupl. 1. cl. cum Oct., quamvis in foro nullam inducant obligationem.

3. Ut coli, prouti antea, valeant tamquam Patroni Regni Ss. Procopius Ab., Cyrillus et Methodius Epp. CC. atque Ludmilla M., in quorum solemnitate suppressa est Octava, non alia

ex causa, quia numerus Octavarum nimirum excreverat. Hinc in festo eorumdem Sanctorum Missae addendum est Symbolum, et omnes nominandi sunt in Oratione *A cunctis* ......

Quibus praemissis idem R.mus Archiepiscopus expostulavit.

I. An die VII. Decembris liceat sumere, loco votivae *Borate,* Missam Vigiliae Immaculatae Concept, saltem in minoribus ecclesiis?

IL Quum in Bohemia Patroni Regni aeque principales sint Ss. Cyrillus, Methodius, Vitus, Wenceslaus, Adalbertus, Ioannes Nep., Procopius atque Ludmilla, quo ordine nominantur in Oratione off. vot. Ss. Patronorum Bohem.?

III. Utrum praedicti Sancti Patroni, in ecclesiis, quae Sanctum Patronum, vel Titularem habent, in oratione: *A cunctis,* ex* primi omnes valeant aut debeant? Et quatenus affirmative ad alterutram partem dubii, petiit:

IV. Utrum recta sit intercalatio in Oratione *A cunctis:*. .. beatis App. tuis Petro et Paulo atque beatis Cyrillo, Methodio, Vito, Wenceslao, Adalberto, Ioanne, Procopio, Ludmilla, atque beato N. et omnibus sanctis?....

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, acquisito voto Commissionis liturgicae omnibusque accurate perpensis respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative* si ritus semiduplex permittat.

Ad II. Servetur Ordo Litaniarum.

Ad III. *Affirmative,* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad IV. Provisum in resp. ad secundum, et nomen Sancti Patroni vel Titularis Ecclesiae ponatur post nomina Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Atque ita rescripsit die 2 Maii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. & S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

DUBIA quoad birretum utendum a Sacerdotibus regularibus, et quoad lotionem manuum Episcopi celebrantis.

I. Utrum Sacerdotes regulares, qui utuntur parvo Capputio et pileo, possint uti birreto dum procedunt ad altare celebraturi, et in reditu ad sacristiam, praesertim si regula et consuetudo non obstent?

S. R. C, audito voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: *Affirmative.*

II. Utrum Episcopo celebranti lotio manuum a Caeremoniali Episcoporum lib. I. cap. XI. n. 11, et cap. XXIX. n. 10 praescripta ante et intra Missam, facienda sit etiam post Missam?

S. R. C, exquisito voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: *Negative.*

Ex Congressu, die 15 Maii 1900.

PHILIPPUS DI FAVA ***Subsitutiis.***

PARENTIN, et POLEN, dubium respiciens diem festi s. Thomae Cantuariensis.

Sacerdos Calendarista dioeceseos Parentin, et Polen, de consensu sui Rev. Episcopi sequens dubium Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit: nimirum: Si dies post Festum S. Thomae Ep. et Martyris fuerit feria secunda, dicendumne erit Officium cum Missa de Octava Nativitatis?

Et Sacra Congregatio respondit: Si festum S. Thomae Cantuariensis E. M. occurrerit in Dominica infra Nativitatem Domini, dies immediate sequens est iuxta Calendarium Ecclesiae universalis de Octava Nativitatis Domini. In fine autem Dominicae infra praefatam Nativitatem tam Breviarium quam Missale clare indicant quomodo sit celebrandum Officium et Missa de die infra Octavam Nativitatis sive haec dies incidat in Sabbato, sive in feria secunda, ita ut omne dubium excludatur.

Atque ita rescripsit die 29 Maii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI S. *R. C. Secretarius.*

URGELLEN, dubia varia.

Hodiernus magister caeremoniarum ecclesiae cathedralis Urgellensis et eiusdem dioecesis calendarii redactor, de sui E.mi ac R.mi Domini Cardinalis Episcopi consensu, insequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi solvenda demississime proposuit; nimirum:

I. Iuxta Decretum in *TJtinen.* **(4005)** d. d. 13 Ianuarii 1899 ad I et II, aqua baptismalis, Sabbato Sancto et vigilia Pentecostes benedicenda est in Ecclesiis parochialibus et etiam in filialibus, quae sacrum fontem legitime habent: et haec benedictio fieri debet integra in singulis Ecclesiis. Hinc quaeritur: quomodo se gerere debeat Parochus, qui, deficiente Clero, duas regit Paroecias, vel filialem habet cum fonte baptismali de iure et nullum invenit Sacerdotem, cui praefatam benedictionem committat?

II. 1. Thurificatio SS.mi Sacramenti publice expositi, et Canonicorum, perficienda est duplici ictu in quolibet ductu iuxta decreta ***S.*** *Marci* ***(SUO)*** d. d. 22 Martii 1869 ad XX, et *Minoriceli.* **(4048)** d. d. 24 Novembris 1899, ad IX. Quaeritur ergo: Utrum idem observandum sit in thurificatione Crucis Altaris, sacrarum Imaginum, libri Evangeliorum ante cantum Evangelii in Missa solemni, Episcopi, Celebrantis, Ministrorum, Beneficiatorum, aliorumque de Choro et Altari, iis exceptis qui non singillatim incensantur? 2. Perficine debent duplici ictu ductus in thurificatione Altaris, et in solemni benedictione Candelarum, Cinerum et Palmarum?

III. An *Eœultet* in solemni functione Sabbati sancti canendum sit versus aquilonem prout fit ad cantum Evangelii; an vero cantari debet versus celebrantem?

IV. E Collectione authentica Decretorum S. R. C. expunctum est Decretum in *Santanderien.* d. d. 26 Ianuarii 1793 in quo disponebatur, ad XVII, festum S. Laurentii martyris concurrens cum Ss. Iusti et Pastoris Mm. festo, dupl. 2. classis in Hispania, integras habere debere Vesperas cum commemoratione praedictorum martyrum. Unde quaeritur: an ita observandum sit, vel Vesperae in casu esse dimidiandas?

V. 1. An Diaconus et Subdiaconus teneantur se Celebranti conformare quotiescumque hic se signat vel inclinat, dum aliquid cantat vel clara voce profert, aut *submissa* in Missa so*

lemni iuxta Rubricam, quod, inquam, non ad Secreto pertinet; nempe ad Confessionem, ad Introitum, ad *Gloria* et *Credo,* ad Epistolam et Graduale, ad Evangelium, ad *Sanetus* et *Benedictus,* excepto quando Celebrans recitat *Confiteor Deo,* et etiam excepto Subdiacono, patenam sustinente ad *Benedictus?* 2. An Celebrans Missam solemnem in Dominica Palmarum dum legit verba: *In nomine Iesu omne genufiectatur etc,* et: *Emisit spiritum* (ac similia in aliis Missis) debeat genuflectere; an vero prosequi possit, quin genuflectat, donec praedicta verba a Subdiacono vel Diacono cantentur?

VI. Utrum in Ecclesiis, in quibus servatur alternativa Chori respectu Canonicorum, sequi possit in aspersione aquae benedictae, thurificatione et pacis osculo, in Missa, norma quam tradunt Decreta in *Molinen.* **(3059)** d. d. 12 Sept. 1857 ad XXV, et S. Iacobi de Chile **(3216)** d. d. 20 Augusti 1870; vel potius servandum Decretum in *Fer entina* **(973)** d. d. 14 Novembris 1684?

VII. An quoties Episcopus Missam pontificalem est celebraturus, Dignitates et Canonici teneantur, dicta *Prima* in Choro (vel *Sexta,* Feria V *in coena Domini* et Feria VI *in Parasceve)* accedere ad aulam Episcopi et illum associare ad Ecclesiam cathedralem?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, omnibus rite perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Posita vera necessitate deficientiae sacerdotis, super quo conscientia Parochi onerata maneat, idem Parochus de benedicta aqua ex principali paroecia asportet in aliam.

Ad II. Quoad primam partem quaestionum serventur Decreta; quoad reliqua, et secundam quaestionem servetur consuetudo.

Ad III. *Affirmative* ad normam quaestionum nisi cantetur in ambone, et ad secundam quaestionem provisum in praecedenti.

Ad IV. *Negative*>*ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad V. *Affirmative* ad primam quaestionem, et quoad secundam quaestionem *negative* ad primam partem; *affirmative* ad alteram.

Ad VI. *Affirmative* ad alterutram partem, prouti fert consuetudo Ecclesiarum.

Ad VII. *Affirmative* iuxta Caeremoniale Episcoporum et Decreta.

Atque ita rescripsit, die 29 Maii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius.*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

DIOMEDES PANICI, S. *R. C. Secretarius.*

SANCTI IACOBI DE BENEZUELA ; dubitatur an addi possit oratio pro defuncto orationi *Deus qui nobis,* **et an celebrari possit missa defunctorum tempore expositionis SS. Sacramenti.**

Hodiernus Archiepiscopus S. Iacobi de Benezuela sequentia dubia S. R. Congregationi exposuit, nimirum:

I. An in quotidiana expositione SS. Sacramenti post orationem *Deus, qui nobis* addi possit oratio pro defuncto vel defunctis, in quorum levamen sacrum peractum sit, vel preces recitare?

II. An in eodem sacello expositionis quotidianae SS. Eucharistiae, quod duobus constat cappellis, ex adverso positis cum transitu per medium, possint celebrari Missae de *Requiem* in altari ubi non extat expositio?

Et Sacra Rituum Congregatio die 13 Iunii 1900 rescripsit: *Negative* ad utrumque.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 16 Iunii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

SANCTI SEVERINI. Dubium quoad primam Capituli dignitatem, absente vel impedito Episcopo.

R.mus D.nus Aloisius Valeri, Canonicus Theologus Cathedralis Ecclesiae S. Severini, Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit, nimirum:

Prima dignitas Capituli praefatae Ecclesiae Cathedralis, quae titulo Archidiaconi decoratur, diebus solemnioribus, Episcopo im-

pedito vel absente, functiones quae ad hunc pertinent peragit et Missas Conventuales décantât, ad normam Caeremonialis Episcoporum ; attamen id facere hucusque recusa vit die 19 Martii in Festo S. Ioseph, Deiparae Virginis Sponsi, ea praesertim de causa quia idem Capitulum anno 1874 facultatem obtinuit in Ecclesiam S. Augustini ipsius Civitatis se transferendi, cum iisdem tantum conditionibus et oneribus quae in primaeva Ecclesia Cathedrali erant observanda. Hinc idem R.mus Orator, nomine etiam ceterorum canonicorum, de consensu sui R.mi Episcopi, sequentis dubii solutionem efflagitavit :

« An enunciata dignitas, in casu, absente vel impedito Episcopo, ad functiones et ad Missas supradictas teneatur etiam in Festo primario S. Ioseph ? »

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque perpensis, rescribendum censuit:

Affirmative, et servetur Caeremoniale Episcoporum necnon Decreta N. 3595 diei 19 Septembris 1883 et N. 3865 diei 9 Iulii 1895.

Atque ita rescripsit. Die 17 Iulii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius.*
S. R. C. Pro-Praefeetus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

LAUDEN, seu Congregationis Clericorum regularium S. Pauli Barnabitarum. Dubia varia

R. P. Aloisius Maria Sacconaghi e Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum, de consensu sui R.mi Procuratoris Generalis, sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione humillime exposuit, nimirum:

L An in locis, ubi in festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ex Apostolico Indulto, fit commemoratio omnium Apostolorum in primis et secundis Vesperis ac in Laudibus, et etiam in Missa, huiusmodi Commemoratio facienda sit in praedictis secundis Vesperis, quando die sequenti celebratur festum Commemorationis S. Pauli Apostoli, ut in Ecclesia propria, sub ritu duplici primae classis?

IL An perdurante expositione Sanctissimi Sacramenti in altari maiori, possint in aliis altaribus exponi Reliquiae Sanctorum ac praesertim Sancti, cuius festum occurrit?

III. An in Oratione *A cunctis* nomen S. Antonii Zaccaria Fundatoris Congregationis et in Ecclesia Barnabitarum praemitti debeat alteri S. Francisci Assisiensis, ipsiusmet Ecclesiae Titularis, aut viceversa ?

IV. Quando in aliqua Ecclesia agitur de Sancto die non propria nec assignata, et de eo, ob speciale privilegium a S. Sede obtentum, canitur et legitur Missa ut in die festo, fieri ne debet Commemoratio officii currentis?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisita Commissionis Liturgicae sententia, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative,* omissis tamen benedictione et osculo reliquiae, quandiu SS.mum Sacramentum manet expositum.

Ad III. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

Ad IV. Servetur Decretum Castri Maris N. 3833 ad II, d. d. 20 Iulii 1894, scilicet commemoratio Officii currentis omittatur in Missa solemni, fiat in lectis.

Atque ita rescripsit. Die 17 Iulii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA *Pro-Datarius.*
S. B. C. Pro-Praefectus.

L. *j&* S.

DIOMEDE PANICI *S. R. C. Secretarius.*

FANEN. dubia quoad expositionem SSmi. Sacramenti, quoad missam celebrandam ante processionem SS. Corporis Christi, et quoad Thronum erigendum ab Abbate Canonicorum Regularium.

R. D. Guilelmus Betti Parochus S. Thomae Apost, et Caeremoniarum Magister Cathedralis Fanen. Reverendissimi etiam sui Fanensis Episcopi nomine et voto, Sacrae Rituum Congregationi sequentia pro opportuna declaratione humillime exposuit.

I. An liceat publice exponere SS- Eucharistiae Sacramentum, quum non sit consuetudo, in forma Quadraginta horarum pro una tantum die in suffragium alicuius defuncti loco Officiorum de Requie?

II. In die festo Corporis Christi Episcopus celebrat Missam lectam ante solemnem Processionem. Impedito Episcopo potest Canonicus senior celebrare Missam lectam vel tenetur cantare?

III. Utrum Canonicorum Regularium familia, quae regitur auctoritate Abbatis Congregationis, possit in propria Ecclesia erigere et servare continuo Thronum cum Baldachino?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Quum non adsit consuetudo *Negatiae.*

Ad II. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

Ad III. *Negative* et serventur Decreta.

Atque ita rescripsit. Die 17 Iulii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius.*
S. B. C. Pro-Praefectus.

L. * S.

DIOMEDE PANICI, .S. *B. C. Secretarius.*

LITTERAE SSmi. Patris Leonis XIII ad Episcopum Assisiensem, occasione quinquagesimi anniversarii ab inventione corporis s. Clarae.

Venerabilis frater salutem et apostolicam, benedictionem.

Praestantiam Assisiensis urbis, a beatissimo Francisco partam, eo vel amplius commendat Clarae nomen et virtus, quae prima extitit eiusdem patris alumna, virginalis sanctimoniae cultrix eadem et fautrix eximia. Recteque nunc coniuncta civium piorum studia, Te praeeunte, in id calescunt ut tantae Virgini insignes quidam honores habeantur, quum quinquennia explentur dena ex quo sacrum eius corpus inventum feliciter est. Qua oblata nobis opportunitate, libens animus ad Umbriam revolat dilectissimam ; maxime quia illud ipsum factum non modo intima recordatione inhaeret, sed etiam veluti praesens ante oculos obversatur. Nam in corona episcoporum quos Antistes Assisiensis, ad fidem rei celebritatemque augendam, ex finitimis urbibus humaniter advocarat, Nos quoque adfuisse gratiam Deo profitemur.

Solemni ritu, cum delecto sacerdotum et civium comitatu ventum est ad Clarae templum: in cuniculum sub ara maxima alte defossum succedimus; ad permunitum loculum adstamus venerabundi. Eo coram recluso, tam diu desideratae patescunt exuviae, dormientis in modum cum lauro compositae suaviterque circum halantes. Tum Nobis singulariter contigit, laboriosum id quidem sed quam gratissimum, ut pretiosas eas margaritas Nostris Ipsi manibus ad unam e loculo colligeremus, digniore in arca recondendas.

Praescriptis quae oportebat legitime perfectis, thesaurus ipse rite profertur, arae impositus ornatissimae; ad eum omnium oculi cupide convertuntur et vota : qui demum per urbem, faustitatis auspex, circumdatus est pompa maxime splendida: quanto quidem cum gaudio et Nostro et omnis cleri populique confertissimi, dici vix potest. — Hac tota in re admirari sane licuit peramans Dei consilium, tum ut humillimae fidelissimaeque Virginis in opinione et spe hominum accresceret gloria, tum etiam ut ex ossibus eius, quasi pullulantibus de loco suo, late effiaretur bonus odor Christi, generosae virtutis incitamentum. Adsimiles plane fructus optari atque expectari par est ex festa memoria facti proximi renovanda. Clarae conciliatricem ad Deum gratiam, quotquot pie imploraverint, in primisque cives

sui, abunde sentiant; exemplumque eius salubriter moneat, tam molli praesertim saeculo, quanti sit et quam beatum, ex caducis rebus assurgere, humilem sequi Christum, animose crucem eius amplecti. — Itaque tuam, Venerabilis Frater, sollertiam eiusque paritef coetus qui sacris istis solemnibus apparandis dat tecum operam, merita laude ex animo honestamus: communes curas secundus exitus compleat. — Nos autem qui pro veteri benevolentia ejga istud virginum Claralium coenobium, tutelam eius Nobismetipsis propriam iampridem voluimus eumdem peculiarem animum hac praeclara occasione prorsus confirmamus: simul ipsas hortamur ut sanctae Matris legiferae vestigiis religiosissime insistentes, ad institutam perfectionem alacriore in dies proposito pergant, et Patris coelestis clementiam in pródigos errantesque filios exorare ne cessent. Placet porro donum adiicere, Nostrae in Claram pietatis testem mansurum; quod ipsa excipere velit perbenigna, et caniliem Nostram in mediis iactatam fluctibus praesenti ope iuvare. Iamvero accedat divinorum munerum copia per Apostolicam benedictionem, quam tibi, Venerabilis Frater, et clero atque eisdem devotis virginibus omnique populo tuo amantissima voluntate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die II[a] augusti anno MDCCCC, Pontificatus Nostri vigesimo tertio.

LEO PP. XIII.

LITTERAE Sanctissimi D. N. Leonis XIII ad Emum. Cardinalem Vicarium P. Respighi quoad operam pro tuitione Fidei.

Signor Cardinale,

Già fin dagli esordii del Nostro Pontificato Noi dovemmo additare come uno dei danni più deplorevoli che il mutato ordine di cose portò a questa Capitale del mondo cattolico, l'attivo proselitismo dell'eresia ed il conseguente pericolo a cui veniva esposta la fede del Nostro popolo. E su tale proposito rivolgendoci al Nostro Cardinale Vicario, venimmo ripetutamente impartendo ai fedeli esortazioni, consigli ed avvertimenti, ponendoli in guardia contro i molteplici tentativi, che sètte di ogni genere, venute da estranee contrade, andavano qui facendo,

sotto la tutela delle pubbliche leggi, per spargere nelle anime credenti il veleno della negazione e dell'errore.

Ma se da un lato siamo lieti di riconoscere, che la Nostra parola, avvalorata da cure non interrotte, non fu priva di buoni risultati; dall'altro siamo costretti di confessare, che, raddoppiata, pei potenti aiuti che loro giungono dal di fuori, la pertinacia dei nemici della cattolica religione, il male lungi dal diminuire, andò aumentando, specialmente in questi ultimi tempi. Ci è quindi necessario, Signor Cardinale, di tornare su questo penoso ed importante argomento, che si connette tanto intimamente coi diritti e coi doveri del Nostro Apostolico Ministero e coll'amore tenero e paterno che portiamo alla nostra popolazione di Roma.

È ormai noto ad ognuno per l'evidenza dei fatti, che il disegno concepito da sètte eretiche, emanazione multiforme del protestantesimo, è quello di piantare il vessillo della discordia e della ribellione religiosa nella Penisola, ma soprattutto in quest'alma Città, nella quale Dio stesso, con ammirabile disposizione di avvenimenti, fondò il centro di quella feconda e sublime unità, che fu l'oggetto della preghiera rivolta dal nostro Divin Salvatore ai suo Padre celeste (Ioann. XVII. 11. 21.) e che i Papi conservarono gelosamente anche a prezzo della loro vita, e malgrado le opposizioni degli uomini e le vicende del tempo.

Dopo aver distrutto nelle rispettive loro patrie, con discordi ed opposti sistemi, antiche e venerate credenze, che formavano parte del sacro deposito della rivelazione; dopo avere infuso nelle anime dei loro seguaci 1' alito glaciale del dubbio, della divisione e dell' incredulità ; rovina immensa, che noi deploriamo e compassioniamo dal fondo del cuore, ravvisando in tutte quelle creature i figli delPistesso Padre ed i redenti coll'istesso sangue : le sètte anzidette si sono introdotte in questa Vigna eletta del Signore allo scopo di continuarvi la loro opera distruggitrice e funesta. Nè potendo contare sulla forza della verità, esse traggono profìtto per spegnere od almeno comprimere nelle anime la fede cattolica, dalla indifesa tenerezza degli anni, dalla insufficienza della coltura, dalle distrette dell'indigenza, dalla semplicità di molti, accessibile alle lusinghe, agli allettamenti, alle seduzioni.

Di fronte a questo fatto, Noi sentiamo, innanzi tutto, il bi-

sogno di dichiarare pubblicamente, come già facemmo altra volta, quanto sia penosa la condizione fatta al Capo della Chiesa Cattolica, costretto a rimirare il libero e progressivo sviluppo deir eresia in questa Città santa, dalla quale deve spandersi in tutto il mondo la luce della verità e dell' esempio e che pure dovrebbe essere la sede rispettata del Vicario di Gesù Cristo. Come non bastasse a corrompere la mente ed il cuore del popolo il torrente di malsane dottrine e di depravazione, che irrompe giornalmente ed impunemente dai libri, dalle cattedre, dai teatri, dai giornali, doveva aggiungersi a tutte queste cause di pervertimento l'insidioso lavorìo di uomini eretici, i quali in lotta fra loro, si trovano solamente d' accordo nel vilipendere il supremo Magistero pontifìcio, il Clero cattolico e i dommi della nostra santa religione, dei quali non comprendono il significato e molto meno l'augusta bellezza. Ond' è che i fedeli, i quali da tutte le regioni, anche più remote, affluiscono peregrinando in Roma per trovarvi conforto alla loro pietà ed alla loro fede, debbono rimanere profondamente rattristati nel vedere invaso questo suolo, bagnato dal sangue dei martiri, da sètte di ogni specie, intente unicamente a svellere dall'anima del popolo quella religione, che pur venne dichiarata religione dello stato, e che forma l'oggetto precipuo del loro amore e del loro culto.

Ella comprenderà facilmente, Signor Cardinale, quanto siffatto stato di cose sia doloroso al Nostro cuore, e quanto vivo il Nostro desiderio di vedere adottati opportuni rimedii, che valgano, se non a togliere interamente il male, almeno a mitigarne la gravità e 1' asprezza. Ed è perciò che Ci furono di non lieve conforto la fondazione di un'Opera egregia, a cui Noi stessi demmo ispirazione ed impulso, che si intitola dalla Preservazione della Fede, e più ancora i soddisfacenti risultati ch'essa ha incominciato ad ottenere mediante lo zelo infaticabile di quei che la dirigono e che ne fanno parte.

Noi vogliamo, Signor Cardinale, contando sulla Sua nota e solerte operosità, che quest'opera salutare, tanto adatta al presente bisogno, si sostenga, si rafforzi e si propaghi fino a costituire una difesa efficace e gagliarda contro l'indicato pericolo. Ad essa deve arrecare un valido e costante appoggio, in primo luogo il Clero parrocchiale di Roma, quel Clero laborioso, zelante e modesto, al quale incombe principalmente la cura

e la responsabilità della salute delle anime ; ad essa deve pure aggiungere vitalità, forza ed estensione il laicato cattolico di questa città, il quale è sempre pronto ad apportare il suo intelligente e caritatevole concorso ovunque lo richieda l'interesse della religione e il bene morale e materiale del prossimo.

A tutti poi sia cura di corroborare il carattere del popolo cattolico, ispirandogli nobili e santi propositi e prevenendo in pari tempo gl'incauti, che sotto le innocue apparenze di convitti per giovinetti, di educatorii per fanciulle, di scuole di lingue estere, di aumento di coltura, di sussidii a famiglie indigenti si cela il reo disegno di insinuare nelle menti e nei cuori le massime riprovate della eresia. Che tutti i fedeli sieno penetrati di questa verità, che nulla vi può essere di più grande e di più prezioso che il tesoro di quella fede, per la quale i loro padri affrontarono impavidi, non solo privazioni e miserie, ma spesso persecuzioni violente e la stessa morte. E tale sentimento di fortezza non può essere che naturale e profondo nell'animo di questa Nostra popolazione, la quale ben sa, che la Chiesa cattolica non solo possiede note divine, che la distinguono come l'unica vera, l'unica che ha ricevuto le promesse di vita immortale; ma ha pure versato, in ogni tempo, beneficii incomparabili su Roma, sufi' Italia e sul mondo, domando la barbarie con la giustizia delle leggi e la mitezza dei costumi, estendendo come ben dice San Leone Magno (Serm. I. in Natali SS. Petri et Pauli), il dominio della pace cristiana molto al di là dei confini esplorati dalle aquile romane, salvando le lettere, le biblioteche, la coltura, i monumenti; ispirando ogni ordine di scienze e di arti : venendo in aiuto dei deboli, dei poveri, degli oppressi colla generosità degli affetti, e colla magnanimità del sagrifìzio e dell'eroismo.

Nutriamo pertanto fiducia che niuno dei romani, che sono i figli più privilegiati della Chiesa cattolica, vorrà mai, per qualsiasi umano interesse, separarsi da questa madre tenerissima, che dopo averlo partorito alla grazia, non ha cessato di circondarlo colle sue affettuose sollecitudini: come siamo altresì persuasi che quei generosi cattolici, i quali fondarono e promossero l'opera mentovata della Preservazione della Fede, non si daranno nè tregua nè riposo finché può pericolare la salute eterna anche di un'anima sola, mostrando così col fatto, che

se i nemici della religione sono più potenti per copia di ricchezze, essi li vincono per l'ampiezza della carità.

Auspice intanto del divino favore per ben condurre la gravissima impresa, impartiamo di tutto cuore a Lei, Signor Cardinale, ai Promotori della pia Opera e a quanti la favoriranno, l'Apostolica benedizione.

Dal Vaticano li 19 agosto 1900.

LEO PP. XIIL

LITTERAE in forma Brevis SSmi. D. N. Leonis XIII; quarum obiectum est translatio Corporis S. Augustini ad Basilicam S. Petri in caelo aureo Civitatis Papiensis.

LEO PAPA XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Venerabilis Frater Augustinus Episcopus Papiae una cum dilectis filiis Eremitis Ordinis S. Augustini Papiae consistentibus supplices Nobis preces nuper admovit, ut mortales S. Augustini reliquiae ad instauratam refectamque S. Petri in caelo aureo Basilicam, pristinum requietis locum, facta a Nobis facultate, transferantur. Id vero ne ipsi temere efflagitare videantur, totam sanctarum exuviarum historiam retexunt, quam placet Nobis summatim attingere. Quum itaque Beatus Augustinus Ecclesiae Doctor, e corporis vinculis tamquam ex carcere evolavit, caeloque potitus est, Hippone in Ecclesia Cathedrali Deo sacra in honorem S. Stephani protomartyris, corpus a discipulis peramanter est compositum, ubi diuturna in pace conquievit. Sed quum Trasamandus, Vandalorum Rex arianus, crudeli contra catholicos homines excitata persecutione, Fulgentium Episcopum Ruspensem et cum eo quamplurimos Episcopos, Presbyteros, Clericos, Monachos aliosque Christianos ex Africa in proximam Insulam Sardiniam commigrare atque exulare iussisset; illi ne tantus thesaurus in rapaces adversariorum manus veniret, Augustini corpus aliasque Sanctorum reliquias in Sardiniam secum transvexerunt. In ea annos circiter ducentos et viginti beatae illae exuviae prodigiis claruerunt, quibus et fama sanctitatis optimi Antistitis, et veritas reliquiarum est probata et confirmata. Cum autem haud multo post ingens atque

effera Saracenorum multitudo Sardiniam pervaderei, atque, ut mos erat eorum, omnia vastatum iret, et ipsum sepulchrum S. Augustini violaret, Luitprandus, Longobardorum Rex pientissimus, ob singularem quo ferebatur in Augustinum amorem viros primarios gentis suae magna cum auri argen tique vi mox Sardiniam in insulam transmisit, Sancti Doctoris corpus pretio redempturos. Legati Longobardi rem, quam curari ab ipsis Rex voluerat, optime gesserunt, et sanctis exuviis navigio impositis unius diei ac noctis spatio sospite cursu Ianuam pertingunfc. Quo nuntio nuntiato Rex ipse, cum optimatibus et viris Principibus, cum omnibus regni Episcopis et universo clero usque ad fines agri Derthonensis processit, positisque regiae dignitatis insignibus, magna animi submissione pronusque in obsequium sacras Reliquias, tamquam oblatum sibi Dei munus, est veneratus. Vere dici poterat de Augustini corpore « ossa eius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt »: multa enim fuerunt portenta et prodigia, quibus voluit Deus famuli sui mortales reliquias illustrare. Simul ac Regis adventus cum sanctis spoliis in Urbe Ticinensi est nuntiatus, tota civitas prope convulsa sedibus suis ad suscipiendas complectandasque Augustini exuvias obviam sese effundit, hymnos et cantus solvit, ea laetitia gestiens, qua, si Rex confecto bello ex hostibus formidolosis triumphum ageret. Papiae in templo S. Petri in caelo aureo Luitprandus Augustini reliquias composuit, in eo nimirum templo quod, a parentibus suis olim fundatum et dotatum, ipse munifice instauraverat, excoluerat, continenti monasterio et redditibus liberaliter auxerat. Ibi usque ad annum christianum millesimum sexcentesimum nonagesimum quintum beatissimum corpus, oculis quidem Christianorum subductum sed miraculorum fama illustratum, iacuit cum civium, tum externorum veneratione cultuque celebratum : verum eo ipso anno feliciter repertum et post longum iudicium et diuturnas investigationes et a Francisco Episcopo Papien. et ab Decessore Nostro Benedicto XIII anno MDCCXXVIII recognitum, sub ara maxima eiusdem templi ad Basilicae Minoris dignitatem evecti, illustri decorata monumento, requievit. Deinde Basilica ob vetustatem fatiscente, ac prope collapsa, prius in templum Iesu nomini sacrum, postea in Basilicam Papiae Cathedralem anno MDCCXCIX rite translatum est. Ibidem anno MDCCCXXXII auctore Episcopo Aloisio Tosi aedicula extructa est, in eaque marmoreum

monumentum, quod in honorem Patris sui Legiferi Ordo Eremitarum S. Augustini affabre perficiendum curaverat, quodque hominum iniuria, iniuriaque temporum et rerum disiectum erat, repositum est : inde anno insequenti auctoritate et iussu Pontificis Maximi Gregorii XVI Decessoris Nostri, sanctae Augustinae reliquiae denuo recognitae et confirmatae, ex veteri cupressina in novam urnam aere inaurato conflatam sub instaurato monumento collocatae sunt. Anno autem MDCCCCLXXXIV hodiernus Antistes Papiae nactus occasionem instaurationis Basilicae Cathedralis, ob quam Sancti cineres et ossa suo loco removeri debuerunt, impetrata a Nobis venia, tum authenticam inspectionem et recognitionem confecit, tum urnam argenteis ornamentis, conferente etiam sumptum Capitulo Cathedralis, decoravit. Quum vero nunc vetustissima Basilica S. Petri in caelo aureo, olim labefactata et pene eversa, ad pristinam firmitatis speciem sit revocata, et catholico cultui restituta, et cum Eremitae Ord. S. Augustini continentis Monasterii suo quodam iure Reliquias Patris sui Legiferi reposcant, et Venerabilis Frater Episcopus Papiae consilio suo ac prudentia omnia caverit et omnia providerit, ut Sancti Doctoris lipsana convenienter pristino sepulchri loco restituantur, Nos libenter sinimus, ut ille sacrarum exuviarum thesaurus in Basilicam S. Petri in caelo aureo transferatur; quapropter Apostolica potestate Nostra per praesentes litteras, servata semper apud Nos et hanc Apostolicam Sedem auctoritate earumdem reliquiarum, ita ut nemini omnium eas surripere et possidere ius sit, facultatem facimus, sacras Beati Augustini Pontificis et Doctoris reliquias a Cathedrali templo ad refectam et restitutam S. Petri in caelo aureo Basilicam transferendi. Volumus tamen et Apostolica auctoritate Nostra decernimus, ut Basilica S. Petri, quae Ordini Eremitarum S. Augustini cum exemptione huic Ordini concessa committetur, id habeat oneris, ut Curioni urbanae Ecclesiae S. Mariae de Monte Carmelo fas sit eam adire, ut inde SS. Viaticum ad proximos Parochianos aegrotos deferendum accipiat; ut translatio sacrarum Reliquiarum declaretur concessa ea conditione, qua, si forte Basilica S. Petri in caelo aureo cultui subtrahatur, vel Eremitae Ordinis S. Augustini inde gravi qualibet causa secedant, iterum illae ad Cathedralem Basilicam reducantur; ut sacri eiusdem thesauri, qui tribus clavibus custodiri assolet, clavem unam ipsi Religiosi Eremitani habeant; alteram

Episcopus cum Capitulo Cathedralis ; tertiam magister seu praeses municipii Papiensis, id quod Benedictus XIII Pontifex Maximus largitus est: ut Episcopo et Capitulo Cathedralis ius asseratur accedendi collegialiter quotannis ad Basilicam S. Petri, ut ibidem solemnis in honorem S. Augustini Missa peragatur ; ut demum Episcopus pro tempore, quoties publica aliqua causa aut occasio se offerat, ad eandem Basilicam vel dioecesanas peregrinationes decernere, vel ipsemet se conferre ob sacram aliquam functionem solemnem possit. Decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit in omnibus plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque speciali licet et individua mentione ac derogatione dignis contrariis quibuscumque

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIV Septembris MCM. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo tertio.

De speciali mandato SSmi.

ALOIS. CARD. MACCHI.

LITTERAE SSmi. D. N. Leonis XIII. ad emum Praesidem, occasione qua finis imponebatur coetui Tertianorum Franciscanum.

LEO PP. XIII

Dilecto Filio Nostro Iosepho Calasanctio Tit. S. Hadriani S. B. E. Diac. Card. Vives y Tato.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem. — Qua mente quove animo prosequuti fuerimus coetum, quem Ordo Franciscanum Tertius abhinc dies paucos, in Urbe habuit, coniicere perspicue licuit ex ea Epistola, quam ad coeuntes sodales communiter dedimus in antecessum. Quam ob rem quum, tuo primum ceterorumque praesidum testimonio ac scriptis deinde litteris, felicem conventus exitum cognovimus, gavisi admodum sumus et spem amplam cepimus de propagando latius in dies Tertianorum Franciscanum Instituto. Quae,

Nostra quidem sententia, optatae huic propagationi conducunt maxime, iam in memorata Epistola innuimus et inculcavimus. Ex iis tamen concordiam animorum iterum commendare libet ac servandarum legum par in omnibus et ubique studium. Una lex unum corpus efficit; servataque ex lege, vigor corpori manet agendique efficacia. Vestram autem legem eam esse voluimus, quae, quamvis dispar variarum gentium sit indoles diversique mores, integre ubique valere queat. Quia vero Tertii Ordinis institutum, ex seraphici Auctoris consilio, eo demum spectat ut caritas Dei atque hominum diffundatur in cordibus, ac sicubi intermortua sit reviviscat; huc Tertiani omnes laborem studiumque advertant, ut Dei primum honorem provehant, tum vero miseros quosque iuvent ad aeternam et, quoad fieri possit, huius etiam aevi felicitatem adipiscendam. Ratio temporum, in quae Franciscus legifer incidit, ad nostrorum rationem pluribus ex caussis accedit. Nihil igitur dubitandum quin, quas ille ex Instituto vestro utilitates praeclaras obtinuit, eaedem, vobis adnitentibus, Ecclesiae ac Civitati sint modo obventurae. Faxit haec Deus, Francisco exorante. Nos autem ut divinorum munerum subsidia conciliemus, Apostolicam benedictionem Franciscanum Ordinibus universis amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 4 octobris 1900, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EX 8. CONGR. EPISC. ET REGUL.

S. IACOBI DE CHILE

LEGATI PII

Die 10 Martii 1900.

COMPENDIUM FACTI. Anno 1^95 volvente, sacerdos Michael Tagle una cum aliis quatuor sacerdotibus facultatem petiit ab Archiepiscopo S. Iacobi de Chile fundancli in hac civitate Congregationem Oratorii a S. Philippo Nerio cum

iisdem fere regulis, quibus ea Romae regitur. Pro hac stabilienda fundatione iam obtinuerat ab Archiepiscopo titulari Arazarbensi Rmo Dno Larrain Gandarillas novae institutionis impulsore usum libere cessum domus sitae in via S. Rosae sub N. 32 in praedicta civitate. Archiepiscopus S. Iacobi de Chile facile annuit petitioni, et institutum fungi coepit in dicta domo, cui accessit usus etiam alterius domus vulgo nuncupatae *Conventino* positae, in eadem via sub N. 34. pariter donatae beneficientia Archiepiscopi Anazarbensis.

Sub finem an. 1896 ab aliis quatuor sacerdotibus instituto relicto, solus remansit sacerdos Tagle qui tamen in sequenti anno in Congregatione collegit 4 novitios et 2 fratres laicos, et in praesentiarum, uti ipse affirmat, instituti domus continet Praepositum, octo novitios studentes et tres fratres laicos. Interim an. 1897 sub die 26 Septembris diem vidit supremum Archiepiscopus Larrain praecipuus fundationis inchoatur, qui testamento diei 23 Decembris 1891 iam disposuerat de duabus enunciatis domibus favore seminarii dioecesani. At ipso defuncto aliud informe testamentum inventum est pariter factum ab Archiepiscopo Larrain, sed sine die et consule et absque subscriptione, in quo ipse aliter disponit ac in altero supra relato.

Summa testamenti haec est. Ususfructus duarum domorum assignatur Congregationi Oratorii per triginta annos, si tempore mortis testatoris Institutum solide est fundatum et canonice erectum, et insuper durante triennio regulariter fungatur absque interruptione in observandis regulis S. Philippi Nerii, proprietas vero pro eo tempore spectat ad Congregationem filiarum S. Iosephi ceu haeredem fiduciariam. Executori testamentario facultas conceditur si in morte testatoris Congregatio adhuc non sit canonice erecta, prorogandi tempus experimenti ad biennium, sed tunc lapsus triennii a die decreti erectionis canonicae instituti excurret: Institutum tres sacerdotes et totidem fratres laicos saltem habere debet. Hisce conditionibus observatis, et ob-

tenta personalitate iuridica Congregatio Oratorii evadet proprietaria stabilium : ex adverso, tam si durante tricennnio per anni tempus conditiones appositae deficiunt, quam etiam si posteaquam Institutum proprietatem stabilium acquisierit, ipsum cessare contigerit, proprietariae absolutae domorum évadent filiae S. Iosephi.

Super valore huius testamenti, quod sacerdos Tagle ex variis indiciis contendit factum fuisse ab Archiepiscopo Larrain paulo ante suum decessum, nempe anno 1897, exorta est quaestio inter ipsum Tagle et Rmum Archiepiscopum S. Iacobi de Chile, qui sustinens valorem prioris testamenti et denegans existentiam canonicam Congregationis Oratorii decreto mensis Decembris 1897 iussit publicum eius Oratorium claudi. A iudicio Ordinarii appellavit ad S. Sedem sacerdos Tagle, qui interim coram civili tribunali vadatus huius sententia damnatus fuit ad restituenda seu tradenda seminario infra bimestre enunciata bona stabilia seu duas domos.

Disceptatio Synoptica.

FAVORE SEMINARII TESTAMENTUM AN. 1891 SEU PRIUS TESTAMENTUM VIDETUR ESSE SUSTINENDUM. Archiepiscopus Sancti Iacobi de Chile allegationibus Executoris testamentarii Campino et Rectoris Seminarii infra referendis, haec addit: reapse sacerdos Tagle cum aliis quatuor sacerdotibus licentiam imploravit fundandi Congregationem Oratorii, quam Archiepiscopus libenter concessit. Sed fundatio non egressa est propositi limites. Inter sacerdotem Tagle et presbyteros consocios discordiae exortae sunt ob plures causas, quae in appositis declarationibus referuntur ; eosque impulerunt ad illico Institutum relinquendum.

Insuper sacerdos Tagle, praeter falsam doctrinam ab eo propugnatam circa diabolicum interventum, iam a S. Officio damnatam, mala affectus valetudine et caecitate laborans impar erat ad munus Praepositi gerendum in Congregatione Oratorii, quae sive ex morte Archiepiscopi Larrain

principalis Protectoris, sive ex eo quod nonnisi paucos pueros continebat, a sui initio cadere oportebat. Quoad posterius testamentum Rmi Larrain, observat Archiepiscopus, quod ipsum nullum pondus et valorem sibi vindicare potest, tum quia est potius schema testamenti nulla subscriptione munitum et cum variis lituris in textu appositis, tum quia de hoc schemate in postremo morbo Archiepiscopus Larrain nullum verbum fecit praesentibus et executori testamentario Campino ; proinde iure praesumi posse, Dominum Larrain perseverasse in priori voluntate.

Executor testamentarius Campino ita respuit praetensiones sacerdotis Tagle. I°. Testamentum diei 23 Novembr. 1891 validum est coram lege civili, utpote rogatum cum omnibus formis legis; ex adverso posterius testamentum an. 1897 est informe sine die et consule et subscriptione testatoris et nondum adhuc ad exitum deductum ; hinc nullam soliditatem coram lege civili habere potest. 2°. Si hoc secundum testamentum recognosceretur ab executore testamentario, legatarii et haeres prioris ipsum traducerent coram tribunali ad respondendum de dispositionibus in primo testa^ mento contentis eorum favore. 3°. Non solum Rmus Ordinarius S. Iacobi de Chile, sed etiam ipse sacerdos Tagle per duas vices coram ecclesiastico Provisore fassus est secundum testamentum Rmi Larrain esse merum schema testamenti nullo in pretio habendum.

Rector Seminarii favore Instituti sequentia deducit. Praemittit quod extra Pontificiam ditionem testamenta ad pias causas absque legali solemnitate confecta utrum consistant, est quaestio, uti tenent Collet, Carrière et novissime insignis canonista D' Annibale *summula theol, moral, par. 2. n. 352.* Sed admissis etiam maximis privilegiis pro causis piis, unum certum est et receptum inter omnes theologos et canonistas, quod in huiusmodi dispositionibus certo constare debet de positiva voluntate defuncti, sive ex olographo ipsius testamento data et subscriptione munito, sive ex depositione duorum vel plurium testium, cum proposita, vel

desideria testandi, etiamsi scripto commissa uti schemata et minutae testamenti, haberi nequeant ceu solemnis declaratio de eo quod quis post mortem suam fieri vult. Vallat hanc doctrinam auctoritate plurium doctorum et praesertim celebris moralistae De Lugo qui in titulo *de Iust. et Iure Disput. XXII sect. 9,* ita scribit : *Quando testator habeat animum disponendi et ad hunc finem fecerat fortasse sibi instructionem, propria manu scriptam, vocavitque notarium ut legitime disponeret et interim mortuus est... In hoc casu animus solus disponendi non sufficit ad causas pias, quia illa non fiat dispositio, sed propositum disponendi non reductum ad executionem.*

Insuper, pergit Rector, ut dispositio testamentaria valeat debet esse aliis declarata et notificata pro eius executione, ad instar legis quae suam vim non explicat, etiamsi ab ipso legumlatore subscripta, nisi Comunitati sit intimata. Codex civilis Chilenus recensens varias testamenti species art. 1015, 1023, 1032, in his omnibus spectat et desiderat tamquam elementum substantiale testamenti, actum testatoris suam voluntatem intimantis. Agendum, subdit Rector, si expendatur praetensum testamentum an. 1897, ipsum facile reperitur carere praefato elemento constitutivo, siquidem in eo reperiuntur plures liturae, et inconclusae periodi ; caret data diei et anni in quo fuit confectum, desideratur testatoris subscriptio ; hinc nullimode spectari valet ceu absoluta et declarata voluntas Rmi Larrain priori solemni testamento an. 1891 derogantis. ¡Idque eo fortius tenendum, quia Rmus Larrain utriusque iuris peritus probe sciebat huic testamento a se solemniter rogato vim auferri non posse nisi per eius revocationem, seu contrariam solemnem dispositionem : profecto id non defuit tempus et occasio id faciendi, cum tempore suae infirmitatis habuerit pluries apud se executorem testamentarium Campino. Si itaque mense Ianuario an. 1897, quo iuxta Tagle informis testamenti minuta est redacta iisque ad mensem Octobrem eiusdem anni quo Rmus Larrain est defunctus, numquam

suam novam voluntatem declaravit, profecto retineri debet ipsum voluisse subsistentiam prioris testamenti.

Quin aliquid relevet quod sacerdos Tagle opponit, nempe quod duobus testamentis extantibus, uno solemnitate civili confecto et altero absque legis forma, sed ad pias causas, hoc postremum valere seu praeferri debeat ob causae piae privilegium. Reponit enim Rector hoc in themate invocari non posse, cum unum tantum existat testamentum, et nova praetensa dispositio non excedit limites simplicis propositi noviter testandi. Ad rem allegat decisionem S. Congregat. Concilii in una *Bergomen. Testamenti diei 27 Aprilis 1895.* Agebatur in hac causa de voluntate cuiusdam testatoris expressa in testamento addicendi quamdam domum pro habitatione Vice-parochi inserviendam favore beneficii paroecialis : fabrica ecclesiae beneficii paroecialis sibi dictam domum relictam esse autumabat, eo quia testamentarii testes deponebant, testatorem habuisse voluntatem eam. legandi fabricae ecclesiae. Attamen quaestio dirempta est favore beneficii paroecialis.

Tandem Seminarii Rector animadvertit, quod sacerdos Tagle incongrue invocat in sui favorem principium - *In dubio melior est conditio possidenti^-.* Ius nam Seminarii est certum, et dato at non concesso quod esset dubium, tamen possessio non pro Congregatione Oratorii, sed pro Seminario staret. Revera possessio cum *Rein ff est nel Ius Can. I. 2> tit. 12* definitur *rei corporalis detentio corporis et animi et iuris adminiculo concurrente-,* et iuxta Codicem civilem Chilenum art. 700 possessio est detentio determinatae rei animo domini. Iam vero, prosequitur Seminarii Rector, hanc possessionem relate ad immobilia seu domos legatas in praetenso testamento an. 1897 numquam obtinuit sacerdos Tagle aut Congregatio Oratorii neque ante neque post decessum Rmi Archiepiscopi Larrain : non ante decessum quia verus domorum possessor erat ipse Rmus Larrain uti earum dominus, et sacerdos Tagle simplex usufructuarius cum nullus titulus dominii translativus praecesserit. Non post Praesu-

lis mortem, quia iuxta Chileni Codicis art. 722 et 956 possessio haereditatis post testatoris obitum illico ad vocatum haeredem transit : et in themate legitimus haeres erat Seminarium, et quoniam iuxta praefati Cod. art. 717 successor unire valet possessionem sui antecessoras, hinc a pluribus annis seminarium spectari potest ceu possessor bonorum Rmi Larrain. His aliisque deductis minoris momenti, quae heic brevitatis gratia omittuntur, Seminarii Rector concludit petitionem Sacerdotis Tagle omnino esse respuendam.

FAVORE CONGREGATIONIS ORATORII S. PHILIPPI NERII : SEU SECUNDUM TESTAMENTUM AN. 1897 VIDETUR FIRMUM ESSE DEBERE. Ex altera vero parte Sacerdos Tagle ad suam intentionem probandam sequentia iura profert. Praemisso quod legatum favore Congregationis sui Oratorii est legatum ad piam causam, ultro concedit quod si testamentum Rmi Larrain an. 1897 diiudicetur ad tramites civilis iuris consistere non valet quoad effectus civiles; sed longe aliter diiudicandum esse censet quoad obligationem in foro conscientiae. Notum siquidem est, quod dispositiones ad pias causas regulari debent non iuxta leges saeculi, sed iuxta leges ecclesiae, cui sunt obnoxiae. Iam vero neminem latere potest etiam qui summis labiis ius canonicum degustaverit quod legata ad pias causas sunt privilegiata et quod in his pro inducenda obligatione in haerede sat est ut de pia voluntate defuncti constet. Citat *De Angelis, Praelectiones iter. can. lib. 3, tit. 26, art. 3,* et signanter Reinffestuel qui in relato tit. ex professo evolvens materiam in n. .167 ponit quaestionem quae proprie casum praesentem attingit, nempe quid censeri debeat *quando quis sine testibus testari volens inciperet voluntatem suam ultimam manu propria scribere, sed ante absolutam testamentum e vivis decederci.* Cui quaestioni in num. 171 incunctanter respondet : *valet dispositio saltem quantum ad, causano piam, licet in foro externo non valeat ad causam profanam.* Quin aliquid relevet quod in themate prius testamentum ad pias causas erat solemne,

et posterius non solemne, seu sine forma legis : reponit enim Sacerdos Tagle cum S. *higovio lib. III, tract.* F, *n. 922* quod posterius est praeferendum cum hoc tantum extremam voluntatem defuncti referat. Nemo autem inficias ibit quod postremum Testamentum an. 1897 dici debeat dispositio ad pias causas. In eo enim testator legat sua bona partim Seminario et Catholicae Universitati et partim Congregationi Filiarum a S. Iosepho et Congregationi Oratorii.

Quin imo ex pluribus testibus fide dignis constat Reverendissimum Larrain animum habuisse suam ultimam voluntatem redigendi etiam iuxta legis civilis praescriptum, nisi repentina morte fuisset praeventus. Ipse suum testamentum secum tulerat ad S. Rernardi civitatem quam petierat pro sanitate recuperanda, et suam mentem temperandi nempe testamentum an. 1891 iuxta suum scriptum an. 1897 tum tribus medicis curantibus tum personis in morbo assistentibus aperuerat; at id perficere non valuit, ob inopinatum obitum. Ex his itaque circumstantiis deducit sacerdos Tagle extremam Rmi Larrain voluntatem satis superque innotescere qui si parere non potuit legibus civilibus circa testamenta, hoc nihil refert in casu, cum in facie Ecclesiae huiusmodi testamenta valeant etiam absque civili forma.

Hucusque exposita maius robur, iuxta sacerdotem Tagle, nancisci videntur, si expendatur, quod fortes et graves ratione cogebant Rmum Larrain ad reformandum testamentum an. 1891. Ex una parte plures ipse proprietates acquisiverat, de quibus in praefato testamento disponere non potuerat, uti duas domos in via *Alameda de las Delicias* an. 1892 et 1896, postea relictas in testamento an. 1897 Universitati Catholicae a se fundatae : item aliam domum an. 1895 emptam, cuius ususfructum suo fratri Ladislao et proprietatem Congregationi Filiarum S. Iosephi legavit. Ex altera vero parte post an. 1898 Rmi Larrain opera et cura duo nova Pia Instituta surrexerant, nempe Congregatio Oratorii a S. Philippo Nerio et Congregatio filiarum a S. Iosepho : aliunde destiterat finis legati duorum domorum facti

favore Seminarii testamento an. 1891 nempe ad alendum ex earum reditibus parvum Collegium Mercantile catholicum, quod ex defectu alumnorum postea claudi debuit : harum domorum ususfructus et usus, iam ipso Rmo Larrain vivente, Congregationi Oratorii addictus fuit. Hinc valde consentaneum erat pietati et caritati Auctoris novorum Institutorum, ut post suam mortem eorum subsistentiae consideret, ut reapse providit per testamentarias dispositiones an. 1897. Idque sacerdos Tagle eo fortius putat retinendum, quia usus duarum domorum cessio facta Congregationi Oratorii pius benefactor voluit ut post mortem suam prorogaretur vel ad biennium vel ad triennium, secundum quod Institutum tempore sui obitus erat squalens vel florens, ad experiendum utrum decursu temporis huiusmodi Congregatio solidari valeret: et in casu negativo voluit proprietatem et usum coalescere in Congregatione Filiarum S. Iosephi.

Tandem sacerdos Tagle contendit duos casus apprime distinguendos esse iuxta ultimam dispositionem testamenti an. 1897 Rmi Larrain. Primus casus a testatore positus est, quando tempore ipsius obitus sacerdos Tagle non fungeretur munere Praepositi in Congregatione : tunc iudicium circa observantiam Constitutionum in Congregatione, spem eius in posterum consolidationis et erectionem canonicam remittitur Archiepiscopo S. Iacobi de Chile et executori testamentario Campino, praeterquam quod ad consequendum legatum exigitur ut Congregatio coalescat sex personis, quarum tres debeant esse sacerdotes. Alter casus est quando in decessu testatoris sacerdos Tagle adhuc extat Praepositus Congregationis ; in hoc casu testator requirit tantum Constitutionum observantiam nemini circa hoc iudicio remisso, et quod communitas saltem quinque individuis constet, ipso Praeposito incluso. Cedo testatoris verba. « *Itaque si tempore mortis meae adhuc occupabit domum* N. *32 sacerdos Tagle fundator huius operis* (Congregationis Oratorii) *cum communitate saltem 5 personarum, ipso Praeposito*

incluso, quae Oratorii Constitutiones observet, perget frui domo et usu fructu, Conventilli ». Hisce relatis sacerdos Tagle urget, rem facti esse quod tempore obitus Rmi Larrain ipse pergebat inhabitare indicatam domum cum Congregatione seu Communitate Oratorii sex personis constante, quarum tres erant novitii et duo laici, et ipse munus Praepositi explens: item ipse urget Constitutiones Oratorii in sua Communitate observatus esse et observari, super hoc petens ut interrogentur personae fide dignae, quas ipse pro -certo habet aliter deponere, ac retulit Ordinarius in suis Uteris informati vis ad S. Congregationem Episcoporum et Regul. Quo statuto instat se restitui cum sua Communitate in possessionem duarum domorum, a qua iniuste fuit deiectus per sententiam tribunalis civilis editam ad instantiam ipsius Ordinarii, idque ad experiendum ad tramites testamenti an. 1897 Rmi Larrain utrum Congregatio Oratorii intra lapsum 30 annorum canonice erigi et solidari valeat.

His iuribus pro utraque parte, breviori quo fieri potuit modo, relatis, propositum fuit dirimendum sequens

Dubium

An non obstante scripto quod reliquit Rmus Archiepiscopus Larrain, censendum sit validum huius testamentum diei 23 Decembris 1891 m casu.

RESOLUTIO. S. C. Episcoporum et Regularium in generali conventu diei 16 Martii 1900, rationibus hinc inde deductis sedulo pensatis, et reformato dubio ut sequitur: *An censeri debeat validum testamentum Rmi Archiepiscopi Larrain' diei 23 Decembris 1900 non obstantibus aliis eiusdem scriptis et deductionibus sacerdotis Michaelis Tagle in casu: respondit Affirmative.*

EX SECRETARIA BREVIUM

CONFRATERNITAS quotidianae et universalis adorationis, rite Taurini erecta, indulgentiis honestatur.

LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Cum, sicuti accepimus, pia Christifidelium Confraternitas sub titulo « *Adorationis quotidianae universae Augustissimi Sacramenti* » in civitate Taurinensi canonice erecta sit, cuius sodales SSmo Eucharistiae Sacramento sive quotidie publicis in Ecclesiis adorando, sive in Viaticum morientibus allato qua par est dignitate comitando, iniurias Illi factas sarcire sibi potissimum proponant, Nos quo Sodalitas huiusmodi maiora in dies incrementa suscipiat, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, omnibus et singulis eius sodalibus qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti quamlibet Ecclesiam, ubi pium supradictum opus institutum fuerit, quatuor anni diebus ab Ordinario semel tantum designandis, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi quotannis devote visitaverint, ibique pro-Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea iisdem sodalibus corde saltem contritis, qui Sacramentum augustum quacumque in Ecclesia devote pariter visitaverint atque ibi, ut supra dictum est, oraverint, tercentos dies ¡de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse auctoritate Nostra Apostolica largimur. Praesentibus ad septennium tantum valituris.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die I Maii MDCCCXCIII, Pontificatus Nostri anno sexto decimo^

S. CARD. VANNUTELLI, *Praef.*

CONFRATERNITAS eadem erigitur in primariam, aliisque dotatur indulgentiis

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, pias fidelium sodalitates ad opera pietatis et •caritatis exercenda institutas privilegiis et honoribus singularibus ornare et ditare solemus. Iamvero cum dilecti filii Curatores et sodales *Piae Unionis universalis Adorationis quotidianae perpetuae* SS. Sacramenti Augustae Taurinorum canonice erectae, ad Nos preces admoverint ut eamdem Primariae titulo privilegiisque augere de Apostolica benignitate velimus, Nos id rati in frugiferae illius Unionis incrementum et bonum cessurum, eorum votis libenti animo annuendum censuimus. Quare omnes et singulos, quibus hae Literae Nostrae favent, peculiari benevolentia complectentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac poenis si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, Auctoritate Nostra Apostolica, praesentium vi, memoratam piam Unionem in *Primariam* cum solitis privilegiis et honoribus in perpetuum erigimus atque instituimus. Archisodalitatis autem sic erectae Officialibus et Sodalibus praesentibus ac futuris, ut ipsi alias quascumque Uniones et Sodalitates eiusdem nominis atque instituti, intra fines Italiae dumtaxat existentes, servatis tamen forma Constitutionis Clementis PP. VIII decessoris Nostri, aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi piae Unioni, sic in Primariam erectae, ab Apostolica Sede concessas, et aliis communicabiles, communicare licite possint et valeant, eadem Auctoritate Nostra, harum Literarum vi, in perpetuum item concedimus et indulgemus. Decernentes praesentes Literas firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat et in futurum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, et alios quoslibet quacumque praeeminentia ac potestate fungentes et functuros iudicari ac definiri debere, atque irritum et inane si secus

super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit, praedictae piae Unionis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI Augusti MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri anno decimo» septimo.

C. CARD. DE RUGGIERO

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

Il Direttore della Pia Associazione dell'Adorazione quotidiana Universale di Gesù Sacramentato, eretta canonicamente in Torino, prostrato al bacio del Sacro Piede, allo scopo di promuovere più efficacemente la pia pratica della visita quotidiana al SS. Sacramento, supplica la S. V. di volersi degnare di concedere in perpetuo alla Pia Associazione le seguenti indulgenze, oltre quelle che già le furono accordate fin dal suo esordire, cioè :

I. L'indulgenza plenaria: 1. Nel giorno dell'iscrizione al Pio Sodalizio, purché i fedeli che vi si ascriveranno, veramente pentiti, confessati e comunicati visitino una qualche chiesa o pubblico oratorio ed ivi preghino per qualche spazio di tempo- secondo le intenzioni della S. V.; 2. nel punto della morte per gli ascritti che come sopra disposti, o almeno contriti invocheranno col cuore, non potendo con la bocca, il SS. Nome di Gesù.

II. L'Indulgenza parziale di 7 anni ed altrettante quarantene per ogni visita che i soci faranno al SS. Sacramento fra il mezzogiorno e le 4 pomeridiane, nelle quali ore ordinariamente scarseggiano gli adoratori.

Supplica infine affinchè la S. V. si degni di confermare in perpetuo le altre indulgenze, sia plenarie, sia parziali, concesse già alla Pia Associazione con Breve del 1 maggio 1893.

Che della grazia..,

& Congregatio Indr/lgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a SSmo D. N. Leone PP. XIII sibi specialiter tributis, benigne annuit pro gratia, in omnibus iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 18 Augusti 1896.

A. CARD. STEINHUBER *Praef.*

EX AEDIBUS VATICANIS

LITTERAE circulares Emi. Secretarii ad Archiepiscopos Italiae, ut emigrantium spiritualibus necessitatibus consulatur.

Illmo e Rmo Signore,

È noto come l'emigrazione temporanea degli operai italiani per tutta Europa e principalmente nella Svizzera, Francia, Austria e Germania, sia in questi ultimi anni di molto cresciuta.

Sono purtroppo egualmente noti i pericoli d'ogni sorta, a cui si trovano esposti gli emigranti, che, lungi dalla famiglia e dalle native parrocchie; dispersi in paese straniero; commisti ad altri operai, indifferenti, scettici, miscredenti e corrotti; senza un luogo sacro che li raduni, senza sacramenti e sacerdoti, e senza una parola amica, nuovi ai pericoli e sedotti da un'astuta ed attivissima propaganda protestante e socialista, dimenticano ben presto quella poca istruzione religiosa, che possono aver ricevuta, abbandonano le pie pratiche, e finiscono in un desolante indifferentismo ed eziandio colla perdita totale della fede e della moralità. Indi, tornati in patria, non di rado fanno pompa di irreligione e di miscredenza, e, quel che è peggio, diventano alla loro volta propagatori di massime empie e sovversive.

Questa tristissima condizione di cose non isfuggì alla sollecita vigilanza del S. Padre; il Quale, a più. riprese, richiamò su di essa l'attenzione di alcuni fra i Vescovi dall'Alta Italia, dove l'emigrazione temporanea suole essere più numerosa ; e dopo aver loro additato i gravi rischi che corrono gli emigranti italiani, specialmente nella Svizzera, li esortava ad occuparsene

seriamente, indicando all'uopo anche i mezzi opportuni; quali, per esempio, l'invio di Missionarii, la raccolta di sussidii mediante apposite collette, e la organizzazione di un'opera destinata a soccorrere i Missionarii. Notevolissima è la circolare diretta il 18 maggio dello scorso anno 1899 agli Arcivescovi di Milano, Torino e Vercelli/colla quale si raccomandava inoltre di far si che gli emigranti ricevessero in patria una più soda istruzione e formazione religiosa, che valesse a sostenerli e premunirli in mezzo alle seduzioni a cui sono esposte la loro fede e la loro pratica della religione nei paesi stranieri.

Più volte, anzi, l'Augusto Pontefice si degnò d'occuparsene personalmente, sia coi Vescovi Svizzeri, alle cui diocesi si dirigono gli operai italiani, sia anche coi semplici Missionarii, che non mancò di encomiare, incoraggiare e sovvenire altresì con aiuti materiali.

Siffatte amorevoli premure di Sua Santità non rimasero certamente senza effetto. Parecchi Vescovi, infatti, ossequenti ai desiderii del Santo Padre, si affrettarono di mandare all'estero, e particolarmente nella Svizzera, alcuni zelanti Sacerdoti, colf incarico di assistere spiritualmente, moralmente ed anche materialmente, i numerosi emigranti italiani. Alcuni ecclesiastici italiani e forestieri, di loro spontanea volontà e per privata iniziativa, con lodevole zelo si consacrarono chi stabilmente e chi periodicamente per qualche mese dell'anno, durante cioè il tempo dei lavori e della presenza degli Italiani all'estero, alla stessa santa impresa, portandosi nei centri dell'emigrazione per amministrare agli operai colà radunati la parola di Dio ed i Santi Sacramenti. A qualcuno riuscì pure di fondare, fra gli stessi operai italiani, società ed istituzioni cattoliche, allo scopo di aprire cappelle e scuole, di provvedere al loro miglioramento economico e di impedire i matrimonii misti. Non mancò eziandio di stabilirsi nell'Alta Italia qualche Comitato di anime generose e benefiche, diretto a procurare i mezzi necessarii per sostenere l'Opera dell'assistenza degli emigranti e darle una forma stabile ed un maggiore sviluppo. Si costituirono inoltre recentemente Consorzi! di parrochi, nell' intento di portare aiuto ai proprii parrocchiani emigranti in Isvizzera ; sia col procurare che prima della loro partenza ricevano i Santi Sacramenti, sia col distribuir loro oggetti religiosi, giornali, libri di pietà, opuscoli di sana ed amena lettura; sia col provvedere che fuori

d' Italia non restino isolati, ma stiano uniti in gruppi presieduti da un capo, il quale debba far noto al proprio parroco il luogo dove abbiano trovato lavoro, il nome e domicilio del sacerdote cattolico più vicino, affinchè la presidenza del Consorzio stesso possa mettersi in relazione con lui ; sia colPobbligarsi a visitare in alcuni mesi dell' anno gli emigranti ed a tener loro opportune istruzioni catechistiche e confortarli coi Sacramenti ; sia infine col fare, nelle loro rispettive parrocchie, apposite collette a favore della santa loro Opera.

Crescendo però ogni giorno più i gravi pericoli in cui si trovano i poveri emigranti italiani, Sua Santità a Cui nulla sta più a cuore che la salute delle anime ed il benessere morale e materiale di tanti suoi figli, per molti titoli a lui particolarmente cari, desidera veramente che, in proporzione dei detti pericoli, si moltiplichino altresì da parte dei buoni, i mezzi di preservazione, di assistenza e di protezione.

Quindi è che il Sommo Pontefice, mentre altamente si compiace di quanto fu sin qui lodevolmente operato in prò degli emigranti stessi, compreso tuttavia dell'urgente necessità di nuovi e pronti provvedimenti, atti a rendere anche più efficace il concorso di tante buone volontà, che si sono finora manifestate in favore di uno scopo sì santo, e ad ottenere altre cooperazioni, mi ha ordinato di scrivere a tutti i Rmi Metropolitani d'Italia, perchè dove si verifichi siffatta emigrazione, d'accordo coi Vescovi comprovinciali, propongano quelle misure che crederanno più opportune e vantaggiose. È altresì volere di Sua Santità, che i Rmi Metropolitani abbiano a riferire alla Santa Sede quei provvedimenti, che nelle provincie si fossero già adottati a prò di sì bella Opera di zelo e di carità.

Nel comunicare a V. S. Illma e Rma, per ciò che La riguarda, i suesposti desiderii di Sua Santità, mi è grato confermarmi coi sensi di ben distinta stima

Della S. V. Illma e Rma

Roma, 19 giugno 1900

Servitore

M. CARD. RAMPOLLA

EX S. C. SUPER DISCIPLINA REGULARI

DUBIUM : an Religiosi saecularizati valeant;' excipere atque retinere beneficia ecclesiastica.

Episcopus N. litteris diei 14 Ianuarii 1899 *tria dubia* proposuit S. Congregationi super Disciplina Regulari.

1. An Religiosi perpetuo Saecularizati « *simpliei Rescripto Saecularizationis perpetuae » auctoritatem habeant accipiendi, ac retinendi Beneficia Ecclesiastica,* sive Residentialia, vel etiam cum animarum Cura *sine Apostolicae Sedis habilitalione ?*

2. An *institutiones* Parochorum, et Canonicorum, ex-Religiosis tantum *Saecularizatis perpetuo,* neque ad Beneficia habilitatis sint *invcdidae,* quamvis *bona fide peractae ?*

3. An demum valeant ipsi in possessione Beneficiorum manere veluti *legitimi possessores ?*

Et S. Congregatio hisce mature perpensis die 31 Ianuarii 1899 reposuit.

Ad, primum — Negative.

Ad secundum — Investituras, de quibus in casu, esse *nullas in radice.*

Ad tertium — Negative, et recurrant *ad S. Sedem pro sanatione, revalidatione, habilitatione, et facultate.*

DUBIUM : an Religiosus saecularizatio, rite ad paroeciam promotus suos facere valeat redditus beneficii.

Episcopus N. suis litteris 3 Februarii 1899, ad S. Congregationem dubium proposuit:

« Utrum Parochus M., perpetuo Saecularizatio, et *legitime » in Curam animarum institutus,* posset facere suos fructus » Beneficii Parochialis ; *et* in quamnam *rationem ?* »

Cui S. Ordo, die 21 Febr. 1899, reposuit :

Affirmative *ad primam partem,* — ad 2[am] *Pro sui congrua sustentatione tantum.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DECLARATIO quoad indulgentias concessas Basilicae Lauretanae Anno Sancto currente.

Ad preces Episcopi Lauretani, S. Poenitentiaria die 20 mensis decembris 1899, accepta potestate a S. D. N. Leone XIII, indulsit ut indulgentiae, quibus Basilica Lauretana ditata est, firmae remanerent ad formam concessionis datae die 23 mensis Iulii anni 1824.

Forma autem concessionis istius pro iubilaeo anni 1825 haec est: « Concedimus ut omnes Indulgentiae, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, visitantibus Almam Domum Lauretanam, a quibusque Romanis Pontificibus ac ab Apostolica Sede quomodocumque concessae, anno iubilaei durante, valeant suumque sortiantur effectum, ac ipsis christifidelibus suffragentur in omnibus ac per omnia, perinde ac si suspensio (Indulgentiarum) a nobis specialiter vel generaliter non emanasset ».

DECLARATIO: respondetur non suspendi, durante anno sancto, indulgentias et facultates Locorum Terrae Sanctae.

Reverendissimo Padre,

La S. V. R.ma con ufficio del suo Procuratore Generale in data 14 Febbraio scorso riferiva a questa S. Congregazione di Propaganda alcuni dubbi proposti dal Padre Custode di Terra Santa circa la sospensione delle Indulgenze e delle facoltà durante l'anno del Giubileo. Ora la S. Penitenzieria, cui furono deferiti i suddetti dubbi, ha risposto come appresso.

« QUOAD 1^{m}. — Stante Bulla Pii IV. *Divina disponente desmentía* diei 17 Iulii 1561, Indulgentias Terrae Sanctae ibi-
« dem concessas, hoc anno quoque Iubilaei ratas flrmasque ma-
« nere.

« QUOAD 2^{m}. — De speciali et expressa Apostolica aucto-
« ritate benigne indulget ut facultates a Sacra Poenitentiaria
« Confessariis concessae, firmae et ratae hoc anno maneant fa-
« vore omnium peregrinorum in Locis Sanctis ».

Il sottoscritto Segretario di Propaganda, mentre si dà premura di comunicare a V. P. R.ma tale risposta della S. Penitenzieria affinchè voglia compiacersi significarla al R.mo P. Custode di Terra Santa, approfitta di quest'incontro per raffermarsi ossequiosamente

Roma 2 Aprile 1900.

Dev.mo Servo
LUIGI VECCIA, *Segretario.*

EX AEDIBUS VICARIATUS ROMAE

DECLARATIO: eximuntur ab onere chori Beneficiati Romae, qui incumbunt sacramentalibus confessionibus peregrinorum.

Ex audientia SS.mi, die 3 Augusti 1900.

Il Santo Padre accogliendo benignamente una istanza, presentatagli a nome del R.mo Direttore del *Comitato per l'assistenza spirituale dei pellegrinaggi,* si è degnato dispensare dall'officiatura corale, *pro diebus et horis,* quei Canonici o Beneficiati delle Chiese di Roma i quali, approvati pel ministero della Confessione, sotto la guida del predetto Direttore si prestano ad ascoltare le confessioni dei pellegrini durante l'Anno Santo, in qualsiasi Chiesa di questa dominante. — S. Card. VANNUTELLI.

Assecondando le intenzioni avute dal S. Padre neh'accordare tale indulto, esortiamo tutti i zelanti sacerdoti, non impediti da altre necessarie occupazioni, a volere unirsi a quei generosi che si affaticano a che l'Anno Santo produca ubertosi frutti di virtù nei pellegrini, i quali, forse più numerosi che per i mesi decorsi, si recheranno fra noi a lucrare il Giubileo.

Roma, dal Vicariato, 28 Agosto 1900.

P. Card. RESPIGHI *Vicario*
PIETRO Can. CHECCHI, *Segretario.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM: an apud exteras legationes celebrari possint matrimonia sicut celebrantur in regnis ab eisdem legationibus repraesentatis.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, humiliter exponit quae sequuntur :

Berta, femina catholica, matrimonium inivit in Italia in domicilio Legationis Nationis Anglicae cum quodam homine ipsius nationis et iuxta ritum et formam religionis seu sectae protestantium.

Haec femina domicilium in hac dioecesi viginti abhinc annis constituit et semper ut vidua se exhibuit, quin tamen documenta fidedigna assequi potuerit, quae coniugis mortem confirment.

Nunc vero catholicum inire coniugium desiderat, et a concubinatu, in quo miserrime vivit emergere ; et cum viduitatis statum probare nequeat, quia iuxta praesumptiones coniux suus in civitate Londini diem supremum obiit, et nemo adsit qui super hoc testimonium dare queat, instantissime petit ut soluta ipsa habeatur, eo quod matrimonium, de quo supra, inierit in loco ubi Tridentinum fuit publicatum, et Sancta Sedes irrita declaravit matrimonia haereticorum vel mixta, ideoque ut nullum debeat considerari.

Sed cum dubium oriatur super hac nullitate, ex eo quod matrimonium celebratum fuit in ipso domicilio Legati Anglici in Italia et assistente ministro acatholico ipsi legationi addicto, ideo enixe S. V. rogo ut sequens dubium diluere non dedignetur:

Utrum matrimonium supra relatum debeat ut irritum haberi, ita ut femina, de qua agitur, ad alias nuptias confugere valeat, etiamsi non constet de obitu prioris coniugis.

Et Deus etc.

Feria IV, die 1 Augusti 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, proposito supradicto dubio, praehabitoque RR. DD. Con-

su!torum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Affirmative.

Sequenti vero feria VI, die **3** eiusdem mensis et anni in consueta audientia SS. D. N. Leonis Pp. XIII a R. P. D. Assessore S. O. habita, SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobare dignatus fuit.

I. Can. MANCINI *S. B. et U. L Notarius*

INSTRUCTIO pro Episcopis Graeco-unitis exhibita, ceu responsum dubiis sequentibus:

I. Num licite vocari possit a catholicis catechista schismaticus pro instructione religiosa schismatica alumnorum suae sectae.

II. Num vocari possit catechista schismaticus, facta ei obligatione tradendi tantum catholicorum et schismaticorum communia, relictis propriis.

III. Num scholae mixtae catholicorum, urgente necessitate, uti possint opera magistrorum acatholicorum pro linguis, scientiis naturalibus, mathematicis tradendis.

IV. Num, urgente necessitate, possint acatholicorum libri ad hiberi.

Illme ac Bme Domine,

In generali conventu Supremae huius Congregationis S. Officii, habito fer. IV die 20 Iunii p. p., delata ad Eminentissimorum DD. Cardinalium una mecum Inquisì torum Generalium iudicium quaestione de Scholis in ista regione, quam ab aliquot annis sub iudice esse Amplitudinem Tuam minime latet; laudati Emi Patres, ne in re tanti momenti, uti est recta iuventutis institutio, dubiis aut anxietatibus ullus supersit locus, omnibus, quo decebat studio ac maturitate, discussis, has Tibi normas proponendas mandarunt.

Cum, scilicet, ob peculiares loci circumstantias, impediri non expediat alumnorum quoque schismaticorum ad scholas catholicas concursum ; id eatenus tolerari posse memineris, quatenus ex huiusmodi promiscuitate et consortio nec schola desinat esse catholica, nec naturalis divinaeve legis iura pessum-

dari, aut catholicorum alumnorum mores ac maxime ñdem periclitan ullimode contingat.

Quare, in primis, nullo pacto sinendum erit ut pro religiosa alumnorum schismaticorum institutione catechista schismaticus a catholicis scholarum moderatoribus deputetur, quamvis forte id sub tacita vel etiam expressa conditione fiat ut catechista schismaticus (quod multo minus a catechista catholico exigi posset) ea tantum tradat quae catholicae et schismaticae doctrinae sunt communia. Ne autem exinde schismaticorum querimoniis ansa praebeatur, poterunt catholici moderatores hac super re passive se habere, tolerare nimirum ut alumni schismatici, a catechistis schismaticis, propriis eorum expensis atque in loco, quantum fieri poterit, a scholis catholicis separato, instruantur; vel ut una cum catholicis doctrinam catholicam doceantur.

Pariter permitti non potest, propter manifestum periculum, cui catholici adolescentes exponerentur, ut metaphysices vel ethices aliaeve his similes scientiae aut disciplinae a magistris non catholicis tradantur. « Auctoritas quippe praeceptorum quae maxime in adolescentium animis valet (ut iam alias haec eadem Suprema Congregatio adnotabat), ad ea omnia approbanda quae in iis vident ex iisve audiunt, naturali quadam vi, eos rapit; quo fit ut illorum erga religionem indifferentia, errores ipsi haereticales, catholicaeque religionis contemptus, venenato quodam halitu, tenella pectora inficiat, extinctoque calore omni pietatis, penitus corrumpat ».

E contra, ad idiomata vel scientias naturales aut mathematicas aliasve quae materiam a religione omnino distinctam habent, tradendas, acatholicos praeceptores sub catholicorum moderatorum vigilantia, adhibere per se illicitum non est; siquidem igitur ob peculiares loci circumstantias vera id necessitas exigat, tolerari poterit ut adhibitis debitis cautionibus ad omnia pericula a catholicis adolescentibus propulsanda, eorum opera uti valeas.

Quod, demum, spectat ad libros, de re scilicet profana ab acatholicis conscriptos, urgente necessitate, iis uti per se non est prohibitum; dummodo tamen nullum contineant errorem vel, si continebant, emendati fuerint.

Hisce prae oculis habitis, sperat S. Congregatio futurum ut iuxta peculiares istorum locorum necessitates, salvo naturali

divinoque iure, omnia haud difficulter componere possis. Quod si quod aliud adhuc dubium obveniat, iterum recurrere ne graveris.

Interim fausta quaeque ac felicia Amplitudini Tuae precor a Domino.

Datum Romae, die 28 Augusti 1900.

LUCIDUS M. Card. PAROCCHI.

DUBIUM quoad Ordinationem, in qua omissa fuit prima et secunda manuum impositio, cui factum est satis post communionem.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone quanto segue:

Nella Ordinazione del 9 Giugno 1900, in cui Tizio fu promosso al Sacerdozio, fu omessa dal Vescovo ordinante e dai sacerdoti assistenti così la prima come la seconda imposizione delle mani, benché si fosse recitata l'orazione *Oremus, fratres carissimi etc.* — Quando poi si giunse al *Communicantes* del Canone della Messa, il Cerimoniere avvertì la omissione, ed il Vescovo, avvisatone, credette opportuno differire le accennate imposizioni a dopo la Comunione. Allora, e precisamente prima delle parole del Pontificale *Iam non dicam vos servos etc.* furono supplite tanto dal Vescovo ordinante quanto dai Sacerdoti assistenti amendue le imposizioni delle mani, ripetendosi nel tempo stesso tutta e solamente l'orazione *Oremus, fratres carissimi etc.* Dopo ciò si riprese il rito alle parole *Tarn non dicam vos servos* fino al termine.

L'Oratore perciò umilmente chiede se sia valida tale ordinazione; e nel caso negativo che cosa debba farsi per rimanere tranquilli.

Feria IV, die 22 Augusti 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, ab EE.mis et RR.mis DD. Cardinalibus Inquisitoribus habita, expositis praedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Ordinationem esse iterandam ex integro sub conditione ei secreto, quocumque die, facto verbo cum SS.mo, at suppleat

de thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis celebratis ut in casu.

Sequenti vero feria VI, die 24 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS.mi D.ni N.ri Leoni Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Adsessore habita, SS.mus resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit, ac gratiam benigne concessit.

I. Can. MANCINI *S. B. et U. Inquisii. Notarius.*

DUBIUM; utrum concessiones indultas Episcopo, intelligi debeant factas Ordinario fuisse.

Beatissimo Padre,

Il Vicario Generale di N., prostrato ai piedi della S, V., umilmente espone quanto appresso:

Con decreto del dì 23 Aprile 1898 il S. Officio dichiarò che d'ora in poi tutte le facoltà abituali della S. Sede debbano dirigersi agli Ordinarii dei luoghi; e per Ordinarii vogliono intendersi i Vescovi, gli Amministratori, i Vicarii generali e capitolari ecc. Con altro decreto poi del 23 Giugno 1898 lo stesso S. Officio concesse che anche le facoltà, date ai Vescovi antecedentemente al citato decreto del 20 Aprile 1898, si debbano intendere nel senso di quel decreto.

Or si chiede di sapere se posteriormente al prefato decreto del 20 Aprile 1898 le facoltà concedute non all'Ordinario, ma nominatamente al Vescovo, debbano pure intendersi nel senso del detto decreto.

Che ecc.

Feria IV, die o Septembris 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EE.mis et RR.mis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, exposito praedicto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Affirmative.

Sequenti vero feria VI, die 7 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Assessore habita, SS.mus resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notantes.*

DUBIUM: utrum poenitens, qui nequeat amplius accedere ad confessarium, absolvi possit a reservatis ipsi Papae.

Beatissime Pater,

Relate ad censurarum absolutionem Summo Pontifici reservatarum, S. C. R. et U. Inquisitionis, die 9 Novembris 1898 sequentia decrevit: — « Quando neque confessarius neque poe« nitens epistolam ad S. Poenitentiariam mittere possunt, et du« rum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu li« ceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus S. Sedi « reservatis absque onere mittendi epistolam ».

His statutis, Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus, humiliter expostulat: An, ut onus epistolam mittendi cesset, scribendi impedimentum adstringere debeat confessarium simul et poenitentem; vel sufficiat, sicuti aliqui interpretati sunt, quod poenitens scribendi impar, eidem confessario a quo vi decreti 1886 et 1897 absolutus fuerit, se praesentare nequeat, et ipsi durum sit alium confessarium adire; licet confessarius absolvens, pro poenitente, epistolam ad S. Sedem mittere posset.

Quod et Deus etc.

Feria IV, die 5 Septembris 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EE.mis et RR.mis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, exposito praedicto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Sequenti vero feria IV, die 7 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS.mi D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Adsessore habita, SS.mus resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. *R. et U. Inquisit. Notarius.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI.

DUBIA proposita a redactore calendarii pro ordine Minorum ad Terrae Sanctae custodiam pertinentium.

R. P. Fabianus a Salzeno, redactor Kalendarii ad usum Fratrum Ordinis Minorum ad Franciscalem Terrae Sanctae Custodiam pertinentium, annuente hodierno ipsius Terrae Sanctae Custode, sequentia dubia pro opportuna declaratione, Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit, nimirum :

I. Utrum Hierosolymis et proximioribus locis, ubi Basilica Cathedralis Sancti Sepulchri minime consecrata, Officium dumtaxat Titularis apud utrumque clerum obtinet, recoli debeat sub ritu Regularibus competente, seu duplici primae classis absque Octava, Festum SS. Nominis Iesu, in cuius honorem Ecclesia Concathedralis Hierosolymitana manet erecta, et cuius dedicatio singulis annis celebratur ab iisdem Regularibus sub ritu duplici secundae classis?

II. Et in casu affirmativo ad I, quaeritur: utrum festum Titulare praefatae ecclesiae concathedralis sub ritu duplici 1ae classis absque octava recoli debeat *die 14 mensis Februarii* a Fratribus Minoribus supradictae custodiae et ad enunciatum clerum regularem spectantibus, uti apud Ordinem seraphicum universum fit, vel *Dominica II post Epiph.* ad conformitatem cum clero saeculari habendam ?

III. Utrum in tota Aegypti regione Festum S. Marci Evangelistae, qui ex decretis S. R. C. 16 Martii 1729 et 11 Octobris 1743 recolitur uti *totius Aegypti patronus* sub ritu duplici primae classis cum octava adhuc a Minoritis ibi degentibus, hodie taliter agendum sit, etiamsi utriusque decreti observantia luctuosis temporum adiunctis aliisque de causis iamdiu fuerit intermissa?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, atque audito voto Commissionis Liturgicae, propositis dubiis rite expensis respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative* iuxta alias decreta.

Ad II. Festum Triumphi Sanctissimi Nominis Iesu fiat die

14 Ianuarii, et idem festum titulare ecclesiae concathedralis Hierosolymitanae recolatur Dominica'II post Epiphaniam, sub respectivo ritu.

Ad III. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit. Die 19 Iunii 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius..*

DUBIUM quoad usum linguae slavicae in sacra liturgia.

Circa interpretationem art. 1. Decreti N°. 3999 seu Litterarum Sacrorum Rituum Congregationis diei 5 Augusti 1898, *de' usu linguae Slavicae in sacra liturgia* sequens dubium, pro-opportuna declaratione, Apostolicae Sedi suppliciter propositum fuit, nimirum :

Utrum privilegium linguae palaeoslavicae extinctum fuerit ob interruptum usum eiusdem' linguae, intra postremos triginta annos, in illis etiam ecclesiis de quibus certo constat eas antea fuisse in legitima eiusdem linguae possessione?

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, attentis expositis, ex consulto eiusdem Sacrae Congregationis, cuius examini hoc negotium commissum fuerat, declarare dignatus est « praefatis ecclesiis privilegium extinctum non fuisse, si usus linguae palaeoslavicae intra postremos triginta annos intermissus fuerit non voluntarie, sed ex necessitate ob externas causas impedientes, velut ex deficientia Palaeoslavorum Missalium aut Sacerdotum eiusdem linguae peritorum ».

Atque ita rescribi et declarari mandavit, ceteris praefati decreti seu Litterarum diei 5 Augusti 1898 praescriptionibus in suo robore permanentibus. Die 14 Augusti 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. * S.

f DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius..*

ROMANA seu BERGOMEN, beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Teresiae Eustochio Verzeri fundatricis Instituti Filiarum sacri Cordis Iesu.

Instante Rmo Dno Paulo Leva Canonico Patriarchalis Basilicae Vaticanae et Causae Beatificationis et Canonizationis V en. Servae Dei Teresiae Eustochio Verzeri Postulatore, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi, Episcopus Portuen. et S. Rufinae eiusdem Causae Relator in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu Rotali, subsignata die, ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit, iuxta speciales Apostolicae Sedis dispositiones annis 1878 et 1895 editas ; nimirum : *An constet de Validitate Processuum tam Apostolica quam Ordinaria Auctoritate constructorum: testes sint rite ac recte examinati, et iura producta legitime compulsata, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Sacra eadem Congregatio, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, omnibusque rite perpensis rescribendum censuit: *Affirmative seu constare, ita tamen ut epistola Episcopi Laudensis habeatur uti adminiculum pro gratia.* Die **26** Iunii 1900.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae eiusdem Congregationis ratum habuit et confirmavit, et gratiam uti supra expetitam benigne concessit. Die 9 Iulii eodem anno.

CAIETANUS CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius,*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI, ARCHIEP. LAODICEN., *Secretarius.*

NEAPOLITANA. Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Sor. Ioannae Antidae Thouret fundatricis Instituti Sororum a Caritate.

Misericordiam Dei quam Spiritus Sanctus in Scripturis suis summis laudibus effert illam praedicans super omnia opera Eius atque spe et promissione praemii hominibus imitandam proponens, mirifice ostendunt christianae caritatis Instituta quae recentiori aetate in catholicis Europae regionibus vitam hause-

runt in dies florentiorem. Neque humana neque religiosa societas unquam obliterare potest Virum non minus sanctitate quam beneficiis insignem Vincentium a Paulo, qui plurium ex his Institutis fuit plus minusve auctor ac legifer pater, quique omnium adstat in coelo patronus etiam ab Apostolica Sede renuntiatus. Ex arbore quam ipse plantavit, surculus desectus est cui Dominus benedixisse videtur ut crescat et multiplicetur. Agitur de Instituto Sororum a Caritate ac praecipue de ipsa matre ac fundatrice Serva Dei Ioanna Antida Thouret, cuius Causa penes Sacrorum Rituum Congregationem introducenda disceptata est. Burgundia in pago *Sancey-le-long,* dioecesis Bisuntinae, ex piis parentibus ortum dedit Ioannae Antidae, tertiae ab ultimo e septem fratribus, quae eadem die 27 Novembris anno 1765 et in lucem edita et Christi lavacro regenerata est. Puella magis animo quam valetudine firma, ea quae ad vitam atque intellectum perficiendum conferunt, studiose ac sobrie didicit. Genitrice orbata matris familiae vices gerere coacta est : quo tempore in discrimine posita ob ancillae pravitatem, Deo iuvante, se integram servavit et virginitatem vovit. Pauperes atque egentes modo stipe et consilio sublevabat, modo fidei morumque praeceptis imbuebat, assignata etiam a Parocho puellis puerisque catechismi magistra. Hisce misericordiae operibus ad perfectioris vitae statum amplectendum se paulatim disponebat. Vocationem religiosam vix animo sensit, illico eam aperuit suae commatri in sacro chrismate Mariae *Sourdos* et a confessario probatam etiam patri significavit. Hoc annuente, non absque difficultate, Ioanna die 1 Novembris anno 1778, aetatis suae vigesimo secundo, Lutetiam Parisiorum profecta est. Ibi in Instituto Vincentiano Filiarum a Caritate tyrocinium unius circiter anni laudabiliter explevit et ad habitum sacro ritu induendum admissa est. In nosocomiis Sancti Laurentii apud Lingonas et alibi periculosos homines simul de vitans atque confundens, se ad fidem Deo servandam atque ad opem aegrotantibus ferendam unice intendebat. Quum Gallia in rerum conversione et perturbatione versaretur atque piae sodalitates ob temporum tristitiam disperderentur, famula Dei ne a sancto proposito descisceret, in Helvetiam confugit. Post aliquod tempus Vesontionem se recepit, ubi parva domo conducta, scholam gratuitam puellis erudiendis et pharmaceuticam aegrotis curandis instituit, quatuor adolescentulis sibi adscitis in socias

laboris et officii, et Vincentio a Paulo in patrem et magistrum sibi suisque proposito. Haec sunt prima fundamenta Instituti Sororum a Caritate cuius fama brevi tempore adeo percrebuit non minus apud Principes et Ecclesiae Pastores quam apud populos, ut plura Hospitia pauperum, senum, aegrotantium, puellarum atque infantium, ad multiplices hominum miserias sublevandas, eidem commissa fuerint tum in Gallia tum in Italia ac deinceps in aliis, etiam remotis, regionibus. Rebus in Gallia compositis ac restituta Ecclesiae et Supremo Pastori libertate, Ioanna Antida Romam venit, suumque Institutum una cum regulis ad normam legum Filiarum Caritatis confectis atque exaratis Apostolicae approbationi demisse subiecit." Per decretum Pii Papae VII fel. rec. voti compos facta, dum Neapoli in domo *Regina coeli* morabatur, post plurima adversa in quibus animi firmitatem constanter retinuit, laboribus ac viribus fracta atque apoplético morbo semel iterumque correpta, Ecclesiae Sacramentis rite munita, die 24 Augusti anno 1826, pie quievit in Domino. Eius exuviae cum magna populi frequentia ac pietate in Ecclesiam domui adnexam delatae, solemni funere expleto, penes sacellum Immaculatae Conceptioni B. M. V. sacrum reconditae sunt. Interim fama sanctitatis quam Dei famula, dum vitam agebat, acquisierat, post obitum in dies clarior et perseverans effulsit. Quare super eadem fama in ecclesiastica Curia Neapolitana Processu Informativo adornato et in Actis Sacrorum Rituum Congregationis exhibito riteque aperto, a Rmo Dno Nazareno Canonico Marzolini huiusce Causae Postulatore humiles enixaeque preces Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII porrectae sunt, ut Dubium de Causa introducenda Servae Dei Ioannae Antidae Thouret penes eamdem Sacram Congregationem proponi ac discuti posset, praevia dispensatione a praescripto lapsu decennii et ab interventu et voto Consultorum. Editis hac super re decretis die 25 Maii, vertentis anni sacri, probatis Ven. Servae Dei scriptis hoc ipso anno, atque inspectis amplissimis litteris postulatoriis aliquorum Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium ac plurium Reverendissimorum sacrorum Antistitum, instante praelaudato Causae Postulatore, nomine etiam omnium Sororum a Caritate quae sub patrocinio S. Vincentii a Paulo congregata e ipsam Ioannam Antidam matrem et fundatricem uno concentu consensuque appellant, ac filiali amore et devotione prosequuntur, Emus et

Rmus Dnus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi Episcopus Portuensis et S. Rufinae atque eiusdem Causae Relator, in Ordinariis Sacrae Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die, ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Porro Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.* Die 10 Iulii 1900.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servae Dei Ioannae Antidae Thouret, fundatricis Instituti Sororum a Caritate, die decimasexta, iisdem mense et anno.

C. CARD. ALOISI-MASELLA *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. * S.

f DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

INFORMATIO SUPER DUBIO

An sit signanda commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur?

Eme ac Rme Domine,

Postquam, amantissimi Salvatoris nostri morte, orbis de servitute redemptus est, providentissimum Dei consilium fuit, ut veteris inimici fraudes, quae in diem inter homines renovantur, irritae redderentur. Itaque summa ei gratia debetur, quod cum, ex improborum hominum opera, aut fides nutavisset, aut boni mores in praeceps defluxissent, unum vel alterum e suis Servis excitaret, qui sanctitate vitae, disiectae iam civili communitati, praesens remedium aiferrent. Idque superiore

saeculo labente, luculenter confirmatum est: revera republica in Gallus eversa, summaque imperii perduellionibus permissa, illa aetas terroris nomine merito notanda est quum flagitium potissimum societati hominum insiderei, unde furta, peculatus, expilationes, direptionesque sociorum et civium, existèrent. Nulla enim in Deum, nulla iam in proximos aderat caritas, quae d. Thomae sententia, *una eademque est, eodemque dimanat fonte atque habitu**

Tunc ergo necesse erat fontem atque habitum caritatis instaurare : hoc opus, hic labor Heroidis nostrae, cuius flagrantissimi in Deum et in proximos amoris adhuc extat certissima fama. Haec nec ortu, nec opibus, nec doctrina praefulgens, ita tamen expectationem omnium superavit, ut digna visa sit, cui ad coelestium honores facilis sterneretur via. Ioannam, inquam, Antidam Thouret Sororum a caritate auctricem eximiam.

Si fas est, hominibus incomprehensa prodere, assererem non sine causa Deum velle huic praeclarissimae foeminae gloriam tribuere in huius saeculi occasu, quod tanta cum contemptione christianae religionis inchoavit, quasi pignus tempestatis adfuturae, quae utinam arrideat brevi humano generi, iam diu, ob nimiam emolumenti cupiditatem, suique immodicum amorem, caritate destituto.

Agnoscant igitur PP. EE. res a Ioanna Antida Thouret praeclare gestas, quarum nullum aptius testimonium perhiberi potest processu ex ordinaria Neapolitanae Curiae auctoritate confecto, quo in hac nostra informatione utimur; cum agnoverint, mirentur ac favorabile, ut puto, super eas ferant iudicium.

VITAE COMMENTARIUM.

In pagulo quodam Burgundiae comitatus, vulgo *Sancey-lelonCj/j* e Bisuntina dioecesi, parentibus pientissimis, qui agriculturae suadebant, nonnumquam etiam coria perflciebant, tertia ab ultimo septem fratrum ortum duxit Ioanna Antida Thouret V. Kal. decembris anno 1765 ; eodemque, quo nascebatur, die sacro fonte abluta, est, uti illius temporis usus ferebat. A pueritia corporis valetudine tenui, ast animo validissimo se praebuit, iisque omnibus, quae vel ad vitae necessaria, vel ad intellectum pertinent, quamquam humanioribus uteris careret, magis magisque idoneam, adeo ut adolescens, genitrice orbata,

matris familiae munus gesserit praeclare. Eo tempore D. Famulae innocentia ob nimiam familiaritatem improbae ancillae periculum subivit: integram tamen servavit parentis sollicitudine : quamobrem, Deo gratias agens, virginitatem vovit. Crebrius deinceps rei divinae interfuit, colloquia vana nullique pro futura vitavit, nam tum praeterea, vel gregem in pabulum propellerei, vel animum ad domestica intenderet, assidue orabat, iugiterque illius mens in contemplatione patebat defixa, ut omnes mirum in modum commoverentur.

Caritatem Dei, proximorum caritas aequabat, nullus enim moeror, nulla sollicitudo erat, quam Herois nostra pro viribus non ieniret : nam licet sibi census tenuis esset, praeter modum tamen pauperibus stipem erogare, nullos respuere, nullamque prae se superbiam gerere consuevit, hactenus se viclu suo defraudaret, simul ac quempiam esurientem accepisset. Apostolatus etiam munus eam urgebat. Primum fratres, qui ad signa vocati erant, materna vice hortata est, ne fide vel bonis moribus unquam décédèrent; deinde puellas, puerosque vicanos ad voluntatem parochi colligebat, eos divina edocens praecepta, iisque morum humanitate, consiliorum prudentia, admonitionum quoque, si quid opus esset, suavitate quam maxime profuit.

Sed tunc Dei Famula ad perfectioris vitae conditionem desuper vocabatur. Id primum Mariae Sourdon, quae iam sibi sacro chrismati adstiterat et confessario postea declaravit. Sed piis optimae adolescentis votis intercessit; pater, qui eripi suavissimam filiolam sibi aegre admodum ferebat, eo magis quod in pectore volvebat eam cuidam egregio ac eli vi ti iuveni, qui in uxorem expetiverat, nupturn dare. Perperam vero rationes putabat; nuptias enim Ioanna respuit: quare eius tandem constantiae cedere, nec amplius divinae repugnare voluntati parens coactus fuit. Itaque, impetrata facultate, noctu ac furiim discessu, ne popularis tumultus ob nimium vicanorum favorem exoriatur, kalendis novemb. anno 1778, aetatis suae vigesimo secundo, Lutetiarnque Parisiorum petivit. Ibi in monasterio Filiarum a caritate, quas divus Vincentius a Paulo olim condiderat, vitae religiosae tyrocinium inivit. Sedulitate confestim, animi submissione, suique ipsius contemptu ceteris clarissimum exemplar extitit. Quinimo, quod sua vocatione in dies digniorem se praeberet, horis subsecivis artem scribendi didicit, omnesque rei novitate mirati sunt.

Undecimum post mensem ex eius in religionem ingressu, ut sacra veste se indueret concessum est. Maximo igitur ardore sacro ritu Ioanna perfuncta est, cum iam rerum publicarum omnium commutatio infensissima immineret. Interea in nosocomio divi Laurentii apud Lingonas, ubi aegrotantibus opem ferebat, quidam iuvenis popularisque miles, illius amore subito exardescens, eam hortatur ut monialibus vitiis proiectis, se iam militiae vacantem domum sequi mallet: et par eventus alibi paullo post iteratur, quum nobili genere vir eius tunc incenditur desiderio; quibus ipsa semper fortiter obstitit iisdem fere verbis *se soli Deo renunciare velle.*

Fidei catholicae fuit studiosissima. Ubicumque enim constiterat, postquam auxilio aegrotantes iuvasset, preces, quas regulae praescripserat, clam effundebat, ne versaretur cum presbyteris, constitutionem iureiurando ñrmantibus, quae a clero nomen tulerat. Inter haec contigit quod ingens perduellionum agmen valetudinarium in urbe Bray-sur-Somme irivasisset, ut iureiurando iniquo sorores obstringerentur. Fugam Herois nostra arripuit, murum scalis tentando, sed frustra; nam calce igneae balistae latus offenditur, quam ob rem lethali morbo corripitur. Cum convalesceret, scelestis hominibus magis magisque erga Deum pietati adversantibus, vestibus abdita, sacra circumferebat, ut sacerdotes clam atque huc et illuc errantes, rem divinam conficere possent. In his, etsi iuvenili forma praestaret, incolumis tamen semper evasit, donec consequuta est calamitas quae pias sodalitates subvertit. Tunc emigrare domo et optatissimo contubernio opus erat. Iter igitur in Sequanos convertit, certa ad ea, quibus se iam dica vera t, caritatis munera animum facilius intendere apud propinquos et familiares. Quare nil paupertate, nil viarum asperitate ac longitudine deterrita (pedetentim enim per ducenta et quadraginta millia passuum, sine duce, auxilio, opibus, iter insuetum aggrediebatur) Vesontionem petivit, eoque post mensem pervenit.

Vesontione per aliquod temporis spatium apud quamdam Vannes, foeminam sibi notissimam inhabitavit, deinde Sancey in aedem Ioannae Antidae Vestremer, quae D. S. infantem de sacro fonte susceperat sese transtulit, denique Ioachimi fratris caritate commota, eumque ad bonam frugem revoca tura, cum eo aliquantulum commorata est. Sed nihil profuit ; quare sodalitatem ingredi, quam Fontenelles Receveur presbyter nuperri-

me instituerat, cupivit et impetravit. Protinus vero piae foeminae, nefariorum hominum artibus expulsae, per Helvetiam institutorem prosequuntur, praeter tamen Heroidem nostram, quae lethali lue improviso invadente, Sancey consistit ut in proximorum salutem toto pectore, totoque animo incumberet. Itaque ab uno ad aliud pergebat oppidum, frigoris, aestus, tempestatisque patiens ut aegrotantibus opem undique ferret, vel puerulos fide elementa doceret, vel rebus difficillimis ob temporis nequitiam sacerdotibus adesset. Quid plura ? Vicit Dei famula peccatorum pervicaciam, vicit calumniatorum pravitatem, neque prius quod incoeperat desivit, quam ubique apostolicae suae caritatis vestigia relinqueret.

Morbo declinante, Friburgum venit ubi Receveur constiterat, eumque sequuta apud Germanos Neostadium tenus, ibique confessarii consilio congregationem deseruit, quae minus vocationi suae respondebat. Itaque per urbem Constantiam iter in Helvetios iterum tentavit, Einsiedeln Virginem prodigiosam coluit, cumque animum explevisset, in Galliam pergere constituit. Ad extremum oppidum Helvetiae proximumque Gallorum finibus (Londeron) Dei Ancilla, itinere defessa, contendit, neque sine numine divo. Suscepto enim docendi munere, consueta virtute ipsa clarescens, a sacerdotibus Cafiby et Bacone, altero Vicario generali, altero parocho in Bisuntina dioecesi, visitatur. Hi vero, qua auctoritate pollebant, quindecim abhinc diebus Vesontionem D. Famulam revertere, ac religioni depopulatae, bonisque moribus restituendis operam dare iusserunt.

A propinquis pecunia tantilla impetrata, in patriam redivit, scholam restituit, sibique socias adlegit. Dum his studet, impio sacramento, quod respublica poposcerat, se obligare recusat, minas spernit et pro nihilo putat. Post annum tamen res immutantur; facultas datur Ioannae Vesontionem redeundi, seseque ad id quod statuerat, penitus dicandi. Quare statim reversa, parvam domum conduxit, scholamque gratuitam instituit, magna cum puellarum frequentia. Sed tanto ponderi impar, adolescentes numero quatuor sibi adiunxit, laboris participes, atque condendae sodalitatis fundamento.

Vincentium a Paulo in patrem, ac magistrum elegit, eiusque praecepta tradidit observanda. Igitur praeter scholam, pharmaceuticen comparare, fercula et ius diebus horisque statutis ad fores domi pauperibus erogare, aegrotantes adire, eosque

solari sodales iussit, ceteris exemplo praestantissima. Qua ex re cives universi ita colere Dei Famulam coeperunt, ut milites in eam incidentes salutare, plebs eius adventu viam facere, loquentem audire, consulentes ei obtemperare, exprobrantem aequo animo ferre consuevissent.

His rebus valde commoti sunt principes civitatis, a quibus Dei Ancilla rogatur de restituendis institutionibus, quae munificentia maiorum iampridem conditae fuerunt, ut commodo, praeceptione salutique plebis foret consultum, quas tunc civilis commutatio funditus everterat. Sed vix illius solertia, ac publico sumptu eximia caritatis monumenta creverant atque considerant, cum urbis Praefectus eidem committendum censuit hospitium de *Belleoeaux,* quod una simul careat, nosocomium, domus erat hospitalis, iuvenibus, senioribusque, aegrotantibus, amentibus, captivis unius sexus et alterius promiscue incolentibus. Statim ac tale hospitium ipsa regendum et gubernandum assumpsit consequuta est ut vitae perturbatio atque confusio, morum pravitas, et licentia, desperatio et dolores paulatim excédèrent.

Iam quisque videt talia ac tanta nec seorsim a sociis conficere, neque has adlectas regulis destituere Dei Famulam potuisse. Quamobrem animo e negotiis paulisper revocato, in monasterio Sororum a Visitatione, quod in propinqua urbe Dole desuetum extabat, secessu, ibique Filiarum a Caritate instituta sibi in memoriam reduxit et exaravit. Quae cum perfecisset, presbytero cuidam emendanda, dein archiepiscopo tradidit probanda.

Tunc Napoleon imperator, catholica religione in Gallia restaurata, novas ac veteres congregationes sororum xenodochio intendentium una simul congregari Lutetiae iussit, ut rerum ordinem exponerent et commendarent. Generali conventui cardinalis Fesch ac Laetitia, principis mater, praefuere, qui Heroidis nostrae argumentis suffragati sunt, eiusque sodalitati, cui nomen imposuere *Sorores a Caritate Vesontionis,* munifice opitulantur publicis impensis. Recens inde sodalitas tribus annis post, latius per finítimas dioeceses disseminata ita multiplicatur ut sororum fama Alpes transierit et ad aures Ioachimi Murat pervenerit, qui eas Neapolim vocavit. Regis pollicitationi ad nutum archiepiscopi voluntatemque Laetitiae, sumptus et commeatus suppeditant, libentissime Dei Famula assentitur, susce-

ptisque sodalibus sine mora abiit. Brevi Romae moratur, Neapollm pervenit, domum antea monasterium Canonicarum Lateranensium veluti per triumphum adducitur, ibique a rege eiusque uxore faventibus, pecuniamque erogantibus liberaliter, visitator.

Domus, ubi consistit vulgo *Regina coeli* inter viridaria irrigua posita, amoenitate loci atque idonea gaudet ecclesia, maximo urbis nosocomio *Degli Incurabili* imminet, nihil ibi quod opus sit, deest, nihil utilitatis abest. Igitur faustis ominibus Dei Ancilla negotium suscepit, ac primum puellarum e plebe scholam constituit, aegrotantibus se sociasque dicavit, pauperibus die sabbati stipem ad fores erogavit, praeterea in tyrocinium sodalitatis suae Neapoli constituendum, atque sorores, vel in Italia, vel in Gallus degentes, exhortationibus literisque optime fundandas operam navavit, vi, solertia, alacritate potissima. Interea mars saepe spoliantem iam et exulantern Napoleonern, agnatosque reges et cognatos evertit, quam ob rem principes, quos civilis eversio pepulerat, suis quibuscumque regnis restituuntur, libertas Ecclesiae, Pontifici imperium conceditur. Tunc Ioanna nostra putans ad non vulgarem celsitudinem, fastigiumque recentem sodalitatem se provecturam esse si Pontificem adiret eique regulas traderet probandas, cito discessit, Romam contendit, suffragium, quod tandem assequuta est, ab Apostolica Sede enixe efflagitavit.

Statim Dei Famula assensum obtinuisse regulasque ratas fuisse praeter nonnulla, quae Sacra Episcoporum ac Regularium Congregatio sua sponte mutaverat, archiepiscopo ceterisque sodalibus per literas renunciavit. Sed iam, propter vanitatem presbyteri Bacoffe, funesta discordia, quae donec Ioanna nostra in Galliis commorabatur nondum in propatulo nisi forte frequentibus vexationibus prodiverat, exorta est. Sorores itaque quas Vesontione reliquerat, palam rebellare coeperunt. Quas Pressigny, qui tunc Bisuntinae praeerat dioecesi, suo auxilio iuvit, utpote qui gallicana iniectus pravitate, aegre admodum ferebat, se insciente, Ioannam Antidam Romam adivisse, eo magis quod S. Congregatio EE. RR. Sorores a Caritate, quarum ipse etiam tum unus moderator fuerat constitutus, nunc sua iurisdictione avócalas Pontifici subiecisset. Inde implacabiles irae, inexorabilesque contentiones exortae sunt, quas ut Herois nostra dirimerei, statim ac ad edocendas nobiles puellas

ephebeum Neapoli absolvisset, in Galliam proficisci contendit. In ipso quoque itinere sodalitatem confirmare atque augere, vel in Sabaudiae finibus summa ope nititur, vel apud Burgundiones, vel in suburbio Lutetiae, quas petiverat, ut cum archiepiscopo Bisuntino, illuc se quoque delaturo, congrederetur.

Quare etiamsi Dei Ancilla ea quae expetiverat non coniecisset, nemo tamen iter inutile putet, quod ad sodalitatis incrementum suaeque ipsius perfectionis documentum maxime profecit. Huius animi firmitatis numquam modum statuit, nulloque labore, ut voti compos esset, defatigatur. Nondum in Italiam re verterà t quum de obitu Pressigny nuncium accepit. Vix dum Neapoli constiterat, cum novo Bisuntinae dioecesi Archiepiscopo Villefrancon, licet incassum, magis magisque tamen institit, ut de mente decessoris desisterei, atque in meliorem iret sententiam. Igitur, ut verum fatear, malevolenza istorum antistitum Sorores Vesontione degentes a ceteris sodalibus avulsae fuere, ne praecipue Ioannam nostram, quam moderatricem generalem Pontifex statuerat, excolerent. Ast tantis laboribus, tantisque anxietatibus magis magisque Heroidem nostram vires defecerant, donec post iteratam apoplexim de illius vita desperatum est. Tunc sacramentis Ecclesiae, quae praeceps morbus consensit, recreata, requievit IX kalend, septemb. 1826, aetatis suae sexagesimo primo, nondum expleto.

Quam, dum vixit, populi venerabantur, pari honore postquam ad coelum migravit, atque adeo multo maiori, habuerunt. Eius enim mortem, nemo non summi doloris significatione prosequutus est, neque viri clarissimi, neque matronae nobilissimae defuerunt, quae Dei Ancillae funus sua presentía honestarent. Exequiae una et altera die in templo *Regina coeli* celebratae sunt, cadaver denique in sacellum ab Immaculata Deiparae Conceptione eiusdem ecclesiae delatum; ibi tumulatum est.

DE INGRESSU IN RELIGIONEM.

Praeclara Ioannae Antidae gesta in eius vitae commentario leviter attigimus, quae Dei Ancillam ad praesentem famam produxerunt, adeo ut universali favore huius introducendae causae ad S. Rituum Congregationem petitio promoveretur. Nam etsi a pueritia in spem omnes Ipsa induceret se mulierem sanctitate morum insignem aliquando futuram esse, haud dubio

tamen tantam celsitudinem certius fore assecutam argumentatum est, simul ac domesticis tricis efYugiens, atque iugale vinculum abhorrens Filiarum a caritate congregationi nomen dedit iuxta illud : *Nemo est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei et non recipiet multo plura in hoc tempore, et in saeculo venturo vitam aeternam* (Lucas cap. XVIII).

Verum, priusquam Herois nostra in suae vocationis optatum concedere potuisset, multa tulit sustinuitque : confessarii enim haesitationibus non paucorum dierum molestiam toleravit, cum eximius pietatis magister animum puellae religiosissimae explere noluisset, donec perfectioris vitae conditionem, divino motu ipsam concitarci appetivisse certior factus esset. Accedit huc quod parens magnopere obstabat ob immodicum erga filiolam amorem, quo tantae distinctionis imaginem horrebat Nullam igitur Dei Ancilla ex lubidine magis quam ex divina voluntate rem gessit : quapropter quum religionem magna spe sit ingressa, eam usque ad extremum secuta est, in tanta temporum iniquitate, eodem animi fervore, eodemque virtutum exercitio, quibus ab initio ceteras sorores praecelluit. Non indignum ad rem verba memorare videtur, quae testis III pronuntiavit : « So che la Serva di Dio nella sua giovane età entrò nell'Istituto delle Figlie della Carità nella loro casa in Parigi, dove fece il noviziato con ispirito di grande fervore ». Et testis XVII subdit : « la Serva di Dio, previo il consiglio del suo confessore, entrò nell'istituto delle Figlie della Carità nella loro casa in Parigi nell'età di 22 anni. Ivi ella cominciò il suo noviziato, il quale fu distinto per l'esemplare osservanza della Serva di Dio, per il fervore del suo spirito e per l'esercizio delle virtù ».

Neque iunioribus tantum tyronibus, immo etiam provectis iam sororibus omnium virtutum exemplar Ioanna nostra fuit, prout Testis II asseruit : « Fu ammessa al noviziato, durante il quale, si distinse come perfetto esemplare di virtù da essere di edificazione a tutta quella comunità ». Usum vero exercitationemque virtutes desiderant, neque virtutibus praeditus quispiam dici potest nisi continuo utatur iis quae praesertim conditionibus vitae suae magis aptantur, veluti monialibus regulis votisque iure satisfacere, aequo animo indeficientes sustinere molestias, tentationibus obsistere. Itaque ex his constanter ser-

votis laudem sibi Dei Famula meruit, si frequentibus testimoniis credendum censemus. Testem enim XVII audite: « Vesti l'abito religioso la Serva di Dio e durante lo stesso noviziato le fu commesso l'ufficio di curare le biancherie, uffìzio che compi con grande esattezza ed ebbe occasione di esercitarsi nella pazienza cristiana, giacché con l'uffìzio suddetto s'incontrò con una suora di difficile carattere ». Ita etiam Testis XVIII : « La Serva di Dio, stando tra le Figlie della carità, fu successivamente destinata per l'assistenza a due ospedali. Ella assistendo ad un ospedale soffri da parte di uno della relativa amministrazione una molestia, che era contraria alla sua vocazione. La Serva di Dio lo motivò alla sua Superiora, e questa la destinò per altro ospedale ».

Sed iam tempora pacata praecipifcaverant, seditio enim legibus vix depressa oriebatur, omnes reipublicae ordines commiscens atque subvertens ; ferro et exilio optimates, sacrosque ministros exsequens, eaedem, ignem aliaque hostilia portendens. In tanta rerum perturbatione Ioanna Antida strenue se gessit, calamitates viriliter toleravit, nunquam a fide catholica descivit; neque officio quidem cessavisset, nisi religiosis omnibus familiis abrogatis, etiam congregatio Filiarum a caritate resoluta, piaeque sorores huc atque illuc dissipatae fuissent. Huius constantiae documenta praestantissimi ex processu colligimus. Ait enim testis XVII : « Nel tempo della rivoluzione francese la Serva di Dio, fu ferma nello adempimento de' suoi doveri, e non volle giammai nè dare il giuramento che le s'imponeva, nè comunicare coi preti, che diedero quel giuramento ». Et testis XXXII : « Il suenunciato manoscritto riferisce che la Serva di Dio fu dalla rivoluzione espulsa unitamente alle altre Figlie della sua casa, e dalla rivoluzione ebbe molto a soffrire sino ad essere stata ferita da un rivoluzionario ». Quid plura ? Herois nostra omni abiecto timore, neque se socra veste exuta, nulloque comitante, domum paternam, ac paullo post Vesontionem adivit atque ibi aegrotantibus et pueris eodem studio ac si in monasterio degeret, incubuit. Ita testis XII : « Soppressa poi per decreto della convenzione anche la casa delle Figlie della carità, fu obbligata ad uscirne, ma ritenne sempre il suo abito religioso, e si recò a Besanzone, dove apri una scuola gratuita per le giovinette e si occupò della cura dei malati ».

Postquam vero Ioanna Antida se Deo immortali inter Filias a Caritate vovisset, quamvis congregatione invita excessisset, fidem tamen fallere putavit, nisi Deo in aliqua pia sodalitate quomodocumque inserviret : neque occasionem dimisit, etenim cum primum audivisset quemdam Receveur presbyterum puellas collegisse eisque iura condidisse, eum confestim in Helvetiam exulantem prosequuta est, ut recentiori congregationi libentissime adscriberetur, metuens fortasse ne sibi illa Christi Iesu tribuere possint: *Nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei* (Lucas IX, 62). Ast Dei Ancilla in hac congregatione perseverare nequivit, utpote quae flagrantissimo proximorum amore urgebatur, pro quibus si oporteret, Domini ad instar, animam suam datura fuisset. Laeto igitur animo obedientiae paruit se Vesonfcionem revocanti, ubi providentissime Dei consilio institutum Sororum a caritate condendum erat, fracfcae iam civili communitati bonum faustum felixque.

DE INSTITUTIONE CONGREGATIONIS
SORORUM A CARITATE.

Bonum, faustum felixque humano generi institutum a Ioanna Antida conditum in superiori capite fuisse diximus, at venerandum, salutare necessariumque verius dixerimus. Quid enim caritate sanctius, quid utilius educatione rudibus, auxilio indigentibus, quid mutuo civium amore aptius reipublicae servandae? Tunc vero reipublicae voluptatum omnium effrenata lubido, quod turpe opprobriurn ad hanc manavit aetatem, eaedem miserrimam ostendebat, sed tantae calamitati, tantaeque iacturae mulier una remedium quaesivit et invenit, animos omnium, qua ipsa caritate urgebatur, perfundi. Auctrix enim haec duo egregia firmamenta suae congregationi peperit, proximorum caritatem, superioribus ecclesiasticis, Romano praesertim Pontifici obtemperationem : his innixum institutum Sororum a Caritate etiam nostris temporibus virescit, quamvis ab initio vehementibus urgeretur tempestatibus, quarum pleraeque Dei Ancillam in vitae fere perpetuitate agitarunt, quod rerum ordine servato persequemur inferius.

Congregationis initia, quae historici prodiderunt, in tres aetates dividuntur, institutionis, propagationis, difficultatum, utpote quae, contra ac in ceteris fieri solet, faustis ab initio prodidit

ominibus atque secundioribus rebus crevit prosperavitque, impedimentis tamen atque obstaculis tempore assecutis. Cum revera Dei Ancilla Vesontionem divino numine rediisset, se ab iis quae in tyrocinio Filiarum a Caritate experiendo, magis quam discendo cognoverat, nequaquam dimoveri constituit. Igitur in fidem S. Vincentii a Paulo, quem iam sibi patronum elegerat, condendam congregationem permisit, sodalibusque mandavit ut illius monitis in bonum proximorum incumberent; puellarum enim, quae consiliis praeceptisque Dei Famulae sese gubernari expostularunt, magnus ad eam numerus confluxit ubi primum Ipsa manus operi admovit. Has interea opus erat veste eiusdem rationis induere, votis vincire, legibus constringere, easque ab utraque auctoritate approbari atque sanciri; pecuniam demum, qua parvae res crescunt, providere oportebat : tantae molis erat novam instituere congregationem. Haec tamen Ioannam Antidam ab incoepto non terruere, in Deo (enim vocationem Ipsa obsequentissime assecuta erat), spem prorsus •collocaverat, illud recogitans: *Mitte eis Domine auxilium de sancto et de Sion tuer e eos :* neque se fefellisse testes universi confirmant, inter quos XXXII his verbis allocuta est : « La Serva di Dio si recò a Besanzone, dove appigionò una casa, dove unì a sè altre compagne e all' 11 aprile 1799 cominciò le sue opere di carità, le quali furono i soccorsi ai poveri, cioè le zuppe, ed indi a poco la scuola alle ragazze povere e la cura degli infermi a domicilio. Il 3 maggio immediatamente seguente aprì, anche in Besanzone una seconda casa per l'esercizio delle stesse opere. Il 15 ottobre detto anno, con solennità domestica emise la Serva di Dio colle sue (compagne) i voti, distribuendosi alle congregate il Crocefisso, che anche oggi si distribuisce tra noi nella ricorrenza dell' emissione dei voti, regolando la loro vita a norma delle regole delle Figlie della carità. In questo la Serva di Dio ebbe i mezzi dalla divina Provvidenza e le stesse cose praticò colla piena annuenza dell'autorità ecclesiastica ».

Quum vero, divino instinctu, regulas suae Congregationis edendas esse censeret, omnibus amotis curis, Dole secedens solitudinem captavit, ibique earum rerum quae diu in animo versaverat, a sacerdotibus, domi eiusdem incolis, consilium cepit ne sibi sapientiam adsciret, sed ut alieno quoque uteretur iudicio : « La Serva di Dio (ait Testis XXXI) si ritirò a Dôle in

un antico monastero di religiose, dove scrisse le regole del nostro Istituto, ed ivi, per disposizione della Provvidenza, s'incontrò con alcuni ecclesiastici, i quali l'aiutarono a mettere in ordine quello che essa scrisse ». Legibus demum ab utraque auctoritate probatis Herois nostra ad summam in Congregatione potestatem electa est, quam postea in vitae perpetuitate gessit, imperantibus, subiectis, civibus que universis carissima, nam dignitate honesta, consuetudine iucunda, mitis ingenio era V adeo ut statim militari licentiae iniiceret fraena, captivos mansuefaceret, aegrotantes recrearet, demissosque animos exigeret.

His itaque Ioanna Antida eiusque sodales notae per famam declarantur atque ita Congregatio, quae Vesontione circumscripta erat, moeniis excedens, provinciam universam pervasit, quasi mollium semen herbarum, quod ventus corripiat atque humo spargat longe lateque, donec variorum flore colorum, prata pubescant. jFelici eventu nuper instaurata subvenit religio : immutati enim regiminis favore, monialium restituendarum legationes Lutetiam convenerant ut sua quaeque declararent proposita, suaque instituta singulatim proferrent. Inter ceteras adfuit etiam Dei Famula, cuius prudentia atque modestia, sed fama potissimum rerum gestarum, eminentissimi ac reverendissimi cardinalis Fesch et Laetitiae principis, qui concilio praeerant, existimationem ac benevolentiam comparavit. Quare in Parisiensi coetu decretum est recentis congregationis regulas intra fines imperii ratas habere, quinimo ut facilius sorores a Caritate diffunderentur ingens pecunia ex aere publico solvitur. Operae pretium est ad rem testimonia adducere : « L'istituto predetto fu approvato dall'arcivescovo di Besanzone e nel 1810 fu pure approvato dal governo civile con decreto imperiale. Dopo istituita la detta prima casa la Serva di Dio estese le sue opere in varii altri siti della ridetta diocesi di Besanzone. Nel 1810 poi già erano state varie altre case fuori della eletta diocesi, il cui numero e sito preciso non ricordo ». Ita testis XXXI, cui IT suggerit : « L'opera intrapresa dalla Serva di Dio ebbe successivamente grande sviluppo e rimarchevoli incrementi e gli stessi municipii cercarono di giovarsi delle opere istituite dalla Serva di Dio. Laonde fu necessario che la medesima Serva di Dio impiantasse nuove case del suo Istituto. I luoghi, ai quali fu esteso dalla Serva di Dio il suo Istituto, fondandovi nuove case, furono il Villecerf, Jannon; e in molti altri paesi, i cui nomi

ora non mi sovvengono, in una parola, le opere dell' Istituto della nostra Fondatrice furono dovunque acclamate come opere dirette alla maggior gloria di Dio e al vero bene dell'umanità, e i mezzi temporali ella ebbe da coloro stessi, che a lei domandavano l'apertura di nuove case. Le predette case furono sempre istituite colla dipendenza dei rispettivi Ordinari ». Testis vero XIV de largitione principis fidem facit : « La Serva di Dio scrisse le regole pel medesimo Istituto, che furono pure riconosciute dall'autorità civile e l'imperatore francese assegnò alla Serva di Dio ottomila franchi ».

Tum Ioachimus Murat, audax imperator atque vir propositi tenax, armorum vi ac magni Napoleonis arbitrio Neapoli potitus erat, qui vel alienigenis institutis imperium fundare censeret, vel subditorum amorem excitare, si commodo, utilitati, bonoque plebis foret consultum opem Sororum a Caritate per Laetitiam socram invocavit. Aliquamdiu vero Herois nostra quidnam consilii caperet in incertum habuit, recusandum tamen non esse putavit quin sorores demigrarent, donec ad gloriam Dei bonumque proximorum intenderent. Quoniam praeterea bene iam constitutam atque expeditam congregationem cernebat, alteri sororum vice sua domi praestanda commissa, non dubitavit quin moras rumperet ac praesens sodalium manui praeesset, quae Neapolim versus pergebat. Hoc vero eximium •consilii animique specimen fuit, eo magis quod caeterae sorores haud facile difficultates vicissent, quas una Ipsa in hac superavit Italia, quae lingua, institutis, legibus a Gallia maxime differt : nihil enim adeo arduum est, quod virtute consequi non possit. Neque nos ex lubidine magis quam ex vero res a Ioanna Antida Neapoli gestas celebrasse decernetis, cum facta quae dictis suppetant in aperto et propatulo prodiderint.

Nemo sit qui putet Neapolim institutionibus omnino caruisse iam in Gallia florentibus; aderant ipsae vero, sed uti mos illius civitatis est, confuse nulloque ordine gubernabantur : novam igitur consuetudinem adsciscere, pietatem certis constituere legibus, docendi modum finire oportebat: hoc opus, hic labor Heroidis nostrae quae in scholas et nosocomia optime gerenda statim ab adventu, ne intervallo quidem facto, per multos annos toto pectore, totoque animo incumbere consuevit. Sed rerum suarum non potens, ne cogitata teterrime caderent ob virium imbecillitatem, opus erat cum civili et ecclesiastica simul

auctoritate convenire, quod illis temporibus mente tantum concipere audacissimi animi aestimabatur, agere autem opinione asperius erat, cum maxime inter se dimicarentur postquam Romanum Pontificem in custodia iniquissima Galliarum imperator retinuisset. Verum animum non abiecit Ioanna nostra, quae contra, tali solertia et prudentia res gessit, ut maximam ab archiepiscopo fidem, optatissimumque obtineret assensum, a Ioachimo vero rege saepius, necessitate coacta, pecuniam numeratami, exigeret. Eximium insuper Dei Ancillae, in negotiis procurandis ingenium, praeter ea quae supra diximus, tum praesertim compertum est, cum regni quidam minister constitutiones ad lubidinem suam immutare voluisset. Ioanna enim ad regem confugiens, eum etiam atque etiam cohortata est, ne quod Galliarum imperium et Catholica simul Ecclesia una mente compara verant, statuerent, sanxerant, unus ipse sub verteret: ita, precibus quas fuderat admissis, congregationi suae eiusdemque cohaerentiae ac libertati consuluit.

Multa adhuc super his proferre possem, at necessarioribus modo testibus utar, ne PP. EE. quibus continuo versant studiis, ut per eos dignitas purpuraeque maiestas tuta refulgeat, intempestivus abducam. En itaque testis II : « La Serva di Dio venne in Napoli richiesta espressamente da Gioacchino Murat, il quale in allora governava Napoli, fu da lui voluta la Serva di Dio per F ospedale degP Incurabili in detta città. Lo stesso sovrano concesse alla Serva di Dio la casa di *Regina coeli* in Napoli stata già monastero delle claustrali Rocchettine, e dai detto sovrano ebbe pure assegni temporali. La medesima Serva di Dio ebbe anche commessa l'infermeria dell' educandato dei Miracoli in Napoli e posteriormente apri nella predetta casa di *Regina coeli* le scuole pubbliche e poi l'educandato che esiste tuttora. In tutte le predette cose la Serva di Dio fu dipendente dall'autorità diocesana di Napoli». At explanatius Testis XII ait : « Nel 1810 Gioacchino Murat, re di Napoli, domandò alla sua suocera Letizia, Madre di Napoleone I, suore ospitaliere per Napoli, e la Serva di Dio accettò la proposta con molto piacere. Quindi con sette suore si recò in Napoli, dove ebbe il monastero delle Rocchettine, già soppresso, detto di *Regina coeli* coll'obbligo di assistere agli infermi degli Incurabili, ciò che ella fece e nella casa di *Regina coeli* le suore erano, andate dalla Serva di Dio in giro per gl'infermi a domicilio, e

nella casa stessa essa faceva distribuire ai poveri limosine e cibo. La stessa casa di *Regina coeli* fu aperta con piena annuenza dell'autorità diocesana di Napoli ». Testis denique XVIII refert : « In Napoli dal detto Murat ebbe la casa di *Regina coeli,* la quale era un monastero di Rocchettine, e da lui ebbe pure degli assegni temporali. In detta casa oltre all'assistenza al succennato ospedale nel 1812, istituì le scuole gratuite per le ragazze povere. Nel 1821, dalla corte di Napoli fu esortata ad aprire l'educandato per signore, e per quelle di condizione civile, come fece ».

Interea res accidit, qua Sororum a Caritate congregatio ab alterutro episcoporum adhuc usque in sua dioecesi recepta, matura iam esset ut per orbem latius proferretur; foederatae enim Europae nationes ex potentissimo praestantissimoque imperio Napoleonem praecipitaverant, principes quos ipse potestate privaverat, in sua quaeque regna restituerant, Romano denique Pontifici vincula dempserant eumque libertatis optatissimae pristinaeque ditionis compotem fecerant. Opportunum igitur ac tempestivum visum est constitutiones Sanctissimo submittere ut recens congregatio ex institutis iuris canonici rite probata, inter religiosos ordines splendor ac decus Ecclesiae adscriberetur. Utque constituisset effecit, moras confestim rupi t, Romam petivit, propositum tenuit, sed inde, permittente Deo, obstacula cuiusmodi, dolores atque sollicitudines, tenerae matri optimaeque magistrae acerbissimae, ortum stirpemque duxerunt. Sufficiat haec XXXII testis verba recitare : « Il Papa Pio VII di f. m., che approvò le regole, volle modificate due cose : quella della dipendenza dal solo Arcivescovo di Besanzone che era il superiore generale dell'istituto, disponendo che invece le case del nostro istituto dipendessero dagli ordinarii dei luoghi, dove esistono le case; ed inoltre volle che i nostri voti durassero sino alla permanenza delle suore nell'Istituto. Fattesi le quali modificazioni per opera dell'Arcivescovo di Besanzone e rispettivo clero, le case di Francia furono divise dal resto dell' Istituto con gravi sofferenze della Serva di Dio, sino al punto di non essere ricevuta nelle case di Francia. La Serva di Dio da sua parte tollerò quelle grandi pene con spirito di fede, con ammirabile rassegnazione ».

Quid plura? fama insignem congregationis auctricem, iussu ac voluntate archiepiscopi Bisuntini, a sororibus suis, quas

Aliarum instar adamaverat, inhumane expulsam fuisse testes confirmant. En igitur verba testis XXXI: « La Serva di Dio, allorché si presentò alla porta della casa di fondazióne in Besanzone per comunicare le regole coli'approvazione del Papa, avendo saputo, che per disposizione di quell' arcivescovo non poteva essere ricevuta, non insistette, ma con grande umiltà rassegnandosi si ritirò. In tale incontro la Serva di Dio die chiare prove eroiche di virtù la cui fama vige colà anche al presente». Quod philosophiis quidam dixisse fertur, perditis rebus omnibus, ipsam virtutem sese sustentare Herois nostra se et exemplo praestitit, quamvis non omne bonum amisisset. Supererai illi Deus, omnium bonorum principium et auctor, qui promptus ancillae suae in sollicitudinibus adfuit: quis enim nisi Deus tantae patientiae Ioannam Antidam excitare, quis tam praeclaras ingenerare cogitationes, quis potuisset tam mollia verba praecipere, quibus literas exornare consueverat ? Verum Testis XVII: « Nell'archivio, inquit, delia nostra casa generalizia in Roma, esistono varie circolari e lettere autografe della S. di D. dirette al suo istituto ed anche a persone esterne, colle quali era in relazione per ragione dello stesso istituto. Esiste inoltre, messo a stampa, un cathechismo per le suore del nostro istituto, che scrisse la stessa Serva di Dio, come ho rilevato da lettere di mons. Narni stato suo confessore, che ne lesse il manoscritto e l'approvò. Io che ho letto le predette cose in gran parte, sono rimasta edificata pei sentimenti di pietà e di virtù, che vi si apprendono ».

Operae praetium est verba referre, quae Maria Anna Bon, ex primis asseclis Dei Ancillae, in commentariolo de origine instituti Sororum a Cantate summatim exaravit, quorum hic tenor: « Le 24 Août 1826 est décédée Révérende Mère Thouret, celle dont Dieu s'est servi pour jeter les fondements de cette Communauté, qui a commencé le 15 octobre 1799. Mère Thouret l'a gouvernée immédiatement jusqu'en 1810: elle l'a encore gouvernée plusieurs années depuis Naples par sœur Christine Menegay de 1810 à 1815 et par sœur Marie Anne Bon de 1815 à 1820. Révérende Mère Thouret était remplie d'une grande pureté d'intention, d'un courage magnanime, rien ne l'arrêtait quand'elle croyait reconnaître la volonté de Dieu dans un projet. Elle avait un excellent cœur, elle était généreuse et ne regardait pas à les dépenses pour faire le bien. Elle disait qu'elle

passerait les mers, qu'elle irait au bout du monde si elle croyait que Dieu le voulut pour y procurer sa gloire ».

Quam multa, quam paucis !

DE VIRTUTIBUS IN GENERE.

Milites quorum sub signis animus invictus, pugnax audacia, fortitudo fuerat eximia, fortium honestabantur nomine, et omnes qualitates id genus virtutem maiores nostri appellare consueverant; nostris vero temporibus ex hac re eos virtute praeditos putamus, qui non immemores militiam esse vitam hominis super terram ad obitum usque contra illecebras ac blanditias huius aevi certaverint ut Coelestium honoribus digni viderentur. Inter hos procul dubio recensenda Ioanna Antida nostra, quae divina atque ecclesiastica praecepta assidue servavit, munera officiaque diligentissime explevit, omnium se praebuit virtutum exemplar. Testes praeterea in hoc etiam concordant sublimem virtutum habitam Dei Ancillam eminenter possedisse et alacritatem cum facilitate, et delectationem cum sui ipsius abnegatione semper ostendisse, sive versabatur rebus in secundis sive adversis. Mascula enim huius praeclarissimae feminae virtus in his praesertim refulsit, tantaeque virtutis nomini nil quisque obiciendum putavit. Quod ut planum faciam de singulis virtutibus disceptare seorsum aggrediar.

DE FIDE HEROICA.

Omnium Virtutum fundamentum fides, inter quam ne *informis* extet, et arborum radices nonnullae concurrere similitudines videntur, idest eadem firmitas ut virtuti intellectus adhaereat eadem altitudo, eademque foecunditas, quibus cognitio mysteriorum alitur, atque egregiorum facinorum copia locupletatur. Necessario itaque huiuscemodi conditiones heroicae fidei in aperto et propatulo prodeunt ex externis operibus, de quibus tantum Ecclesiae iudicare fas est. Haec innumera plane Dei Ancilla reliquit.

Fidem esse orationis fontem D. Augustinus censuit fidemque fundere preces, preces fidei firmitatem impetrare.Narratur ad rem Dei Famula tali fervore oravisse ut etiam fastidientes exemplo moveret. Ita Testis III : « nelPattendere alla santa orazione il faceva con tale raccoglimento e con tale spirito di devozione, che invogliava all'esercizio della preghiera anche chi non aves-

se avuto volontà di pregare ». Precibus vero rerumque coelestium contemplationi tempus, quod occupationes, quibus distinebatur somno quoque se abstinens, reliquum faciebant, impendere solebat. Quod Testis III his verbis asserit : « In quanto alla fede, per quello che consta a me stessa in parte, e per quello che ho rilevato dalla tradizione predetta, la S. d. 1). fu fornita dello 'spirito di orazione al cui esercizio consacrava tutto il tempo che aveva libero dalle sue occupazioni ». Haec quoque Testis XXXII confirmat : « È comune presso noi il convincimento che la S. di D. per fare quello che ha fatto e soffrire quello che ha sofferto, dovette avere una fede viva, la quale è dimostrata dal suo abituale spirito di orazione, e alla preghiera dedicava molta parte della notte ».

Sed nihil magis commendat fidem quam indefessa erga mirabile Eucharistiae mysterium religio, quae supra naturam (si Alberto Magno credimus) supra sensum et supra intellectum elevatur. *{Comp. Theol. B. Alberti Magiii VI, 15).* Quis enim dubitare auderet quin Herois nostra tanti sacramenti studiosissima fuisset cum nisi prius humilis ad sacrarium accessisset, nunquam se somno datura esset; nunquam iter ingressum quin antea rei divinae interfuisset, vel pane fortium humanitatem infirmam refecisset? Interroga Testem XVIII : « Fu devotissima del SSmo Sacramento, che visitava spesso e non andava mai a letto, se prima non l'avesse visitato. Non intraprendeva mai viaggio se non dopo ascoltata la messa e fatta la comunione sacramentale ». Itaque cum in deliciis Synaxim haberet, summa ac frequenti pietate ad coelestium epulas accedebat diebus praesertim, quas regulae statuerant, quod nisi id fieri posset, divina, saltem spiritu, convivía celebrabat. Proferam verba Testis XII : « Non lasciava di fare la sua Comunione Sacramentale nei giorni prescritti dalla regola, e quando non poteva fare la Comunione Sacramentale, facevasi la Comunione spirituale ».

Quo quisque validius Christo per fidem adhaeret, eo pronior esse debet ad Matrem colendam, quae cum illo tam arcte coniungitur. Igitur a pueritia admirabilis Dei Ancilla in clientelam Deiparae se suamque contulit innocentiam : progressu vero temporis ad cultum illius sorores adduxit, quod est maximum fidei documentum : *Ex fide enim,* ait D. Laurentius Iustiniani, SÍ *nos in hac lacrymarum ext dantes valle pia, eum devotione*

clamemus ad Virginem, ipsam prosequamur votis, sociemus in canticis, laudibus e ff eramus, quatenus agnoscat mater filios, libera captivos, deliciis coelestibus impinguet famélicos. (In fest, assumpt. B. V.). Dei igitur Ancilla qua die Deipara ab Angelo salutata est promere vota quotannis sororibus mandavit; mense maio precibus floribusque Virginis delubrum exornare consuevit, ac in memoriam illius doloribus cruciatae, ut supplicationes recitarentur feria quaque sexta praecepit. Mariam postremo sub titulo a labe nesciam in dies singulos adprecabatur, sertum piaculare per integram horam quotidie recitare brevesque, quibus constat, meditationes, quae vulgo *mysteria* appellantur, saepe accommodatis verbis sodalibus aperire solebat. Verum non nostris, sed testium verbis fides praestanda. Primus enim testis refert : « Verso la SSma Vergine nutriva la S. d. D. speciale devozione, e fervido sì, era il modo con che esortava le sue suore alla medesima divozione ». Succedit Testis II : « Verso la SSma Vergine, specialmente sotto il titolo dell' Immacolata Concezione, nutrì ardente divozione ed è tradizione tra noi, che quando recitava la corona del Rosario, vi occupava un'ora, volendo aggiungere molte preghiere, che recitava in ciascuna posta del rosario ». Item Testis III: « Anche verso la SS. Vergine nutrì la S. d. D. grande divozione, la quale era più distinta verso l'Immacolata Concezione e verso l'Annunziazione, nel cui giorno elio volle che si ripetessero i nostri voti, pratica che cominciò dall'approvazione delle nostre regole ». Idem testis paulo ante dixerat : « NelPattendere all'orazione, ella distingue va si per lo spirito di straordinario fervore, e soleva sempre esortare le sue suore al fervore e al raccoglimento nell'attendere all' orazione. Verso i misteri della passione di N. S. nutrì speciale devozione, e mi consta che quando recitava con le suore la corona del Rosario, soleva con grande fervore e penetrazione del suo spirito, spiegare con appositi sermoncini ogni mistero, e distinguevasi specialmente in questo suo fervore e penetrazione, allorché spiegava i misteri dolorosi ». Testis denique XVII : « La S. d. D. nutrì speciale devozione alla SSma Vergine, sotto il titolo dell' Immacolata, che essa onorò con ossequi quotidiani. Nella detta nostra Chiesa ne celebrava la festa con solennità : essa stessa recava i fiori a quell'altare, e tra le altre orazioni, che la sera si recitano dalle nostre suore, v'è una speciale preghiera all'Imma-

colata ad esempio della S. d. D. che tanto praticava. Dall' età in cui perdette per morte la sua genitrice, secondo è tradizione, essa pose in modo speciale la sua innocenza sotto la protezione della SSiìia Vergine ».

Tridentinum in XXV sessione docet sanctos una cum Christo regnantes preces suas pro Deo offerre : bonum igitur atque utile esse eos suppliciter invocare atque ad eorum deprecationes, opem auxiliumque confugere. Recte quidem Magister docet habitum theologicae fidei prae ceteris e cultu Sanctorum dignosci, quod et B. Laurentius Iustinianus confirmans ait: Deo *credit qui sanctis suis credit in quibus loquitur Deus.* (Lignum vitae C. 4 De Fide). Itaque hanc legem Dei Ancillam secutam attingimus cum defensorum indigetum nominibus supplicationes Ipsa coniecisset, quas, postquam coenatum erat, Sororibus recitandas tradidit ac constituit. Solebat etiam, difficillimis praesertim temporibus iter suscipiens, Angelum sibi tutelarem in praesidium crebrius vocare, ast D. Vincentii a Paulo (cuius spiritus particeps erat) patrocinio nullum utendi locum praetermittebat. Huius rei ineluctabile argumentum afferunt Testes quorum verba referre fas est, hinc inde collecta. Ita Testis I : « Nutriva pure grande divozione al nostro Protettore S. Vincenzo de' Paoli, e nelle regole che essa scrisse impose a noi l'obbligo di recitare dopo il refettorio una litania, in cui sono invocati i santi Protettori del nostro Istituto, ciò che manifesta la speciale divozione che la stessa S. d. D. aveva verso di essi ». Et Testis II : « Anche verso gli Angeli ed i Santi, specialmente verso coloro dei quali parlano le nostre regole, come S. Giuseppe, S. Giovanni, S. Gennaro, S. Luigi Gonzaga, e S. Vincenzo de' Paoli, nutrì speciale devozione ; e debbo deporre, per quello che essa operò, che dello spirito di S. Vincenzo de' Paoli ella partecipò largamente ». Testis denique XVII: « pose il noviziato del nostro Istituto sotto la protezione di S. Giuseppe. Ne' suoi viaggi, specialmente durante il periodo della rivoluzione francese, ponevasi sotto la custodia e difesa del suo Angelo Custode. Anche speciale devozione nutrì verso S. Vincenzo de' Paoli, sotto la cui protezione fondò l'Istituto : santo che soleva chiamare il padrone della casa dell'Istituto ».

In II libro Machabaeorum legitur sanctam et salubrem cogitationem esse pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur.

(Cap. XII). Hac una sacrorum librorum sententia tota vitae aeternae fides innititur, hoc uno iudicio animae non interire creduntur ; vanae alioquin inanesque preces fuissent, quibus Ioanna nostra manibus piaculari supplicio mactatis eo intentior litare soleret cum praesertim de sororibus ageretur. Docet enim Testis III : « Insinuò pure nelle dette regole la preghiera e il suffragio per le anime del Purgatorio, e fu anche da lei disposto, che, morendo una suora, le altre suore recitassero una sola volta le 15 poste del Rosario, e per un mese recitassero cinque *Pater* ed *Ave* ed applicassero una comunione sacramentale ».

Neque sterilis bonisque 'operibus vacua seu precibus tantum huius egregiae mulieris circumscripta fides iuxta illud : *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine intrabit in regnum coelorum : sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in eoelis est, intrabit in regnum coelorum* (Matth. cap. VII-21). Verum Ioannam Antidam fide vixisse procul dubio compertum est, sive temporum iniquissimorum replicatis memoriam, sive innumeras perpenditis difficultates, quae in vitae fere continuitate eam agitarunt, sive, ut paucis absolvam, illius in religionem ingressum, progressum, successum meditamini. Etenim nonne fide in suam vocationem obstacula vicit, pericula superavit, quibus etiam viri fortissimi haud raro offendunt, nefariorum hominum consuetudine, indignitates demum, vexationes ac necis minas placide leviterque tulit ? Igitur mulier praeclarissima neque operae pepercit, neque studio cessavit, neque a laboribus sese temperavit quin amplissimi magnanimique propositi non aequa parte contenta se omnia habituram esse exigeret. Audax equidem Dei Ancillae, fervida atque impavida indoles in his maxime proderat, sed minime impatientiae cessit.

Non indignum itaque videtur ea memorare, quae Matthaeuccius docuit: *Fides ad patientiam inclinat,... inde constat quod quo intensión est fides... maior est praesentium contemptus, maior in adversis patientia, et maior in tribulatione laetitia. (Tit. II Cap. 27).* Fidei ergo potius ac virtuti quam ingenio iure meritoque tribuendum censemus, ea quae abunde super vita ac moribus illius testes universi attulerunt : haec argumenta adducere nihil negotii est praeter delectum. Satis de pueritia esset quod XVII Testis praedicat : « Ho saputo che la S. d. D. fu educata in casa paterno; ella dalla puerizia sua fu innocen-

te, docile e dedita alla pietà.... Nella pietà poi e nell' esercizio delle virtù la S. d. D. andò sempre crescendo; il suo parroco eccitava le altre ragazze a imitare la S. d. D. e praticare con lei». Sed nec absurdum XVIII testis verba referre. «Ipsa fama dicit, Servam Dei mulierem praeditam spiritu pietatis et devotionis, adeo ut a primis annis contemporáneos suos etiam parvulos admiratione affecerit ». Neque quae paullo post idem asserit praetermittenda : « Etiam ex traditione accepi Servam Dei primis suae aetatis annis pietatis christianae exemplum se praebuisse, exinde erga eam veneratio orta fuit. Tunc temporis Curatum, uti in praesentiarum memini, eamdem Servam Dei aliarum puellarum exemplo proponebat». Adolescentem novum ingenium non induisse Testis II confirmat : « La sua fede viva si rileva chiaramente dalla sua prontezza, con la quale ubbidì alle chiamate di Dio e da quella energia, con cui, malgrado i gravissimi pericoli, che corse anche della vita, mandò ad effetto la grand' opera. La fede fu la sua guida e il suo valido sostegno nelle innumerevoli traversie della sua vita, durante le quali fu costantemente fedele a Dio, e a suoi cristiani doveri. La stessa fede viva risulta dal suo irremovibile attaccamento alle dottrine della stessa fede, insegnate dalla Chiesa cattolica. Essa si rifiutò sempre, non curando anche le minaccie della vita, che le si ripetettero, di dare il giuramento per la così detta Costituzione civile, e si guardava bene dal comunicare in qualsiasi modo con quei preti, che avevano giurato quella costituzione, e si astenne pure di ricevere da loro i sacramenti ed assistere alla loro messa ». XXXI etiam Teste utar : « In specie posso dire, che la vivezza della sua fede appariva dal suo spirito e vita di orazione, dalla sua viva confidenza in Dio. Nelle molteplici sue tribolazioni essa ebbe sempre in mira il Signore, donde la sua ammirabile fortezza nel sopportarle. Da lei si ebbe il motto che soliamo porre alle stesse nostre lettere « *Dio solo* ».

De Ioannae Antidae fide tanta dixere testes, ut res nemini dubia esse possit. Verum firma atque impigra illius virtus ex frequentissimis patet epistolis, quibus in illud, cuius ceteris documento erat, cultum pietatis religionisque observantiae sorores incitare, inducère, impellere consueverit. Bini etiam libelli typis editi notantur, dialogi modo non sine divinarum rerum cognitione ac doctrina a Dei Ancilla exarati, ut divina atque eccle-

siastica praecepta tum puerulis, tum sororibus facilius proferret. Sed numquid verborum, hortationum sermonum omnium singulatim meminero ? Hic vero testium potius quam defensoris munus. Hac de causa Testis II asserit : « Le sue circolari rivelano altresì la viva fede da cui era animata, inculcando sempre con efficacia quello di cui si porse sempre modello specialmente in riguardo ai misteri della fede ». Et Testis XII eadem confirmat : « Anche per la lettura dei medesimi documenti, so che la S. d. D. scrisse moltissime circolari al suo Istituto, le quali, come in parte ho letto, ridondano dello spirito di pietà e di religiosa osservanza. Scrisse pure molte lettere alle suore e ai suoi confessori, ed un opuscolo sul Decalogo messo a stampa ; ed in tutto quello che ne ho letto, non vi ho trovato nulla, che in qualsiasi modo fosse contro la dottrina cattolica, ma invece ho ammirato la cattolicità de' suoi sentimenti ed una certa precisione teologica ». Instat insuper Testis XVIII : « Conosco, perchè un notorio, che della Serva di Dio esistono lettere di corrispondenza, circolari dirette al nostro Istituto, i cui originali non ho veduto, e due trattatini a forma di catechismo religioso, uno a vantaggio delle alunne delle scuole povere, l'altro per noi religiose : trattatini che esistono messi a stampa, e che la costante tradizione aggiudica alla S. d. D..... Io ho letto i suddetti scritti e li ho trovati pieni di sante massime conducenti alla perfezione cristiana e religiosa ».

Igitur ne cui vestrum mirum esse videretur me dicentem Ioannam Antidam Thouret ex fide heroica vixisse, id multis indiciis certissimisque testibus adeo probari ut nulla iam in re tam perspicua argumentatio quaerenda esset. Reliquum tamen adhuc habemus de eius fide laudandum, nempe in catholicam Ecclesiam Romanumque Pontificem, huius militantis Ecclesiae ducem magistrum et caput, rationis ac voluntatis obsequium, a quo Dei Ancillam nec minae terruere, nec impediverunt calumniae, neque nefariorum hominum insectationes abduxerunt. Huius itaque studiosissimae observantiae argumenta iugiter re et verbis expressit, ac primum data fuit occasio quum suae congregationis regularum assensum ab Apostolica Sede humiliter petivit ac benigne impetravit. Tot enim mirabilium rerum gestarum nihil Ioanna nostra perfecit, nihil egit, nihil cogitavit quidem, nisi ecclesiasticae auctoritatis licentia. Ita Testis I : « Verso l'autorità ecclesiastica nutrì sempre grande venerazione

e nulla mai ella operò in riguardo al nostro istituto ed installazione delle nostre case, senza l'approvazione de' superiori ecclesiastici e specialmente del Sommo Pontefice ». Nec aliter Testis III : « È altresì un notorio nel nostro Istituto, che cessata la rivoluzione Francese la S. d. D. chiese ed ottenne dalla S. Sede Apostolica l'approvazione delle Regole del nostro istituto. La S. Sede approvò le dette regole colle seguenti modificazioni, cioè che le case del nostro istituto sono in diretta dipendenza dai rispettivi Ordinari dei luoghi e i voti si vollero durevoli per tutto il tempo in cui le suore perseverano neh' istituto.... Avvenute le quali modificazioni per disposizione della S. Sede la S. d. D. ebbe a soffrire molte tribolazioni ». Quod idem testis paullo post his verbis confirmat : « Grande fu lo spirito della S. d. D. nell'osservanza delle leggi ecclesiastiche, e ciò è ben dimostrato dall' abbonimento che sempre mostrò al giuramento che la rivoluzione francese impose ». « Aborri, ita Testis XII, sempre il comunicare coi preti scismatici, e stando gravemente inferma a Parigi, non volle confessarsi che ad un prete cattolico, ed eroico si fu il suo attaccamento agii insegnamenti della Chiesa. Avendo saputo che Monsig. Lecoz, Arcivescovo di Besanzone, aveva dato il giuramento, esitò di affidargli la direzione generale del suo istituto, ma seguendo i consigli del^uo direttore, gliePaffìdò ». Testis demum XXXÍI cumulum ceteris affert: « In una lettera sottoscritta dalla Serva di Dio e conservata nel nostro Archivio si legge con grande edificazione l'esortazione, che Ella fece alle suore di Francia, con cui dice le gravi parole : ***Io sono figliuola della Chiesa, siatelo voi pure con me ».***

Ex his igitur, quae hoc capite tantum attigimus, haud equidem dubitandum putamus quin PP. EE. pro certo habeant heroicam Ioannae nostrae fidem multimodis comprobatam fuisse, adeo ut probabilior dubitandi ratio nulla superfore videatur.

DE HEROICA SPE.

Omnium virtutum fundamentum esse fidem satis iam praedica vimus : spes nunc perpendenda est, quae fulcit sanctitatis templum, instar marmoreae columnae, de cuius illaesa firmitate haud sane dubitandum licebit, si D. Laurentio Iustiniani credimus dicenti : ***Spes est quasi columna, quae totum spirituale aedificium sustentat, qua deficiente, aedificium eorruit ac in***

barathrum desperattonis eoncidit. Heroica itaque spes columnae gaudeat firmitate oportet ut divinae in rebus humanis providentiae innitatur; altitudine, ut animus mortalium ad coelestia erigatur ; soliditate demum, ne adversarum rerum vi aut iactura labefactetur. Sed neque firma spes erit nisi in certis rebus sibi constituerit fundamentum, neque alta, nisi coelestibus assurrexerit, neque solida, nisi Dominum respexerit eiusque numini acquieverit.

Verum fundamenta Ioanna nostra firmissima, altissima, solidissima posuit, cuius spes in Deo omnis sita erat, cum de aeterna salute, vel de vocatione, seu de institutione ac successu congregationis ageretur. Quod Testis II confirmat his verbis : « Fu illuminata la sua speranza e viva fiducia in Dio sia in riguardo alla propria salvezza, che ebbe sempre in mira in tutto quello che fece, sia in riguardo alle opere che mandò ad effetto, per la maggior gloria di Dio e pel bene delle anime e rifulse indubitatamente così fatta virtù nel superare gl'innumerevoli ostacoli e le continue lotte che le si presentarono, ostacoli e lotte che essa affidata in Dio superò felicemente ». Et Testis III narrat : « La sua viva speranza in Dio e la sua grande fiducia apparve bene da quello che costantemente operò al fine della sua santificazione ed eterna salute, cui tendeva coi suoi pensieri e colle sue opere. La stessa viva speranza addimostrò nell'opera della fondazione del suo Istituto, per la quale fondazione dovette superare gravissimi ostacoli e continue difficoltà, e su tutte ella appoggiata al divino aiuto trionfò. Anche pei mezzi temporali nell' impianto delle sue case e loro mantenimento si distìnse sempre per viva fiducia in Dio ». Item Testis XII : « Esimia si fu la sua speranza e viva la sua fiducia in Dio. Benché di cagionevole salute abbraccia con uno slancio di fiducia in Dio lo stato religioso. Scacciata da Parigi dalla rivoluzione va a piedi a Besanzone per fuggire la rivoluzione. Viva altresì mostrò la sua fiducia in Dio nel soffrire tutto quello che si attraversò all'istituzione delle sue opere e del suo Istituto. Fondò il suo Istituto colla sua ammirabile fiducia in Dio senza mezzi umani ». Testis demum XIII cetera quae dici possunt de heroica spectatissimae mulieris spe brevi resumit : « Si distinse per una viva speranza e confidenza in Dio, il quale fu sempre il solo che essa riguardò, in tutto in ordine cioè a sè e alia propria santificazione e salute eterna ed in ordine al

buon esito ed andamento del suo Istituto, e da lei derivò il motto proprio del nostro Istituto *Dio solo* ».

Quod in libro psalmorum legitur : *In te speraoerunt et non sunt confusi* (ps. 21-6) optimis christifidelium iure meritoque accommodatur : consuevit enim Deus immortalis atque humanarum rerum summus moderator ita quos diligit nonnunquam periclitan, ut ipsi in barathrum desperationis iam iam praecipuos eant. Sed cum praesertim aequora increscunt, Numen impiger adest, ventos mitigans, Auctus componens, malaciam adducens. Haec igitur certitudo Ioannae nostrae succurrebat, quam comprobavit eventus, nam Testis I ait : « Per quanto riguardò il temporale delle case del suo Istituto ella con la sua viva Aducia in Dio conseguì i mezzi necessarii pel mantenimento delle case stesse ». Quod etiam XIII Testis conArmat : « So che la Serva di Dio in Besanzone aprì la prima casa del nostro Istituto dove ebbe i suoi inizii l'istituto stesso, e quella casa fu da lei aperta coi mezzi apprestati dalla Provvidenza ». Huiusce inconcussae spei adhuc extat celeberrima fama, si credendum Testi XIV putamus : « Io ho sempre inteso elogiare la Serva di Dio come fornita di tutte le virtù cristiane, teologali, cardinali e morali. In ispecie.... della sua illimitata Aducia in Dio, mercè cui riuscì a superare i grandi ostacoli che le si attraversarono e a fondare la grande opera del nostro Istituto ».

Virtus vero, de qua nunc agitur, ad obstacula difficultatesque referenda est, quae cum maxime homines ab incoeptis nequidquam deterreant, eo magis spem inconcussam demonstrant : haec enim una timoris munimina frangit, ac mortales ad clariora sollicitat atque incendit. Inter hos procul dubio recensenda Ioanna Antida, quam nec vincere potuerunt parentis repugnantia, nec domesticarum rerum blanditiae, etiam atque etiam adhibitae, non litterarum ignorantia, non aegrotatio, non angustia pecuniae, ac ne minae quidem ac vexationes flagitiosorum hominum, quos nulla fldes, nulla beneAcii memoria, nullaque humanitas mansuefecerat. Ad rem est ea quae Testis II enarrat referre : « Attendendo alle quali opere di carità neppure i rivoluzionarii la risparmiarono e manifestando contro di lei il loro odio non lasciarono di perseguitarla Ano a minacciarla di fucilazione. La Serva di Dio vedendosi esposta al duro cimento del pericolo della sua vita si fuggì in luoghi di campagna dove

raminga e solitaria passò circa dieci mesi, ridotta a rifocillarsi col solo pane ed acqua, e talora fu obbligata a nascondersi in luogo più secreto per sfuggire il pericolo. Intanto avvenne che un altro personaggio anche rivoluzionario, così disponendo Iddio, la protesse ed impose che la lasciassero in piena libertà sua. Per la quale disposizione la Serva di Dio ritornata dalla campagna riprese liberamente le opere della sua carità, sia per la scuola, sia per l'assistenza ai malati ». Eadem spe freta Dei Ancilla numquam defatigata est neque bonis operibus vacavit uti eadem Testis II retulit : « Quello poi che fa meraviglia si è che la Serva di Dio senza mai stancarsi, oltre ad attendere alla numerosa sua scuola sapeva trovar tempo da visitare ed assistere agli infermi ai quali prodigava ogni sua cura caritativa, aiutandoli colle medicine ed altri mezzi curativi, le quali due opere, quella cioè della scuola e quella dell'assistere agli infermi, ebbero tale un successo che gli stessi amministratori delle opere di beneficenza commisero alla Serva di Dio la distribuzione delle medicine e degli altri soccorsi di malati ».

Doctor Salesius huius theologicae virtutis edocens praecepta, timorem sine spe desperationem, spem vero absque ullo timore praesumptionem vocabat, quae nil aliud est nisi fiducia certissima aliquid obtinendi, divino auxilio posthabito, suisque tantum viribus innixa. Ast Dei Famula nullam sibi adscivit sapientiam, sui enim prorsus diffidens, superioribus semper paruit in his praesertim, quae ad institutionem ac regimen Congregationis religiosaeque familiae spectabant, quae Testis VIII iure affirmavit : « È un notorio nel nostro Istituto che la Serva di Dio *premo il consiglio degli ecclesiastici dai quali fu sempre dipendente e col pieno consenso degli Ordinarii dei luoghi* cominciò l'opera della fondazione del suo Istituto ». Itemque Testis X : « Stando nella Svizzera come pure intesi dalle medesime persone, due ecclesiastici di Besanzone, che pure si erano rifugiati nella Svizzera, 1" esortarono a ritornare in Besanzone per fondarvi un Istituto di Carità. *La Serva di Dio ubbidì,* e recatasi a Besanzone aprì una casa dove in compagnia di altre, a quanto ricordo, attese alle opere della cura degli infermi a domicilio, dei poveri ai quali dava sussidii, e all'istruzione delle giovanette ». Et Testis XII : « Dai surriferiti documenti ho rilevato che la Serva di Dio *previo 1'a.vviso dei suoi Direttori, dai quali essa fu dipendente* aprì in Besanzone una scuola gratuita

coadiuvata da tre signorine i cui nomi ora non ricordo, e nei contempo insieme alle dette compagne assisteva agli infermi ». Nec verba Testis XV praetermittant : « Suor Antonietta mi riferì che la Serva di Dio fece la detta fondazione *per ubbidire* all'esortazioni di un ecclesiastico, che mi pare essere stato il suo parroco a quanto ricordo, e la prima nostra casa fu aperta dalla Serva di Dio in Besanzone, come è un notorio nel. nostro Istituto ».

Summae demum religiosae familiae moderatricis erat sodales ad divinum cultum non exemplo tantum, sed verbis etiam excitare atque impellere, qua ex re intelligens nihil amplius divino cultui repugnare haesitatione ac pigritia, has crebris sperandarum rerum hortationibus curare cogitaverat, ad mentem Ammiani Marcellini, cuius haec sententia : *Nihil est efficacius spe ad sublevandam hominum lassitudinem* (lib. 2 de bello civ.). « Fu dotata (ait Testis XVII) di una viva speranza e fiducia in Dio principalmente per riguardo alla sua salute eterna e questi sentimenti soleva sempre ispirare alle sue suore ». Et paulo post eadem Testis : « Coi sentimenti della sua viva speranza eccitava e confortava lo spirito delle sue Suore ». XXXII quoque Testis inquit: « Quello stesso che fece e che soffrì mostra chiaramente la viva confidenza in Dio che efficacemente eccitava nelle sue Figlie specialmente nei tempi di avversità ».

Ex his igitur, quae huc usque diximus, constare videtur de heroica spe heroidis nostrae, quae, dum vixit, ita finem ultimum sibi proposuit ut Deo inhaereret tanquam perfectae bonitatis fonti ac fundamento. Itaque ab Ipso non finem tantum, quin etiam rationes et studia, quibus hunc consecutum esset, sibi pacate spondebat absque dubio et cum alacritate et constantia, quas heroicae virtutis qualitates atque conditiones esse Magister edocuit.

DE CARITATE IN DEUM.

Generis humani Dominus simul et pater ille qui coelum terramque suo numine complet, tunc enimvero luculenter apparuit cum, beneficiis magis quam metu agitans imperium, iussit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua* (Deut. **6-5);** quod primum et maximum praeceptorum est. Nihil enim divino amore perfectius, nihil purius, nihil aestimatione dignius, cum omnes animi

affectus excellentia praestet, veluti cetera metalla aurum pretiosissimum, cui a Deo ipso amor aequiparatur, christifideli dicens: *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum ut locuples fias.* (Apoc. 3-18).

Cum primum itaque Ioanna Antida nostra sapere cepisset, hanc divinam vocem audivit, eamque ita secuta est ut etiam a teneris unguiculis ceteros vicanos religione praestaret. Illam aegre Parochus dimittendam ferebat, ne plebs suae curae commissa, maximeque aequales aevo puellae, tanto exemplo carerent. En verba II Testis : « La Serva di Dio dalla fanciullezza mostrò grande inclinazione alle pratiche di pietà e di divozione, tantoché dal curato della sua parrocchia era proposta a modello alle altre fanciulle » : et paullo post « la Serva di Dio, giusta la tradizione, dalla fanciullezza mostrò grande inclinazione alla pietà e alle pratiche di divozione alle quali era dedita e il -curato della sua parrocchia non voleva che la Serva di Dio si allontanasse per monacarsi, acciò non perdesse egli un esemplare per le altre giovanette ». Quibus Testis III superaddit Dei Ancillam etiam a tenera aetate res profanas contempsisse: « Si mostrò dalla prima età aliena dai passatempi e dalle cose mondane ». Neque aliter Testis XVII: « Fu dalla prima età amante del ritiramento e dedita al raccoglimento, alle pratiche di pietà ».

Erat igitur Dei Ancilla quasi hortus sepe praetextus, illi tantum *qui pascitur inter lilia* reservatus et custoditus, cui honorem virginitatis suae, aetate vix sexdecim annorum, donaverat, postquam lubricam tentationem experta fuit. Nam quum in corde quasi insculptum gereret Deum esse bonum unicum et infinitum, eius amori ab adolescentia totam se tradidit, nec aliud quidquam antiquius habuit, quam ut ei cara aeque ac probabilis foret. Docet enim Testis II : « che la Serva di Dio rendeva grazie al Signore per averla liberata dalle insidie di quella Serva, ed ho altresì inteso che la Serva di Dio fece il voto di verginità prima che avesse vestito l'abito religioso ».

Casti iam foedus amoris ita Ioannam nostram vix adolescentulam incendebat, ut officiosam parentis benevolentiam superarci, ac nuptias, quas ipse obtulerat, respuisset, nil eius precibus admonitionibusve locum relinquens. Ita citata Testis II : « Il padre da sua parte, come altri parenti, ostacolarono la volontà della Serva di Dio, volendo specialmente il padre farla

passare a marito, ma la Serva di Dio fu ferma nella sua risoluzione solendo rispondere che neppure con un re essa si sarebbe indotta a maritarsi ».

Compertum est fervidum ac constantem amorem nonnisi rem dilectam spectare : quali igitur mente praestantissimam feminam oblatam sibi occasionem se Deo dicandi arripuisse, quali studio suscepta munera obiisse, quali fastidio iterata coniugii proposita reiecisse, vosmet animo fingite. Exemplo sitquod Testis III tradit : « Assistendo agli infermi soffri da parte di due giovani tentazioni che l'incitavano a tornare al secolo, ed uno di quei giovani arrivò fino a profferirsi pronto ad accompagnarla in casa paterna, ma la Serva di Dio resistette con fermezza a quelle insinuazioni senza punto farne caso ». Quod etiam a X Teste amplius confirmatur « Servendo agli infermi vi fu un tale medico per quanto mi pare ricordare, il quale spinse la Serva di Dio ad impegnarsi piuttosto nello stato del mondo, ma ella non curò affatto quella insinuazione e la disprezzò ». Neque aliter XII Testis : « Assistendo agli infermi in due distinte volte da secolari soffrì la tentazione di prender lo stato del matrimonio, ma ella non ne volle sentire, e soleva rispondere che era consacrata a Dio e non poteva appartenere a chicchessia ».

Cum ergo nullius nisi Dei se esse profiteretur, nil mirum quod eius animi consueta applicatio laudetur ; fervor, pietas ac religio, amplissima commendatione celebrentur: haec enim perfectio amoris est, in amando requiescere et recreari, neque alias delectationes sitire. Attamen verba I Testis audiamus : « Il suo abituale riconcentramento di spirito la mostrava una religiosa tutta unita con Dio, e quando era nel coro per gli atti comuni io distinsi bene il suo spirito di grande fervore, pietà e divozione, tanto che edificava e raccoglieva chiunque la guardava ».

Thomas a Kempis in IV libro De Imitatione Christi inenarrabilem illius erga humanum genus amorem perpendens, exclamat: ö *ineffabilis gratia, o admirabilis dignatio, o amor immensus homini singulariter impensus!* (cap. XIII, 3). Quid enim divinum amorem tam aperte demonstrat sicuti hoc mirabile fidei mysterium quo Deus ipse nobis in cibum prolatus est? Eucharistia enim divina beneficia recordatur, memorat Christi passionem, pignus futurae gloriae nobis ostendit : Eu-

charistia religiosam vitam sustentat, auget, reparat, delectat: Eucharistia demum tam arcte nos cum Christo Iesu coniungit ut vere dici possit quod una eademque vita fruimur, quod una eademque caritate incendimur, quod una eademque gloria erigimur. Itaque illius vitam, caritatem, gloriam non secus ac nostram tueri debemus, alioquin nullam tot beneficiorum partem consequi possumus. Flagrantissimo igitur desiderio enitendum est sacras epulas concelebrari, ut tanti amoris vices rependantur. In hoc praecipue Dei Ancilla emicuit, nam XIII Testis docet: « Non lasciava di fare la sua Comunione sacramentale nei giorni prescritti dalla regola, e quando non poteva fare la Comunione sacramentale face vasi la Comunione spirituale ». Item Testis XVII: « Ella ebbe sempre in mira soltanto Dio e la sua gloria: fu devotissima del Santissimo Sacramento, che visitava spesso, e non andava mai a letto, se prima non l'avesse visitato. Non intraprendeva mai viaggio se non dopo ascoltata la Messa e fatta la Comunione sacramentale ».

Cetera quoque Religionis mysteria verebatur, praecipue illud quod ad SS. Trinitatem atque ad dominicam passionem pertinet. Ita Testis XII : « Raccomandava con fervore alle sue Suore la divozione ai misteri della Passione di Nostro Signore e portò sempre sul suo petto sino alla morte l'immagine del Crocifisso ». Et citata Testis XVII habet: « All'altare maggiore della nostra casa di Regina Coeli fece come è tradizione tra noi esporre una immagine su tela rappresentante la Santissima Trinità ». Quae paullo post superaddit : « Verso la Santissima Croce di Nostro Signore aveva altresì speciale devozione e la Croce ella invocava come mezzo di difesa contro i suoi nemici ».

Nullus pictor omnia, quae in rerum natura sunt, adumbrare didicit : ita et ego vix nonnulla exprimere valui ex his, quae admirabilis Ioanna Antida nostra propter Dei gloriam, egit : praeterii enim illius ad catholicam religionem adeo animum propensum ut iniquum iusiurandum, etiam cum mortis discrimine, praestare abnuisset: praeterii illius iam celebratum obsequium in Deiparam Sanctosque indigetes; eiusque demum summam huius saeculi bonorum contemptionem praeterii, ne PP. EE. earundem rerum iteratio fastidirei. At monumenta nonnulla, quae in processu extant de illius in Deum caritate insigni, haudquaquam silentio transibo. Testis itaque XVII ait:

« Nella virtù della carità verso Dio.... depongo per la costante tradizione nostra che la Serva di Dio fu un'anima eroicamente amante di Dio, e tanto rilevasi dal tenore della sua vita costantemente distinta per pietà e per virtù. Le sue opere istituite e l'energico zelo con che le mandò ad effetto sono una larga dimostrazione della sua straordinaria carità verso Dio ». Nec aliter Testis XX : « La predetta suor Clarice Mantelli accennandomi la carità della Serva di Dio, mi fece intendere chiaramente che la carità di lei fu realmente estraordinaria e superlativa, quindi eroica ». Quibus addere confert ea quae Testis XXII dixit : « In particolare sul conto delle stesse virtù posso dirvi, secondo è fama pubblica nel nostro Istituto, che la Serva di Dio edificò assaissimo colla sua virtuosa vita e segnatamente nella sua carità si addimostrò eroica, giacché consumò la sua vita nel promuovere la maggior gloria di Dio ». Et Testis XXXII huius heroicae virtutis famam commemorans : « La medesima tradizione surriferita insegna che la Serva di Dio fu un'eroina in fatto di carità verso Dio, di cui zelò e promosse la maggior gloria ».

Heroicam vero huius praeclarissimae feminae in Deum caritatem ex illo satis compertam habemus, quod veluti tesserarci ac signum congregationis suae sororibus tradidit praecepitque. Narrat enim XXXI Testis: « Da lei si ebbe il motto che sogliamo apporre alle stesse nostre lettere *Dio solo* ». In hoc tantum nomine omnia instruere, dirigere, ac complere sodales docuit, nam divinarum atque humanarum rerum initium et finem Deum omnino esse intellexerat.

DE CARITATE IN PROXIMOS.

Qui Deum perfecte diligit, proximum quoque diligat necesse est. Nam proximorum amor nihil aliud est nisi amor erga Deum per eos, quos ad imaginem similitudinemque suam ipse creavit et fecit; quorum natura, ingenium, indoles eo tantum amore digna videntur, quod divinam speciem referunt. Tali eademque ratione pauperibus adsumus : paupertas vero triplex est, scientiae nempe, quae *ignorantia* dicitur; alimentorum, eaque vocatur *egestas ;* corporis demum, quam *infirmitatem* appellare consuevimus. Trifariae huic paupertati Ioanna Antida nostra sedula subvenit, vel puellas docendo, vel stipes corrogando pro pauperibus, vel aegrotantes auxilio iuvando, adeo ut heroicam

huius virginis caritatem historia maximopere collaudet, quamvis domus, ephebea, orphanotrophia, asyla ac nosocomia sororum a Caritate frequentissima, quae prae oculis habemus, eamdem caritatem Dei Ancillae abunde per se illustrent atque confirment, dum similem disciplinam mirifice amplectantur.

Sed ut eximia Dei Famulae caritas clarius elucescat, operae pretium est ob oculos ponere eius vivendi rationem, qualis unanimiter describitur. Itaque adhuc adolescens ab inhonesta ancilla sollicitata est, cui Ipsa viriliter restitit, quod pluries iam enarravimus: ast ne miserabili ancillae equidem detrimentum afferret, silentio tentationem praeteriit, eamque parenti austero ac de honore valde sollicito, non denunciavit, prouti a Teste II habetur : « La Serva di Dio giovanetta ebbe a soffrire da parte di una persona addetta al servizio di sua famiglia, la quale persona era di condotta non buona, ma essa la S. di D. si astenne dal manifestare cotai cosa al proprio padre ; il quale poi conosciuto personalmente il modo di agire di quella persona di servizio la espulse. Non posso poi dirvi il motivo preciso per cui la S. di Dio non manifestò al genitore la condotta della cennata fantesca, ma per quanto ho inteso dire, essa si astenne da quella denunzia per motivo di carità e di compassione verso la medesima serva ».

Non est igitur cur miremur si nullis terminis definitam praeclarissimae puellae misericordiam inveniemus fuisse; etenim si quid pecuniae aut obsonii ei porrigebatur, partem relinquebat et pauperibus dispertiendam servabat : « La Serva di Dio » ait Testis XII « dalla prima sua età senti grande inclinazione ai poveri e ai bisognosi ai quali porgeva elemosine ed anche parte del suo cibo ». Quod etiam a Teste XXXII confirmatur: « Dallo stesso manoscritto ho rilevato che la Serva di Dio passò gli anni della sua puerizia nella casa paterna, mostrando grande pietà e carità verso i poveri ai quali soleva dar parte del suo cibo ».

Cum autem aetate crevisset, nunquam a consueta in pauperes caritate declinavit, vel dum in tyrocinio Filiarum a Caritate permansit, vel etiam postquam, ob temporum iniquitatem, institutum abrogatum fuit sororesque huc atque illuc per orbem dissipatae sunt. Fidem enim, qua sponte se Deo Optimo Maximo pollicita fuerat, sponte postea tenere voluit, nil difficultatibus, nil vexationibus, nil quoque vinculorum ac mortis dis-

crimine deterrita, cum sacerdotibus rebellione gallica exagitatis opem auxiliumque sollicita ferret. Audiatur ad rem Testis VIII : « Uscita dall' Istituto (delle Figlie della carità) la Serva di Dio anche in Francia si occupò dell'istruzione delle giovanetto per tenerle salde nella religione cattolica. Visitava pure gl' infermi a domicilio e soleva inoltre portare soccorsi ai preti perseguitati dalla rivoluzione ».

Quinimo quum primum certior facta est quemdam presbyterum novam congregationem clam conditorum esse, statim adfuit nomenque dedit, ut ibi quoque ad bonum proximorum incumberet. Sed quantum ibi poenitentiae copia, tantum actuosae caritatis campus deerat, quod cum intellexisset, societati huic illico renunciavit, quod Testis II declarat : « Nella sua casa paterna avuta notizia che l'abb. Receveur aveva a Fontanelles istituita una nuova congregazione femminile si recò ivi e vi prese parte. Ma anche la casa di questa Congregazione fu soppressa dai rivoluzionarii e quell'abbate si trasferì colle congregate in Isvizzera dove la Serva di Dio, conoscendo che non poteva seguitare ad esercitarsi nelle sue predilette opere d'istruire la gioventù e di servire gli ammalati, lasciata quella congregazione ritornò in Francia, dove cominciò ad aprire scuole per la retta istituzione di fanciulli e di fanciulle, e la stessa S. di Dio fedele sempre alle opere di carità, per cui era entrata nell'istituto delle figlie delle carità, consecrava a servire gl'infermi le ore che aveva libere dalla scuola non risparmiandosi nè anche la notte ».

Neque Dei Ancilla animi volubilitate et inconstantia incriminanda est, quoniam non levi, sed potissima, nempe suae prosequendae vocationis, ratione permota, vitae statum mutavit, quod eventus postea ac tempora satis probarunt. Huius enim praeclarissimae foeminae in proximos amoris monumentum extat, quod nostris etiam diebus viget ac floret, institutum scilicet Sororum, quae a caritate vocantur, quod bene notavit allata iam antea Testis II : « La fondazione del nostro Istituto e le opere che essa praticò, e che ha lasciato in retaggio alle Suore sono una prova diretta ed esplicita dell' eroica carità di cui fu fornita la nostra Fondatrice. Al che aggiungo secondo è un notorio specialmente nel nostro Istituto che la S. di D. pel bene e salvezza altrui non cedette in faccia a qualsiasi pericolo anche della propria vita, e nei torbidi dell'infausta rivoluzione

francese fu ferma nel fare il vero bene, senza punto arrestarsi, ed anche in quell'epoca zelò colle opere sue la gloria di Dio e segnatamente spirituale e corporale de' prossimi ». Revera aegrotantes in nosocomiis auxilio iuvare, carcere clausos ac manicomiis adesse, orphanotrophiis adstare, puellis erudiendis operam dare, inita congregatione, sorores iussit, Domini instar, iuxta illud : *In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam suam posuit et nos debemus pro fratribus ponere.* (Epist. I Ioann. cap. III v. 16). Habemus ad rem confitentem Testem XIV: « Le opere volute dalla Serva di Dio e praticate da lei stessa sono l'assistenza agli infermi negli ospedali, ai detenuti nelle carceri, ai manicornii, agli orfanotrofìi e l'attendere all'istruzione della gioventù femminile ». Eadem Testis paullo post similia Dei Famulam Neapoli egisse confirmat : « Nella detta casa di *Regina coeli* la S. d. D. largiva grandi limosine ai poveri che ivi accorrevano. Le opere praticate dalla S. d. Dio in Napoli ebbero ottimo successo e furono bene accette ». Et Testis XV docet : « In detta casa *(Regina Coeli)* la Serva di Dio aprì scuole anche pei poveri, ed in Napoli si occupava della cura degli infermi a domicilio e dei poveri. Alla stessa S. d. D. fu affidato per l'assistenza l'ospedale degli Incurabili ». Quibus addenda sunt ea, quae narrat Testis XVI : « In detta casa *(Regina coeli)* aprì le scuole pei poveri e poi l'educandato. In ciascun sabato si occupava dei poveri ai quali dispensava limosine.... Mandò pure la Serva di Dio suore nelle tre infermerie dei tre educandati reali di Napoli, pei quali fu pure richiesta ».

Inter cetera, quae Benedictus XIV (lib. III cap. 23-34) veluti heroicae in proximos caritatis signa recenset, iniuriarum remissio notatur : in hoc etiam Ioanna nostra enituit, quae cum adversus Bisuntinum archiepiscopum et Bacone presbyterum querendi causas nectere potuisset, in eos tamen ita se gessit ut, si quis rerum conditionem nesciret, Dei Famulam potius laedentem quam laesam putaret. Quamobrem digna sunt, quae recitentur, Il Testis verba : « Il fatto fu che l'arcivescovo mostrò tutta la sua avversione alla Serva di Dio, e quando questa scontratasi col detto arcivescovo a Parigi gli si presentò per gittarsegli ai piedi e riconciliarsi, quell'arcivescovo la rigettò e non la volle ricevere. Inoltre il medesimo arcivescovo ordinò alle suore delle case di Francia, che non ricevessero la fonda-

trice loro madre.... Nella predetta contradizione la Serva di Dio come ho appreso dalla succennata tradizione si comportò da vera santa per gli atti di virtù che in allora dimostrò; e quando morì l'abb. Bacone, primo suo oppositore, la S. d. D. che se ne dolse intimò preghiere generali alle suore delle varie case per l'anima di lui ». Nec silentio praeteream elogia XII Testis: « Esimia altresì la carità che addimostrò nel perdonare a suoi avversarii verso i quali mostrò sempre la massima carità ».

Ex his, quae huc usque perpendimus, satis iam constat de admirabili huius virginis in proximos caritate. At tamen nonnulla quoque animadvertenda censemus, quae apud nos, ad hanc praecipuam virtutem, veluti ornamenta corusca ponuntur; morum scilicet suavitatem, benignissimamqne humanitatem, eo magis celebrandas, quod nemo Ioanna Antida nostra ex natura animosior fervidiorque erat. Propterea Testis XIX considerate notat : « All'epoca poi della pubblicazione della vita della predetta Fondatrice messa a stampa dall'abb. Calhiat nel 1892 la vivente nostra suora Clarice Mantelli parlando con me della Thouret, con sentimento mi elogiò lo spirito di dolcezza da cui fu essa animata e l'affabilità insigne con cui accoglieva tutti. Fo notarvi che la Mantelli fu contemporanea della Fondatrice dalla quale fu ricevuta nel nostro Istituto ».

Sed quid adhuc testes producere, quid torquere, opus est ut clarius Dei Ancillae caritas eluceat? Numquid monumenta, testimonia, documentaque desunt? Vobis igitur, amplissimi Patres, videmini : vos, qui teretes aures habetis, intelligensque iudicium, usitato more, decernite.

DE HEROICA PRUDENTIA.

Intellectui praeesse, finemque ultimum humanarum actionum explorate indicare, vias dare, adiuncta temporis, loci vel modi, ut omnia bene consulteque vertant, ostendere ac demonstrare, hoc opus, hic labor eximiae huius virtutis, quae ceteras adeo magnitudine praecellit ut sali in dapibus, oculo in corpore, phoebo in orbe terrarum, iure optimo comparetur. *Prudentia vera et perfecta est, qua consiliamur, iudicamus et praecipimus quae ad bonum finem totius vitae humanae pertinent.* Ita D. Thomas (2-2 q. 47 art. 13) quocum etiam Benedictus XIV sentit, docens actus prudentiae tres 'esse consultationem, iudicium et imperium. Si ergo ex ordinarii processus documentis

inveniendus Dei Ancillam ab adolescentia sua recta petivisse consilia, deinde vero vel iudicando vel praecipiendo se in vitae perpetuitate bene gessisse, haud dubitandum erit quin Ipsam hac etiam praeditam virtute fuisse asseramus. Singula igitur persequi iuvat.

Aberat aetatis maturitas et iam Dei Famula coelestiarum nuptiarum studio efferebatur; verum rei novitate commota, non, uti pleraeque solent, domum perturbava, neque acrius parenti adverso restitit, sed ad suam ipsius matrinam ac confessarium confugit, ut eorum uteretur consiliis, quibus adquievit, donec propitia tempora verterent: « La Serva di Dio, ait Testis XVII, specialmente nella sua età di circa 15 o 16 anni ebbe segni della sua vocazione allo stato religioso, e ciò ella più chiaramente comprese dopo fatta la sua confessione generale. Della sua vocazione ella parlava spesso con la sua matrina la quale l'esortava a ben ponderare la cosa e le prometteva che, conosciutasi la volontà di Dio intorno alla vocazione stessa, l'avrebbe appoggiata ed aiutata... Il suo confessore conosciuto che la S. di D. era chiamata allo stato religioso la addestrava e la formava allo stato stesso ».

Quamvis vero illius notationibus poìlicitationibusque herois nostra quandoque sui voti compotem fuisse futuram existimare!, nunquam tamen sibi licere vel honestum esse putavit unam vel alteram, quae prius ob oculos obversantur, religionem ingredi, sed suam sententiam confessarii semper iudicio permisit, certum habens se ita haud quaquam in errore versari. Ita Testis XII: « Dalle notizie scritte da suor Rosalia Thouret intorno alla S. di D. ho rilevato che la superiora dell'ospedale di Baunle-Dame diresse al padre della Serva di Dio una lettera con cui invitava la stessa S. di D. a prender parte al servizio del detto ospedale. Il padre che la voleva tenere con sé e che ripetutamente si oppose alla vocazione di lei, non le diede comunicazione di quella lettera, ma la S. di D. trovata a caso quella lettera e lettala ne conferì col suo parroco, il quale fu di contrario avviso, sia per le condizioni fìsiche di lei, sia pei pericoli, che il suo spirito avrebbe incontrati. La S. di D. intanto si mostrò virtuosamente obbediente ». Quod si nonnunquam, ut supra dictum est, in diversam a patre sententiam ivit, per vim tamen atque iniuriam conqueri noluit, sed homines usu ac sapientia praestantes, qui repugnantem parentem

ad officium reducerent, adivit. Laudatum iam Testem audite : « La Serva di Dio recatasi col suo genitore a Besanzone, conferì intorno alla sua vocazione con un sacerdote il quale era confessore delle suore Carmelitane di colà. Questo confessore approvò la vocazione della Serva di Dio allo stato religioso, ne parlò energicamente col padre, e l'obbligò a darle il consenso ». Quare nos etiam cum I Teste affirmare possumus : « L' idea vantaggiosa che ho io delle virtù della Serva di Dio, mi convince che essa si addisse allo stato religioso nella sua prima gioventù praticando tutto quello che è dettato dall'umana prudenza in riguardo alla scelta dello stato religioso ».

Quoad vero secundum prudentiae caput, quod iam tantummodo attigimus, sine dubitatione vel ambiguitate asserere possumus, Ioannam nostram rectissimo semper iudicio, iis rebus omnibus, quibus ad ampliorem divini nominis gloriam Ipsa studuerat, congregationi praesertim condendae, ac legibus moribusque constituendae, exitum imposuisse. In his itaque, ex mirabili prudentia, qua ecclesiasticae paruit auctoritati eiusque consilia obsequenter secuta est, maximam cepit utilitatem. « Mi consta per propria scienza, ait Testis I, ed è pure tradizione nel nostro istituto, che la Serva di Dio fondò il nostro istituto colla debita dipendenza dall'autorità ecclesiastica. Ella scrisse le regole del medesimo nostro istituto, regole che ebbero la sanzione pontifìcia verso l'anno 1820, per quanto ora mi sovviene». Neque eam utilitates latuere, quae ex concordia cum civili auctoritate redundare potuissent, quum congregatio, quam condiderat, praeter aeternam proximorum salutem, in bonum quoque publicum commodumque civium potissimum verteret. Quare Testis X ait : « Le regole stesse furono approvate dall'Ordinario di Besanzone, e furono anche munite dalla sanzione civile ». Providentissimum Dei Famulae consilium ! huic enim procul dubio debetur si, in tot ac tantis fortunae vicissitudinibus, tot rerum publicarum moderatoribus alternatis, imperio saepe ac multimode immutato, Sorores a Caritate exoptatae magis quam toleratae vel in G-alliis vel in Italia vel alibi fuere; atque si congregatio domibus opibusque atque auxiliis cuiuscemodi semper et ubique commodata est. In generale, ait I Testis, « ricordo che vivente ancora la Serva di Dio, questa estese anche in molte Provincie del Napoletano le sue opere in più stabilimenti pubblici ed in molti paesi.... e queste opere sono

state sempre bene accolte pel felice successo che hanno avuto ed hanno ». Quod etiam Testis II corroborat: « Quanto poi ai mezzi temporali depongo, per quello che pure ho rilevato dalla succennata tradizione, che la Serva di Dio raccolse i mezzi temporali per il mantenimento e diffusione delle sue case dai fedeli, dai relativi municipi e dallo stesso governo ».

Plura etiam ac maiora addere possum; quod vero ad me attinet, ex admirabili iudicio huius praeclarissimae feminae, heroicae prudentiae virtutem satis iam declaratam censeo : nonnulla nunc de illa gubernandi peritia videndum est. Sed quid multa ? Testes audite : enim I Testis ait : « In riguardo alle virtù cardinali depongo, secondo mi si presta ora la memoria, e per le suindicate fonti di mia scienza, che ella fu dotata di esimia prudenza sia nell'intraprendere e mandare ad effetto la fondazione del nostro Istituto, sia nel dirigerlo, ed è un fatto, secondo è di mia scienza personale, che le Suore mie coetanee tutte siano state sempre soddisfatte e contente del modo ottimo con cui ci governava la Serva di Dio ». Quod enim suis ipsius viribus explere non poterat, consilio prudentum virorum tentabat. Docet ad rem Testis III : « Nelle sue opere, come sempre ho inteso, conferiva col suo direttore spirituale, e nell'archivio nostro generale esiste buon numero di lettere del confessore della Serva di Dio fu Monsignor Narni, che morì Arcivescovo di Cosenza, lettere che sono di corrispondenza a quelle che la stessa S. di D. gli dirigeva ». Ceterum de eximia prudentiae laude, qua congregationem difficillimis temporibus rexit, liceat in nostram rem XVII Testis vertere dicta. « Ammirabile, ille ait, si fu inoltre la prudenza con che ella si governò nella grave incidenza della separazione della casa di Besanzone e di altre in Francia dal resto dell'Istituto. La specchiata prudenza della Serva di Dio fu causa che le suore nulla mai facessero senza la direzione e il consiglio della loro Madre ». His addenda sunt, quae XXXI Testis hisce verbis expressit: «Esiste pure nel detto archivio una lettera autografa della Serva di Dio e da questa diretta alla sua rappresentante in Besanzone. Questa lettera è relativa alle suore nella casa di Bourg, alle quali suore dirige esortazioni per l'esercizio della pazienza e della prudenza nel sopportare gli urti da parte del clero, ed è ammirabile il modo prudente con che parla di quegli urti senza punto nominare persona speciale ». Item Testis XXXII : « Di

quanto avvenne nel fatto della separazione delle case di Francia da quelle del resto dell'Istituto, essa, come sempre ho inteso, nulla mai disse in Italia ».

Prudentia praeterea docet sapientis structuris esse ex congesta materia quod ad opus constituendum utile videtur secernere, idque naviter expolire atque componere. Quod si res divulsas conglutinare aequum et planum non est quum de inanimis agatur, quanto difficilius atque asperius illos ratione tantum costringere qui ratione utuntur, vel, ut plerumque solet, uti deberent, eosque ad officium reducere ! At in hoc praesertim omnes curas diligentiasque Dei Ancillam providenter conflxisse referunt testes, inter quos XVIII inquit: «Quanto alia prudenza con che regolavasi la Serva di Dio nelPammettere le giovani all' Istituto ho sempre inteso in comunità, che era bene oculata nell'ammetterle, prendendo tutte le informazioni sul loro conto. In proposito della quale prudenza della S. di D. ricordo aver narrato in comunità, me presente, suor Brigida Magnani al presente già defunta, che quando una giovane è ammessa all'Istituto è come una pietra grezza ed informe, e che colla pazienza e colla carità bisogna curarla Ano a vedersene la riuscita ». Itemque Testis I: « Anche nell'ammissione delle giovani al nostro Istituto, mi consta per propria scienza che la Serva di Dio si distinse per esimia prudenza in proposito ». Denique huic capiti finem imponam verbis III Testis, quibus cetera et ampliora, quae de heroica Ioannae nostrae prudentia dici possunt, brevi ac summatim resumuntur: « quanto alle virtù cardinali depongo specialmente, per quello che ho attinto dalla tradizione, che la Serva di Dio fu dotata di esimia prudenza la quale apparve bene nel trattare l'affare della fondazione del nostro Istituto, opera che è cresciuta a meraviglia, e nel reggere l'Istituto, ed è un notorio presso noi suore ch'essa, pel modo come governò l'Istituto nostro, fu sempre amata, rispettata ed ubbidita dalle sue figlie ». Haec habui de prudentia quae dicerem : nunc ad reliqua progrediar.

(sequitur)

EPISTOLA ENCYCLICA Sanctissimi Domini Nostri LEONIS PAPAE XIII. DE IESU CHRISTO REDEMPTORE.

LEO PP. XIII

Venerabiles Fratres Saluterà et Apostolieam Benedictionem.

Tametsi futura prospicientibus, vacuo a sollicitudine animo esse non licet, immo vero non paucae sunt nec leves extimescendae formidines, cum tot tamque inveteratae maiorum caussae et privatim et publice insideant: tamen spei ac solatii aliquid videntur haec extrema saeculi divino munere peperisse. Nemo enim existimet, nihil habere ad communem salutem momenti renovatam cogitationem bonorum animi, fideique et pietatis christianae excitata studia : quas quidem virtutes revirescere apud complures aut corroborari hoc tempore, satis expressa signa testantur. En quippe in medio illecebrarum saeculi ac tot circumiectis pietati oftensionibus, tamen uno nutu Pontificis undique commeare Romam ad limina sanctorum Apostolorum multitudo frequens: cives pariter ac peregrini dare palam religioni operam: obla taque Ecclesiae indulgentia confisi, parandae aeternae salutis artes studiosius exquirere. Quem praeterea ista non moveat, quae omnium obversatur oculis, erga humani generis Salvatorem solito magis incensa pietas ? Optimis rei christianae temporibus facile dignus iudicabitur iste ardor animi tot hominum millium una voluntate sententiaque ab ortu ad solis occasum consalutantium nomen laudesque praedicantium Iesu Christi. Atque utinam istas avitae religionis velut erumpentes flammas magnum incendium consequatur : exemplumque excellens multorum reliquos permoveat'universos. Quid enim tam huic aetati necessarium, quam redintegrari late in civitatibus indolem christianam, virtutesque veteres? Illud calamitosum, alios et quidem nimis multos obsurdescere, nec ea, quae ab eiusmodi pietatis renovatione monentur, audire. Qui tamen si *seirent donum Dei,* si reputarent, nihil fieri posse miserius quam descivisse a liberatore orbis terrarum, moresque et instituta christiana deseruisse, utique exsuscitárent et ipsi sese, certissimumque interitum effugere converso itinere properarent. — Iamvero tueri in terris atque amplificare imperium Filii Dei, divinorumque beneficiorum communicatione

ut homines salvi sint contendere, munus est Ecclesiae ita magnum atque ita suum, ut hoc in opere maxime omnis eius auctoritas ac potestas consistat. Id Nos in administratione Pontificatus maximi, perdifficili illa quidem ac plena curarum, videmur ad hunc diem pro. viribus studuisse : vobis autem, venerabiles Fratres, usitatum certe est, immo quotidianum, praecipuas cogitationes vigiliasque in eodem negotio Nobiscum consumere. Verum utrique debemus pro conditione temporum etiam maiora conari, nominatimque per sacri opportunitatem Anni disseminare latius notitiam atque amorem Iesu Christi, docendo, suadendo, hortando, si forte exaudiri vox nostra queat, non tam eis, dicimus, qui effata christiana accipere pronis auribus consuevere, quam ceteris omnibus longe miserrimis, christianum retinentibus nomen, vitam sine fide, sine amore Christi agitantibus. Horum Nos maxime miseret: hos nominatim velimus, et quid agant et quorsum evasuri sint, ni resipuerint, attendere.

Iesum Christum nullo unquam tempore nullaque ratione novisse, summa infelicitas est, vacat tamen pervicacia atque ingrati animi vitio : repudiare aut oblivisci iam cognitum, id vero scelus est adeo tetrum atque insanum, ut in hominem cadere vix posse videatur. Principium enim atque origo ille est omnium bonorum : humanumque genus, quemadmodum sine Christi beneficio liberari nequiverat, ita nec conservari sine eius virtute potest. *Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (1). Quae vita mortalium sit, unde exsulet Iesus, *Dei virtus et Dei sapientia,* qui mores, quae extrema rerum non satis docent exemplo suo expertes christiani luminis gentes? Quarum qui parumper meminerit vel adumbratam apud Paulum (2) caecitatem mentis, depravationem naturae, portenta superstitionum ac libidinum, is profecto defixum misericordia simul atque horrore animum sentiat. — Comperta vulgo sunt, quae memoramus hoc loco, non tamen meditata, nec cogitata vulgo. Neque enim tam multos abalienaret superbia, aut socordia languefaceret, si divinorum beneficiorum late memoria coleretur, saepiusque repeteret animus, unde hominem Christus eripuit, et quo provexit. Exheres atque exsul tot iam aetates

(1) Act. IV, 12.
(2) Ad Rom. I.

in interitum gens humana quotidie rapiebatur, formidolosis illis aliisque implicata malis, quae primorum parentum pepererat delictum, nec ea erant ulla humana ope sanabilia, quo tempore Christus Dominus, demissus e caelo liberatur, apparuit. Eum quidem victorem domitoremque *serpentis* futurum, Deus ipse in primo mundi ortu spoponderat : inde in adventum eius intueri acri cum expectatione desiderii saecula consequentia. In eo spem omnem repositam, sacrorum fata vatum perdiu ac luculente cecinerant : quin etiam lecti cuiusdam populi varia fortuna, res gestae, instituta, leges, caeremoniae, sacrificia, distincte ac dilucide praesignificaverant, salutem hominum generi perfectam absolutamque in eo fore, qui sacerdos tradebatur futurus, idemque hostia piacularis, restifutor humanae libertatis, princeps pacis, doctor universarum gentium, regni conditor in aeternitate temporum permansuri. Quibus et titulis et imaginibus et vaticiniis specie variis, re concinentibus, ille designabatur unus, qui propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, pro salute nostra sese aliquando devoveret. Sane cum divini venisset maturitas consilii, unigenitus Filius Dei, factus homo, violato Patris numini cumulatissime pro hominibus uberrimeque satisfecit de sanguine suo, tantoque redemptum pretio vindicavit sibi genus humanum. *Non eorruptibilibus auro vel argento redempti estis.... sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati* (1). Ita omnes in universum homines potestati iam imperioque suo subiectos, quod cunctorum ipse et conditor est et conservator, vere proprieque redimendo, rursus fecit iuris sui. *Non estis vestri: empti enim estis pretio magno* (2). Hinc a Deo instaurata in Christo omnia. *Sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo* (3). Cum delesset Iesus chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci, continuo quievere caelestes irae; conturbato erran tique hominum generi antiquae servitutis liberata nexa, Dei reconciliata voluntas, reddita gratia, reclusus aeternae beatitudinis aditus, eiusque potiundae et ius restitutum et instrumenta praebita. Tum velut excitatus e veterno quodam diuturno ac mortifero dispexit homo

(1) I Pet. I, 18-19.
(2) I Cor. VI, 19-20.
(3) Eph. I, 9-10.

lumen veritatis concupitum per tot saecula quaesitumque frustra : in primisque agnovit, ad bona se multo altiora multoque magnificentiora natum quam haec sint, quae sensibus percipiuntur, fragilia et fluxa, quibus cogitationes curasque suas antea finierat: atque hanc omnino esse humanae constitutionem vitae, hanc legem supremam, huc tamquam ad finem omnia referenda, ut a Deo profecti, ad Deum aliquando revertantur. Ex hoc initio et fundamento recreata revixit conscientia dignitatis humanae : sensum fraternae omnium necessitudinis excepere pectora : tum officia et iura, id quod erat consequens, partim ad perfectionem adducta, partim ex integro constituta, simulque tales excitatae passim virtutes, quales ne suspicari quidem ulla veterum philosophia potuisset. Quamobrem consilia, actio vitae, mores, in alium abiere cursum : cumque Redemptoris late fluxisset cognitio, atque in intimas civitatum venas virtus eius, expultrix ignorantiae ac vitiorum veterum, permanasset, tum ea est conversio rerum consecuta, quae, christiana gentium humanitate parta, faciem orbis terrarum funditus commutavit.

Istarum in recordatione rerum quaedam inest, venerabiles Fratres, infinita iucunditas, pariterque magna vis admonitionis, scilicet ut habeamus toto animo, referendamque curemus, ut potest, divino Servato ri gratiam.

Remoti ob vetustatem sumus ab originibus primordiisque restitutae salutis : quid tamen istuc referat, quando redemptionis perpetua virtus est, perenniaque et immortalia manent beneficia ? Qui naturam peccato perditam reparavit semel, servat idem servabitque in perpetuum; *Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus...* (1). *In Christo omnes vivificabuntur...* (2). *Et regni eius non erit finis* **(3).** Itaque ex aeterno Dei consilio, omnis est in Christo Iesu cum singulorum, tum universorum posita salus : eum qui deserunt, hoc ipso exitium sibi privatim coeco furore consciscunt, eodemque tempore committunt, quantum est in se, ut quam maiorum calamitatumque molem pro pietate sua Redemptor depulerat, ad eam ipsam convictus humanus magna iactatus tempestate relabatur.

Rapiuntur enim errore vago optata ab meta longius, qui-

(1) Tim. II, 6.
(2) I Cor. XV, 22.
(3) Luc. I, 33.

cumque in itinera se devia coniecerint. Similiter si lux veri pura et sincera respuatur, offundi caliginem mentibus, miseraque opinionum pravitate passim infatuari animos necesse est. Spes autem sanitatis quota potest esse reliqua iis, qui principium et fontem vitae deserant? Atqui via, veritas et vita Christus est unice. *Ego sum via, et veritas, et vita* (1) : ita ut, eo posthabito, tria illa ad omnem salutem necessaria principia tollantur.

Num disserere est opus, quod ipsa res monet assidue, quodque vel in maxima mortalium bonorum affluentia in se quisque penitus sentit, nihil esse, praeter Deum, in quo voluntas humana absolute possit atque omni ex parte quiescere ? Omnino finis homini, Deus: atque omnis haec, quae in terris degitur, aetas similitudinem peregrinationis cuiusdam atque imaginem verissime gerit. Iamvero *via* nobis Christus est, quia ex hoc mortali cursu, tam laborioso praesertim tamque ancipiti, ad summum et extremum bonorum, Deum, nulla ratione pervenire, nisi Christo auctore et duce, possumus. *Nemo venit a.d Patrem, nisi per me* (2). Quo modo nisi per eum ? Nempe in primis et maxime, nisi per gratiam eius : quae tamen *vacua* in homine foret, neglectis praeceptis eius et legibus. Quod enim fieri, parta per Iesum Christum salute, oportebat, legem ipse suam reliquit custodem et procuratricem generis humani, qua nimirum gubernante, a vitae pravitate conversi, ad Deum homines suum securi contenderent. *Euntes docete omnes gentes:... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis...* (3). *Mandata mea servate* (4). Ex quo intelligi debet, illud esse in professione christiana praecipuum planeque necessarium, praebere se ad Iesu Christi praecepta docilem eique, ut domino ac regi summo, obnoxiam ac devotam penitus gerere voluntatem. Magna res, et quae multum saepe laborem vehementemque contentionem et constantiam desiderat. Quamvis enim Redemptoris beneficio humana sit reparata natura, superstes tamen in unoquoque nostrum velut quaedam aegrotatio est, infirmitas ac vitiositas. Appetitus varii huc atque illuc hominem rapiunt, rerumque externarum illecebrae facile impellunt animum ut, quod Iubeat, non quod a Christo imperatum sit, sequatur. Atqui

(1) Io. XIV, 6.
(2) Io. XIV, 6.
(3) Matth. XXVIII, 19-20.
(4) Io. XIV, 15.

tamen contra nitendum, atque omnibus viribus repugnandum est cupiditatibus *in obsequium Christi:* quae, nisi parent rationi, dominantur, totumque hominem Christo ereptum, sibi faciunt servientem. *Homines corrupti mente., reprobi circa fidem, non efficiunt ut non serviant..., serviunt enim cupiditati triplici, vel voluptatis, vel excellentiae, vel spectaculi* (1). Atque in eiusmodi certamine sic quisque affectus esse debet, ut molestias etiam et incommoda sibi suscipienda, Christi caussa, putet. Difficile, quae tanto opere alliciunt atque oblectant, repellere : durum atque asperum ea, quae putantur bona corporis et fortunae, prae Christi domini voluntate irnperioque contemnere: sed omnino christianum hominem oportet patientem et fortem esse in perferendo, si vult hoc, quod datum est vitae, christiane traducere. Oblitine sumus cuius corporis et cuius capitis simus membra ? Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, qui nobis ut nosmetipsos abnegaremus praescripsit. Ex ea vero affectione animi, quam diximus, humanae naturae dignitas pendet ipsa. Quod enim vel sapientia antiquorum saepe vidit, imperare sibi efficereque ut pars animi inferior obediat superiori, nequaquam est fractae voluntatis demissio, sed potius quaedam generosa virtus rationi mirifice congruens, in primisque homine digna. — Ceterum, multa ferre et perpeti, humana conditio est. Vitam sibi dolore vacuam atque omni expletam beatitate extruere non plus homo potest, quam divini conditoris sui delere consilia, qui culpae veteris consectaria voluit manere perpetua. Consentaneum est ergo, non expectare in terris finem doloris, sed firmare animum ad ferendum dolorem, quo scilicet ad spem certam maximorum bonorum erudimur. Neque enim opibus aut vitae delicatiori, neque honoribus aut potentiae, sed patientiae et lacrimis, studio iustitiae et mundo cordi sempiternam in caelo beatitudinem Christus assignavit.

Hinc facile apparet quid sperari denique ex eorum errore superbiaque debeat, qui, spreto Redemptoris principatu, in summo rerum omnium fastigio hominem locant, atque imperare humanam naturam omni ratione atque in omnes partes statuunt oportere : quamquam id regnum non modo assequi, sed nec definire, quale sit, queunt. Iesu Christi regnum a divina caritate vim et formam sumit : diligere sancte atque or-

ti) S. Aug. De vera rei., 37.

dine, eius est fundamentum et summa. Ex quo illa necessario fluunt, officia inviolate servare : nihil alteri de iure detrahere : humana caelestibus inferiora ducere : amorem Dei rebus omnibus anteponere. Sed isthaec dominatio hominis, aut aperte Christum reiicientis aut non curantis agnoscere, tota nititur in amore sui, caritatis expers, devotionum nescia. Imperet quidem homo, per Iesum Christum licet: sed eo, quo solo potest, pacto, ut primum omnium serviat Deo, eiusque ab lege normam religiose petat disciplinamque vivendi.

Legem vero Christi dicimus non solum praecepta morum naturalia, aut ea quae accepere antiqui divinitus, quae utique Iesus Christus omnia perfecit et ad summum adduxit declarando, interpretando, sanciendo: verum etiam doctrinam eius reliquam, et omnes nominatim ab eo res institutas. Quarum profecto rerum caput est Ecclesia: immo ullaene res numerantur Christo auctore institutae, quas non illa cumulate complectatur et contineat? Porro Ecclesiae ministerio, praeclarissime ab se fundatae, perennare munus assignatum sibi a Patre voluit: cumque ex una parte praesidia salutis humanae in eam omnia contulisset, ex altera gravissime sanxit, ei ut homines perinde subessent ac sibimetipsi, eamdemque studiose et in omni vita sequerentur ducem: *qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit* (1). Quocirca omnino petenda ab Ecclesia lex Christi est : ideoque via homini Christus, via item Ecclesia: ille per se et natura sua; haec, mandato munere et communicatione potestatis. Ob eam rem quicumque ad salutem contendere seorsum ab Ecclesia velint, falluntur errore viae, frustraque contendunt.

Quae autem privatorum hominum, eadem fere est caussa imperiorum: haec enim ipsa in exitus perniciosos incurrere necesse est, si digrediantur de *via.* Humanae procreator idemque redemptor naturae, Filius Dei, rex et dominus est orbis terrarum, potestatumque summam in homines obtinet cum singulos, tum iure sociatos. *Dedit ei potestatem, et honorem, et regnum: et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient* (2). *Ego autem constitutus sam rex ab eo.... Dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (3). Debet

(1) Luc. X, 16.
(2) Daniel. VII, 14.
(3) Ps. II.

ergo in convictu humano et societate lex valere Christi, ita ut non privatae tantum ea sit, sed et publicae dux et magistra vitae. Quoniamque id ita est provisum et constitutum divinitus, nec repugnare quisquam impune potest, idcirco male consulitur rei publicae ubicumque instituta christiana non eo, quo debent, habeantur loco. Amoto Iesu, destituitur sibi humana ratio, maximo orbata praesidio et lumine: tum ipsa facile obscuratur notio caussae, quae caussa, Deo auctore, genuit communem societatem, quaeque in hoc consistit maxime ut, civili coniunctione adiutrice, consequantur cives naturale bonum, sed prorsus summo illi, quod supra naturam est perfectissimoque et perpetuo bono convenienter. Occupatis rerum confusione mentibus, ingrediuntur itinere devio tam qui parent, quam qui imperant: abest enim quod tuto sequantur, et in quo consistant.

Quo pacto miserum et calamitosum aberrare de via, simillime deserere veritatem. Prima autem et absoluta et essentialis *veritas* Christus est, utpote Verbum Dei, consubstantiale et coaeternum Patri, unum ipse et Pater. *Ego sum via, et veritas.* Itaque, si verum quaeritur, pareat primum omnium Iesu Christo, in eiusque magisterio secura conquiescat humana ratio, propterea quod Christi voce loquitur ipsa veritas. — Innumerabilia genera sunt, in quibus humani facultas ingenii, velut in uberrimo campo et quidem suo, investigando contemplandoque, libere excurrat, idque non solum concedente, sed plane postulante natura. Illud nefas et contra naturam, contineri mentem nolle finibus suis, abiectâque modestia debita, Christi docentis aspernari auctoritatem. Doctrina ea, unde nostra omnium pendet salus, fere de Deo est rebusque divinissimis: neque sapientia hominis cuiusquam peperit eam, sed Filius Dei ipso ab Patre suo totam hausit atque accepit: *Verba quae dedisti mihi, dedi eis* (1). Idcirco plura necessario complectitur, non quae rationi dissentiant, id enim fieri nullo pacto potest, sed quorum altitudinem cogitatione assequi non magis possumus, quam comprehendere, qualis est in se, Deum. At enim si tam multae res existunt occultae et a natura ipsa involutae, quas nulla queat humana explicare sollertia, de quibus tamen nemo sanus dubitare ausit, erit quidem libertate perverse utentium non ea

(1) Io. XVII, 8.

perferre quae supra universam naturam longe sunt posita, quod percipere qualia sint non licet. Nolle dogmata huc plane recidit, christianam religionem nullam esse velle. Porro flectenda mens demisse et obnoxie *in obsequium Christi,* usque adeo, ut eius numine imperioque velut captiva teneatur: *In capacitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi* (1). Tale prorsus obsequium est, quod Christus sibi tributum vult; et iure vult, Deus est enim, propptereaque sicut voluntatis in homine, ita et intelligentiae unus habet summum imperium. Serviens autem intelligentia Christo domino, nequaquam facit homo serviliter, sed maxime convenienter tum rationi, tum nativae excellentiae suae. Nam voluntate in imperium concedit non hominis cuiuspiam, sed auctoris sui ac principis omnium Dei, cui subiectus est lege naturae : nec astringi se humani opinatione magistri patitur, sed aeterna atque immutabili veritate. Ita et mentis naturale bonum, et libertatem simul consequitur. Veritas enim, quae a Christi magisterio proficiscitur, in conspicuo ponit, unaquaeque res qualis in se sit et quanti: qua imbutus cognitione, si perceptae veritati paruerit homo, non se rebus, sed sibi res, nec rationem libidini, sed libidinem rationi subiiciet: peccatique et errorum pessima servitute depulsa, in libertatem praestantissimam vindicantur: *Cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* (2). — Apparet igitur, quorum mens imperium Christi recusat, eos pervicaci voluntate contra Deum contendere. Elapsi autem e potestate divina, non propterea solutiores futuri sunt: incident in potestatem aliquam humanam: eligent quippe, ut fit, unum aliquem, quem audiant, cui obtempèrent, quem sequantur magistrum. Ad haec, mentem suam, a rerum divinarum communicatione seclusam, in angustiorem scientiae gyrum compellunt, et ad ea ipsa, quae ratione cognoscuntur, venient minus instructi ad proficiendum. Sunt enim in natura rerum non pauca, quibus vel percipiendis, vel explicandis plurimum affert divina doctrina luminis. Nec raro, poenas de superbia sumpturus, sinit illos Deus non vera cernere, ut in quo peccant, in eo plectantur. Utraque de caussa permultos saepe videre licet magnis ingeniis exquisitaque eruditione praeditos, tamen in ipsa exploratione naturae tam absurda consectantes, ut nemo deterius erraverit.

(1) II Cor. X, 5.
(2) Io. VIII, 32.

Certum igitur sit, intelligentiam in vita christiana auctoritati divinae totam et penitus esse tradendam. Quod si in eo quod ratio cedit auctoritati, elatior ille animus, qui tantam habet in nobis vim, comprimitur et dolet aliquid, inde magis emergit, magnam esse in christiano oportere non voluntatis dumtaxat, sed etiam mentis tolerandam. Atque id velimus meminisse, qui cogitatione sibi fingunt ac plane mallent quamdam in christiana professione et sentiendi disciplinam et agendi, cuius essent praecepta molliora, quaeque humanae multo indulgentior naturae, nullam in nobis tolerantiam requireret, aut mediocrem. Non satis vim intelligunt fidei institutorumque christianorum: non vident, undique nobis occurrere *Crucem,* exemplum vitae vexillumque perpetuum iis omnibus futurum, qui re ac factis, non tantum nomine, sequi Christum velint.

Vitam esse, solius est Dei. Ceterae naturae omnes participes vitae sunt, vita non sunt. Ex omni autem aeternitate ac suapte natura *vita* Christus est, quo modo est veritas, quia Deus de Deo. Ab ipso, ut ab ultimo augustissimoque principio, vita omnis in mundum influxit perpetuoque influet: quidquid est, per ipsum est, quidquid vivit, per ipsum vivit, quia *omnia* per Verbum *Jacta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est* — Id quidem in vita naturae: sed multo meliorem vitam multoque potiorem satis iam tetigimus supra, Christi ipsius beneficio partam, nempe *vitam gratiae,* cuius beatissimus est exitus *vita gloriae,* ad quam cogitationes atque actiones referendae omnes. In hoc est omnis vis doctrinae legumque christianarum ut *peccatis mortui, iustitiae vivamus* (1), id est virtuti et sanctitati, in quo moralis vita animorum cum explorata spe beatitudinis sempiternae consistit. Sed vere et proprie et ad salutem apte nulla re alia, nisi fide christiana, alitur iustitia. *Iustus ex fide vivit* (2). *Sine fide impossibile est placere Deo* (3). Itaque sator et parens et altor fidei Iesus Christus, ipse est qui vitam in nobis moralem conservat ac sustentat: idque potissimum Ecclesiae ministerio: huic enim, benigno providentissimoque consilio, administranda instrumenta tradidit, quae hanc, de qua loquimur, vitam gignerent, generatam tuerentur, extinctam renovarent. Vis igitur procreatrix

(1) I Pet. II," 24.
(2) Galat. III, 11.
(3) Hebr. XI, 6.

eademque conservatrix virtutum salutarium eliditur, si disciplina morum a fide divina diiungitur: ac sane despoliant hominem dignitate maxima, vitaque deiectum supernaturali ad naturalem perniciosissime revolvunt, qui mores dirigi ad honestatem uno rationis magisterio volunt. Non quod praecepta naturae dispicere ac servare recta ratione homo plura non queat: sed omnia quamvis dispiceret et sine ulla offensione in omni vita servaret, quod nisi opitulante Redemptoris gratia non potest, tamen frustra quisquam, expers fidei, de salute sempiterna confiderei *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes; et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet* (1). *Qui non crediderit, condemnabitur* (2). Ad extremum quanti sit in se ipsa, et quos pariat fructus ista divinae fidei contemptrix honestas, nimis multa habemus documenta ante oculos. Quid est quod in tanto studio stabiliendae augendaeque prosperitatis publicae, laborant tamen ac paene aegrotant civitates tam multis in rebus tamque gravibus quotidie magis? Utique civilem societatem satis aiunt fretam esse per se ipsam : posse sine praesidio institutorum christianorum commode se habere, atque eo, quo spectat, uno labore suo pervenire. Hinc quae administrantur publice, ea more profano administrari malunt: ita ut in disciplina civili vitaque publica populorum vestigia religionis avitae pauciora quotidie videas. At non cernunt satis quid agant. Nam submoto numine recta et prava sancientis Dei, excidere auctoritate principe leges necesse est, iustitiamque collabi, quae duo firmissima sunt coniunctionis civilis maximeque necessaria vincula. Similique modo, sublata semel spe atque expectatione bonorum immortalium, pronum est mortalia sitienter appetere : de quibus trahere ad se, quanto plus poterit, conabitur quisque pro viribus. Hinc aemulari, invidere, odisse; tum consilia teterrima: de gradu deiectam velle omnem potestatem, meditari passim dementes ruinas. Non pacatae res foris, non securitas domi: deformata sceleribus vita communis.

In tanto cupiditatum certamine, tantoque discrimine, aut extrema metuenda pernicies, aut idoneum quaerendum mature remedium. Coercere maléficos, vocare ad mansuetudinem mores populares atque omni ratione deterrere a delictis providentia legum, rectum idemque necessarium : nequaquam tamen in

(1) Io. XV, 6.
(2) Marc. XVI, 16,

isto omnia. Altius sanatio petenda populorum: advocanda vis humana maior, quae attingat animos, renovatosque ad conscientiam officii, efficiat meliores: ipsa illa nimirum vis, quae multo maioribus fessum malis vindicavit semel ab interitu orbem terrarum. Fac reviviscere et valere, amotis impedimentis, christianos in civitate spiritus; recreabitur civitas. Conticescere proclive erit inferiorum ordinum cum superioribus contentionem, ac sancta utrinque iura consistere verecundia mutua. Si Christum audiant, manebunt in officio fortunati aeque ac miseri: alteri iustitiam et caritatem sentient sibi esse servandam, si salvi esse volunt, alteri temperantiam et modum. Optime constiterit domestica societas, custode salutari metu iubentis, vetantis Dei: eademque ratione plurimum illa in populis valebunt, quae ab ipsa natura praecipiuntur, vereri potestatem legitimam et obtemperare legibus ius esse: nihil seditiose facere, nec per coitiones moliri quicquam. Ita, ubi christiana lex omnibus praesit et eam nulla res impediat, ibi sponte fit ut conservetur ordo divina providentia constitutus, unde effiorescit cum incolumitate prosperitas. Clamat ergo communis salus, referre se necesse esse, unde numquam digredi oportuerat, ad eum qui via et veritas et vita est, nec singulos dumtaxat, sed societatem humanam universe. In hanc velut in possessionem suam, restitui Christum dominum oportet, efficiendumque ut profectam ab eo vitam hauriant atque imbibant omnia membra et partes reipublicae, iussa ac vetita legum, instituta popularía, domicilia doctrinae, ius coniugiorum convictusque domestici, tecta locupletium, officinae opificum. Nec fugiat quemquam, ex hoc pendere magnopere ipsam, quae tam vehementer expetitur, gentium humanitatem, quippe quae alitur et augetur non tam iis rebus, quae sunt corporis, commoditatibus et copiis, quam iis, quae sunt animi, laudabilibus moribus et cultu virtutum.

Alieni a Iesu Christo plerique sunt ignoratone magis, quam voluntate improba: qui enim hominem, qui mundum studeant dedita opera cognoscere, quam plurimi numerantur; qui Filium Dei, perpauci. Primum igitur sit, ignorationem scientia depellere, ne repudietur aut spernatur ignotus. Quotquot ubique sunt, christianos obtestamur dare velint operam, quoad quisque potest, Redemptorem suum ut noscant, qualis est: in quem ut quis intuebitur mente sincera iudicioque integro, ita

perspicue cernet nec eius lege fieri quicquam posse salubrius, nec doctrina divinius. In quo mirum quantum allatura adiumenti est auctoritas atque opera vestra, venerabiles Fratres, tum Cleri totius studium et sedulitas. Insculpere populorum in animis germanam notionem ac prope imaginem Iesu Christi, eiusque caritatem, beneficia, instituta illustrare litteris, sermone, in scholis puerilibus, in gymnasiis, in concione, ubicumque se det occasio, partes offìcii vestri praecipuas putatote. De iis, quae appellantur *iura hominis,* satis audiit multitudo: audiat aliquando de iuribus Dei. Idoneum tempus esse, vel ipsa indicant excitata iam, ut diximus, multorum recta studia, atque ista nominatim in Redemptorem tot significationibus testata pietas, quam quidem saeculo insequenti, si Deo placet, in auspicium melioris aevi tradituri sumus. Verum, cum res agatur quam non aliunde sperare nisi a gratia divina licet, communi studio summisque precibus flectere ad misericordiam insistamus omnipotentem Deum, ut interire ne patiatur, quos ipsemet profuso sanguine liberavit: respiciat hanc propitius aetatem, quae multum quidem deliquit, sed multa vicissim ad patiendum aspera in expiationem exantlavit: omniumque gentium generumque homines benigne complexus, meminerit suum illud : *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum* (1).

Auspicem divinorum munerum, benevolentiaeque Nostrae paternae testem vobis, venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die i Novembris An. MDCGCC, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

(1) Io. XII, 32.

LITTERAE APOSTOLICAE Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII de Collegio Clericorum Lusitanorum in Urbe condendo.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Rei catholicae apud Lusitanos iuvandae ducimur studio, nec inusitato Nobis nec impari meritis spectatissimae gentis, cuius laudes per occasionem haud semel attigimus. Insidet enim menti species illa plane nobilis tum populi per varias vices cum Apostolica Sede coniuncti, tum regum victricia signa inferendum consociata Cruci in adiectas imperio plagas late dissitas. Quae quidem egregia virtus fideique constantia iamdudum sibi demeruit Romanos Pontifices, effecitque ut Lusitanae nationi essent ad multam gratiam benigni. Huc spectant in eos reges collata decora, et in Indiae orientalis ecclesias ius amplissimum patrocinii, et privilegia cetera atque ornamenta complura. Nec paternae Nostrae caritatis defuere significationes, sive quum rebus Goanis componendis animum adiecimus, sive quum variis Lusitanae ecclesiae necessitatibus opportune prospeximus. Eiusdemque rei causa, binis litteris encyclicis act Venerabiles Fratres episcopos datis, alteris die 14 septembris anno 1886, alteris die 25 iunii anno 1891, non pauca visum est monere et praecipere salutaria. Quae iacta semina non infecundum solum experta sunt. Prudentia enim vigilantiaque episcoporum, pia cleri et populi voluntate, omniumque uno in Apostolicam Sedem obsequio, nonnulla cogitata sunt et proposita, quae ad religionis sarcienda damna utilitatesque provehendas condi*-cerent.

Sed consiliorum omnium illud in primis secundum optata Nostra cessit, quod est de adolescentibus ad sacerdotale munus exquisitiore quadam cultura formandis: quo uno beneficio omnia propemodum Ecclesiae praesidia continentur. Consilium nempe dicimus, de proprio Lusitanis clericis Collegio Romae aperiendo. Sane, si huiusmodi curam pro aliis gentibus quanta licuit navitate gessimus, id providentes ut sacrorum alumnis multiplicarentur domicilia, eaque doctrinae virtutisque laude florentia, magna certe animi propensione excipere Nos oportebat inchoata proposita in peculiare bonum cleri Lusitani, cuius optimum cursum nihil fere aliud nisi publicarum rerum

conditio retardavit. — Multum quidem operae ac laboris in huius deflexu aetatis episcopi contulerunt ut imminuti cleri reficeretur numerus et legitima disciplina vigeret iuventutis sacrae vel excitatis contuberniis vel restitutis. Nihilominus iidem multa adhuc desiderari professi sunt, nec satis ecclesiis suis consultum fore censuerunt, nisi Collegium in Urbe conderetur clericis instituendis, ex omni Lusitania delectis. In hoc enimvero quasi perfugio, prope veneranda sepulcra Apostolorum Principum augustamque Petri Cathedram, multo licet plenius saluberrimam haurire doctrinam, quae Dei ministros deceat; hic ad probatissimae disciplinae solidaeque pietatis consuetudinem sanctius adduci; hic multiplici rerum ope ea arma expeditius instruere, quibus muniti, boni Christi milites, perutile religioni neque minus civitati exhibeant ministerium. Res in usu versatur, quum neminem profecto lateat, quantam fecerint et faciant messem, non modo ceteri exterorum collegiorum et sodalitatum alumni, sed unus etiam aut alter e Lusitanis ipsis, quorum prima aetas altricem Romam habuerit atque magistram.

His de causis, quo nimirum tempore solemnia saecularia detectae Indiae acta sunt Romae, susceptum negotium quum ad Nos esset delatum, Nos coepta optima omnino probare et collaudare nihil dubitavimus, optime eis a Deo precati. Ad hoc movit praeterea par et idem omnium consensus, non modo sacrorum antistitum, sed amplissimorum quoque ex omni ordine civium; quo in numero commemorabiles praecipue sunt Aloisius Souza Rabello Vahia, vicecomes a sancto Ioanne de Pesqueira, et nobilissima coniux, qui omni officiorum genere institerunt ut res bene feliciterque eveniret, certa quoque pecuniae vi in Collegii tuitionem liberaliter attributa.

Superiore igitur anno tentata sunt quaedam Collegii initia, et temporaria ei quaesita sedes. Rebusque satis feliciter procedentibus, cum laetioribus in futurum auspiciis, minime iam remorandum id esse duximus quod expetebatur, ut eidem ephebeo ius Collegii legitimi auctoritate Nostra tribueremus.

Itaque ad maiorem Dei gloriam, ad catholicae religionis incrementum, ad decus utilitatemque incliti Lusitaniae regni, hisce litteris, Collegium clericorum Lusitanorum, sub Nostra et Successorum auctoritate ac tutela, in Urbe fundamos et constituimus, eodemque iure esse volumus quo sunt pontificia clericorum Collegia urbana. Quo autem Nostra in gentem Lu-

sitanam benevolentia apertius pateat, et plus prosperitatis res Collegii inde ab ortu sint habiturae, hoc deliberatum habemus, de aedibus eidem aptis comparandis aere Nostro providere.

Decernimus porro ut rei familiaris administratio sit penes Collegii rectorem, a Pontifice maximo eligendum, consociata cura cum duobus e clero viris, quos pariter ei muneri Pontifex ipse praefecerit. Cum rectore consilia communicabunt episcopi de alumnis suis in Collegium cooptandis; qui iis ingenii maximeque animi laudibus praestent, ut ad munia sacra digne aliquando obeunda spem afferant de se bonam. Mittantur ex omnibus dioecesibus Lusitanis, tum quae in continenti, tum transmarinis : bini, saltem ex continenti, ab unaquaque dioecesi mittantur. Eorum numerum praesenti rerum necessitati parem fore confidimus. Atque uberiori Collegii vitae prospicientes, edicimus ut alumni quatuor Lusitani, quibus locus est in Nostro Seminario Romano, itemque cui locus est in almo Collegio Capranicensi, in novum hoc suae gentis clericis destinatum domicilium commigrent, dotali censu eidem transmisso.— Quoniam vero e sacro ordine Cardinalium esse consuevit qui regni Lusitani patronatum gerat, idcirco eius quoque benevolentiae, gratiaeque similiter Legati apud Nos Regis Fidelissimi, Collegium ipsum libet commendare.

Haec statuimus in praesens: opportunius alia quaedam in Collegii incrementa curabimus. — Quod attinet ad subsidia pecuniae, quae alumnis victum cultumque in perpetuitatem suppeditent, paratiora in dies ea fore pollicetur explorata Nobis egregia voluntas ac pia liberalitas quum sacrorum antistitum, tum civium optimorum, quibus prima commendatio est studium religionis avitae cum patria caritate coniunctum: bene quippe mereri de cleri adolescentis institutione, id demum est bene de patria ipsa et praeclare mereri.—Hoc restat ut, quotquot in urbanum clericorum Lusitanorum Collegium adlegantur, ii studeant oblati a Deo beneficii amplitudinem pro merito aestimare: proinde, virtutis omnis quasi instituto certamine, iustam episcoporum civiumque suorum exspectationem atque Nostram alacres explere contendant. Cumulatami de ipsis percipiat laetitiam Lusitana ecclesia, cuius in fastis non pauci numerantur et vitae sanctimonia et doctrinae ornamentis et actuosa caritate ad imitationem insignes.

Volumus denique ut hae litterae Nostrae firmae rataeque

uti sunt, ita in posterum permaneant, irritum et inane decernentes si quid a quopiam super his contigerit attentari; contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 20 octobris anno 1900, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

A. CARD. MACCHI.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PARISIEN.

SENTENTIAE INCIDENTALIS HABENTIS VIM DEFINITIVAE.

Die 19 Maii 1900.

Sess. 24 c. 20. De ref.

COMPENDIUM PACTI. Petrus baro, triginta annos natus, legitimas celebravit nuptias Parisiis in Ecclesia parochiali S. Honorati d'Eylau *die 25 Maii 1887* cum Amelia in aetate 17 annorum constituta.

Consuetudo vitae coniugalis non absque contentionibus et gravibus discordiis producta fuit usque ad a. 1896, quo anno mense Iulio divortium, quod ita vocant civile, coniuges obtinuerunt. - Querelam instauraverat Petrus adversus Ameliam apud iudices laicos, contendens, suam uxorem iampridem adulterinis amoribus implexam fuisse ; et suam intentionem abunde probasse visus est, quamvis ipse deinde passus sit, non exclusive in suum favorem edi sententiam divortii.

Ad legitimam obtinendam sententiam de *nullitate matrimonii* a curia eccl. *ex capite metus* primo animum adiecit, uti fertur, ipsa mater Ameliae, quae hodie fatetur in curia eccles. Civitatis Versailles se egisse pro inchoanda huiusmodi instantia, sed rite percontata curia Versaliensis ut referret in quonam stadio res reperiretur in actis curiae,

ista reposuit, huiusce actionis ne vestigium quidem ad sua acta haberi. - An filia, Amelia, intentionis matris conscia esset, vel saltem an eidem faveret, ex actis certo asseri non potest.

Querelam vero nullitatis deinde enixius apud curiam Parisien, aggressus est Petrus, allegans *impedimentum metus* ex parte suae uxoris. Verum quia Amelia perfracte negavit, se metum passam fuisse, quin imo affirmat se ultro nuptiis praebuisse consensum et alia praebuit argumenta, haec aliaque monumenta adeo visa sunt gravia et perspecta Curiae ut haec edixerit *die 26 Iulii 1899,* intentionem Petri actoris videri omni destitutam fundamento, proindeque locum non esse prosecutioni actionis quippe frivolae et frustratoriae. Sententia est sequentis tenoris:

« Considérant que pourqu'il y ait contrainte il faut un sujet pour la subir et une cause pour la produire;

« Considérant du côté du sujet, que la contrainte invoquée est formellement et solennellement niée par Amélie;

« Qu'elle affirme au contraire s'être mariée librement après réflexions et de bon gré ;

« Qu'elle appuyé ses dires par des lettres nombreuses et affectueses qu'elle écrivait avant le mariage à son fiancé que d'après la prétention elle n'aimait pas et ne voulait pas épouser ;

« Qu'elle jure encore aujourd'hui que loin d'avoir été forcée elle est toute prête à reprendre son mari pourvu qu'il soit disposé a remplir ses devoirs vis-à-vis d'elle ;

« Considérant du côté de la cause qui aurait produit la contrainte ;

« que la mère de la rea, nie au fond la prétention puisque dans la seule lettre qu'elle a écrit elle dit simplement : «... il est vrai que... j'ai usé envers elle (sa fille) de mon influence maternelle pour l'engager à accepter pour mari Monsieur Pierre ;

« Qu'elle ajoute immédiatement: « Dans quelle mesure cette maternelle sollicitude a-t-élle faussé le libre arbitre

<et la indépendance de la résolution de ma fille, il est hors de ma connaissance de la délimiter ;

« qu'elle a reçu quatre convocations pressantes , dont deux péremptoires, d'avoir à comparaître devant nous pour être interrogée, mais qu'elle maintient malgré nos menaces de peines ecclésiastiques sa volonté arrêtée de ne jamais comparaître avant le Tribunal.

« Considérant que du côté du principal témoin invoqué par le demandeur lui même il semble prouvé qu'Amélie a bien consenti au mariage puisqu'au moment de son départ le soir de ses noces, elle disait au témoin, en faisant certains préparatifs, qu'elle comptait consommer son mariage « même avant d'être arrivée au terme de son voyage ».

« Tout pesé et mûrement réfléchi, le Saint Nom de Dieu invoqué, après avoir pris avis de nos assesseurs

« Sans vouloir préjuger définitivement le fond, disons et prononçons qu'en un tel état de commencement de preuves la cause invoquée manque de bases et qu'il n'y a pas lieu de poursuivre plus loin la procédure commencée ».

Disceptatio Synoptica

Uti patet haec sententia non est *definitiva* meriti quippe -est *incidens,* tamen habens *vim definitivae,* quia aditum praecludit ulteriori causae prosecutioni. De hisce sententiis cavet Conc. Trid. *in sess. 24 cap. 20 De ref.* et dum prohibet appellari a sententiis mere incidentibus, concedit appellationem ab incidentibus vim definitivae habentibus. Hoc iure fretus Petrus hodie apud S. C. C. urget appellationis iudicium petens ut sententia Parisien, rata non fiat, sed illi sit integrum ulterius progredi in suscepta actione.

Suam intentionem non destitui fundamento deducit in primis ex ipsa facti specie. Nam refert, Ameliam in venerem, omnibus suis nervis, iam intendisse quando sibi denupsit nempe in aetate 17 annorum. Patre orbata a. 1886 tribus vel quatuor mensibus ante nuptias, in conspectu habebat haud laudabile matris exemplum, quae deperibat quem-

dam Dominum Coulombier : cui postea denupsit, cuius nepotem Marcellum non minori affectu adamare coepit Amelia filia.

Horum facinorum testem profert Petrus quamdam Aloysiam Collet. Haec praeterea profert gravem epistolam ei redditam a matre Ameliae quae ait: « *Je suis en instances pour obtenir la nullité du mariage de ma fille abandonnée par son mari, gui épouse une actrice et a demandée son divorce... Je peux dire que je fai mariée de force etc.* ». Eadem Aloysia autem de ratione agendi Ameliae erga Marcellum ea testatur quae longe aliena sunt ab honestate, unde praeditam se praebere in primis gloriatur puella. Inde deducit actor, matrem ut ipsa liberius suo ingenio indulgerei, atque ut filiam retraheret ab abysso in quam praeceps ruebat, nuptias meditatam esse, quas postea vel invita Amelia inire adacta fuit.

Procurator Actoris, in suis animadversionibus exaratis *italice*, postulata venia ab EE. PP. negationem Ameliae quae tantum movit tribunal parisiense ita commentatur r « Se si prendono uno per uno i fatti raccontati dalla Signora Amalia nel suo interrogatorio, è facile stabilire che sopra tutti i punti che fanno comodo al suo sistema di difesa essa ha affermato cose false.

« 1. Gli sposi Fortoul non avendo cambiato di guarnigione che molto tempo dopo il matrimonio di Amelia, la ragione addotta per spiegare la *fretta* messa a concludere il matrimonio *è smentita.*

«2. Il motivo che essa avea di non sposare nè il Barone Pietro nè altri, non deve ricercarsi nella libertà lasciatale dalla madre, come essa pretende, ma nel fatto che essa amava perdutamente Marcello e voleva sposarlo, e che la madre si opponeva al matrimonio col nipote del proprio-amante.

« 3. Obbligata a confessare le scene, di cui essa era l'oggetto, le racconta con precisione meravigliosa, ma pretende *averne dimenticata la causa!!!* È inverosimile che

essa ricordi di essersi alzata da mensa ed essersi ritirata nella propria camera, donde il suo fidanzato la supplica di -discendere, e non possa *spiegarne i motivi! ! !*

« 4. Vuol dipingere il suo fidanzato come troppo ardito ed intraprendente, mentre l'educazione, il carattere e le stesse lettere che si producono di lui, fan fede della sua correttezza e della sua dignità.

« 5. La Signora Amelia ha ingannato il Tribunale parlando delle cause del suo divorzio. *Et pour bien faire voir que je méprisais la question d'argent,* ella dice, *je jetais au feu la poignée de billets de banque que j'avais en main.* On m'en a fait le grief le plus grave. *C est là dessus quon a prononcé le divorce contre moi! U*

« Ora questa non è che una spudorata menzogna inventata dalla Signora Amelia per nascondere al Tribunale la *vera causa.* Sta in fatto che sapendo che sua moglie lo ingannava, senza averne le prove materiali, il Barone Pietro avea minacciato una domanda di separazione ; che in una intervista presso Madame Coulombier, Amelia giurò di non riveder più il Sig. Delamalle: che due giorni dopo il Barone Pietro faceva constatare il flagrante delitto di adulterio (la tresca dura ancora) ; che fu allora che egli intentò T azione di divorzio ; che per evitare lo scandalo e per compassione verso la moglie di Delamalle, il Barone Pietro acconsentì che la sentenza fosse provocata d'accordo senza discussione. C'est *Vinconduite* de Mad. Amélie qui a amené la séparation. J'ai entendu dire que trois mois ne s'étaient pas écoulés que Mad. Amélie avait déjà *de relations avec son cocher! ! !*

« Non v'è una riga nella deposizione della signora Amelia che non sia *ipocrita, maligna, esagerata o falsa.* Essa tace i motivi dei quali fu messa presso le Domenicane di Neuilly, ed aumenta la durata della sua dimora in quella casa Religiosa ; attribuisce al Barone Pietro sentimenti che non sono stati mai i suoi; parla della fortuna di suo ma^ rito in termini i più sbagliati per far credere che egli, a

corto di denaro, non ebbe in mira altro che fare un matrimonio d'interesse ; accomoda a suo capriccio scene molto significanti, e che fan fede delle violenze materne ; vuol dare ad intendere di avere una salute debole, mentre ciò è in opposizione colle sue abitudini de *sport* et *a"inconduite ;* dà alle discussioni tra il suo marito, e la Baronne *douairière* de B. dei motivi futili che non sono stati mai i veri; invoca le assenze del suo marito che non erano affatto frequenti e non parla della sua *condotta pubblica scandalosa;* tace la vera causa della sua collera il giorno in cui essa gettò nel fuoco i biglietti di banca, quando siffatta causa è stabilita da una sua lettera ; si atteggia a religiosa, quando le sue turpitudini sono note a tutta Parigi ; vuol darci a credere che essa non seppe nulla delle pratiche fatte da sua madre per intentare Fazione di nullità del matrimonio, di averle anzi proibito di parlargliene, mentre è più che certo che madre e figlia agivano di concerto.

« La lettera colla quale la Signora Coulombier ringrazia Luisa Collet per esser pronta a deporre, soggiungendo che tal notizia *farà felice Lily, è troppo eloquente,* e se poscia *Lily* si butta all' imbraca, si deve *all'odio* verso il marito, e forse alla *compiacenza* verso l'amante *che non desidera vederla libera!* In una parola, non vi è un punto sul quale la donna non alteri gravemente la verità. Qual forza dunque può avere la negativa di questa donna che un' analisi superficialissima dei pochi atti, avrebbe dimostrata *bugiarda* ed un' indagine sommarissima della sua vita, *adultera?* »

De pluribus epistolis ad acta deductis ab Amelia advertit procurator plures moveri posse scrupulos qui dubitare sinunt de earumdem authenticitate. Quamvis earum tenor non admodum commoveat procuratorem qui advertit litteras non minus quam nuptiarum propositum non filiae, sed matris voluntati adscribendas esse.

Iudex parisiensis magni fecit Ameliae voluntatem ultra exhibitam instaurandi iterum vitam coniugalem; sed reponit advocatus, mulierem, qui sui corporis copiam tam fa-

cileni praebuit pluribus, non satis probare suam intentionem quasi iuri et veritati consentaneam.

Denique in haec verba a matre, quater citata sed usque contumace, per litteras directa iudici parisiensi « il est vrai que dans la sincère croyance d'assurer son bonheur, j'ai usé envers elle de mon *influence maternelle* pour l'engager à accepter pour mari Mons. Pierre. Dans quelle mesure cette naturelle sollicitude a-t-elle faussé le libre arbitre et l'indépendance de résolution de ma fille, il est hors de ma connaissance de le délimiter, et le Tribunal doit être à cet égard mieux renseigné que moi » advertit patronus adeo esse ambigua et aequivoca ut expostulent iudicis examen, cui praevia sit admodum diligens et minuta factorum inquisitio.

Quae omnia advocato videntur aperte persuadere, intentionem Petri non esse fundamento destitutam ipsique ius praesto esse iudicialiter inquirendi an matrimoniale vinculum ratum firmumque fuerit.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. EX adverso vinculi matrimonialis adsertor in primis recolit impedimentum metus ex iis esse in quibus actio adversus matrimonium non cuique competit, sed ei tantum coniugi, qui metum passus perhibetur.

Ad rem in memoriam revocat quae habet Instructio a S. Congr. S. R. U. Inquisit. die 20 iunii 1883 edita, *art. tert. de impediment. vis et met. : (ibi)* « Circa impedimentum quod vis et metus dicitur, ante omnia advertendum occurrit, neminem a iure admitti ad matrimonium ex hoc capite impugnandum, nisi qui violentiam et coactionem passus dicitur ». Idipsum recolit Instructio a S. Congr. de Propaganda Fide *art. tert. de impediment. vis et met.* anno pariter 1883 promulgata.

Equidem ne praebeatur facilis ansa ad paci fieos cives litibus temerariis lacessendos, cautum est ut iudex nedum in matrimonialibus, verum nec in aliis vel levibus causis iudicialem inquisitionem instituat, nisi actori assistat *fumus*

veritatis. Nil magis praedicatum in foro est, quam quod actor ante omnia probare debeat actionis seu intentionis suae fundamentum : « Ille autem, *S. Hot. decis. 472, n. 1, p. 3 recent.,* dicitur habere fundatam intentionem, qui est in eo statu ut si nihil ex adverso probetur, possit obtinere sententiam favorabilem » *cap. finem litibus,* cum ibi notat, per gloss. Innoc, et alios, *de dolo et contimi.*

Atqui, instat orator, baro Petrus actionem suam fundat in epistola a Domina Coulombier, Ameliae matre, ad Ludovicam Collet die 8 ianuarii 1897 data.

Recitata autem epistola, iste observat, scripta est momento temporis, quo "domina Coulombier, acerbissimo doloris sensu exanimata clamabat : « C'est trop dans une seule année! et je ne me remets pas de tant d'épreuves et de secousses » ; temporis momento quo solutionem matrimonii habebat velut unam e naufragio tabulam. Domina Coulombier, teste barone Petro, non ea est, quae religione facile impediatur, quominus dicendo id amplificet quod sibi prodesse putat.

Tametsi advertit vinculi tutor, a barone non solum demonstratum haud est actionis fundamentum : sed contrarium potius in probatis esse videtur. Profecto cubicularia illa, Ludovica Collet « à peu près la seule personne qui a vu les choses assez près », praeterquam quod Ameliam appellat: « très-effrontée, tres-hardie : Elle avait un véritable aplomb de garçon », nitide profitetur, Ameliam non invitam Petro nupsisse, sed imo ad nuptias quasi cervam ad fontem aquarum convolasse. Ait enim : « Je ne puis pas dire que Mademoiselle Amélie a toujours résisté. A la fin elle s'est résignée. Je dois dire, c'était une personne vicieuse, qu'elle avait besoin d'une liaison, et que séparée depuis quelques temps de Monsieur Leroy-Dupré, elle se serait donnée à n'importe qui. Je me rappelle même que le soir du mariage, comme elle partait pour Arcachon avec son mari, elle m'a démandé sa robe de chambre pour pouvoir se deshabiller en chemin de fer, car elle espérait qu'arrivée à Bor-

deaux, le mariage serait consommé, et comme étonnée je lui avais demandé : Mais vous n'aurez pas honte? . . . . en chemin de fer?.... Oh! me dit-elle, Pierre louera un coupé, donnera la pièce à l'employé, et on nous laissera tranquilles ».

Agnes, baronis soror, ad parisiensis tribunalis praesidem die 25 februarii 1900 scribit: « Etant à Paris au moment de son union avec Mlle Amélie j'ai constaté combien les fiancés étaient épris l'un de l'autre. Quelque année après son mariage, mon frère rendu très malheureux par sa femme, a dû séparer d'elle, divorcer! C'est alors que Mlle. Reinchemberg, en jouant le rôle de consolatrice a pris sur lui une grande influence.

« Il me semble impossible que cette demande de nullité de mariage soit pris au sérieux tant par l'Archevêché que par la Cour de Rome, et j'espère que mon frère que nous aimons tendrement, échappera enfin à l'intrigue, à l'influence néfaste qui cherche à le séparer de tous les siens et à endormir en lui tout sentiment de famille et de dignité ».

Item baronis mater, refert orator, in Uteris die 14 februarii praefati datis ait: « J'ai appris avec étonnement et chagrin profond, que mon fils demande à Rome la cassation de son mariage. Sur quoi peut-il appuyer cette prétention? L'union a été librement consentie de part et d'autre. Je devine, hélas ! à quelle suggestion mon fils obéit en ce moment... C'est sous l'influence d'une femme intelligente et fatale, dévorée d'ambition, Mlle. Reichemberg, l'ancienne actrice, qu'il fait ces démarches.

« Quoique plus âgée que mon fils, elle prétend se faire épouser par lui, et mon malheureux fils lui obéit, sans souci de la honte qu'il jetterait ainsi sur notre nom, ni du dèsespoir où il me plongerait.

« Si c'est en votre pouvoir, faites connaître la vérité, Monsieur l'Abbé. J'ai confiance qu'un moment viendra où mon fils, désabusé, éclairé, vous saura gré de l'avoir défendu contre lui-même ».

Sacerdos de Gibergues, qui fuit a secretis Emi Archiepiscopi Richard, scribit: « Vous me demandez mon sentiment en l'affaire de Amélie.

« Je ne puis que vous transmettre la lettre que sa mère m'adresse, et qui est l'expression de la vérité même.

« Selon moï, Mr. Pierre est poussé à cette demande par une intriguante qui le charme comme malgré lui... et, au fond, il a le remords et le regret de ce qu'il fait.

« Si jamais il aboutissait, ce que je crois impossible, car il n'y a aucun motif de nullité, ce serait un vrai scandale dans le Monde Parisien. On ne manquerait pas de dire qu'à Rome, on obtient tout pour de l'argent !

« De grâce, usez de toute votre influence pour arrêter cette déplorable affaire qui ne peut que faire du mal à la religion et qui, du reste, ne peut pas aboutir, je le répète, et alors à quoi bon l'entreprendre? »

Praesenti autem in causa, infert vinculi adsertor, praeterquam quod baroni Petro non competeret actio iuxta dicta superius ; etsi actio sibi competeret, audiendus hic non esset, quia non est in eo statu ut, si nihil ex adverso probetur, possit obtinere sententiam favorabilem. Profecto orator minime credit illam matris Ameliae epistolam, actionis seu intentionis baronis Petri fundamentum solidum constituere, unde iudex matrimonium in controversiam adductum nullitatis vitio tabescere decernat, quamvis nihil ex adverso probetur ; imo quamvis mille testes sententiam in iis Uteris a domina Coulombier expressam plane cum iisdem prorsus dubietatibus confirment. Namque domina Coulombier in saepedictis uteris metum, quem generalibus verbis se intulisse filiae asserit, nec nitide nec pro certo affirmat, x4.it enim : « J'ai en quelque sorte pris ma fille par sourprise pour l'amener à consentir à ce mariage... Je puis dire, que je l'ai mariée de force ».

Unde concludit vinculi defensor, ex hactenus deductis non adesse illum *fumum veritatis* seu boni iuris, apprime requisitum ut iudicialis inquisitio instituenda sit.

Quibus praenotatis, propositum fuit diluendum

Dubium.

An sententia Curiae Archiepiscopalis Parisien, sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 19 Maii 1900 censuit respondere : *sententiam esse confirmandam**

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

DECRETUM quo Indulgentia plenaria impertitur a SSmo Patre fideli unicuique, qui praevia confessione et communione, pro integra hora adoraverit SS. Sacramentum publice expositum a media nocte diei 31 Decembris 1900 ad meridiem diei I. Ianuarii 1901.

URBIS ET ORBIS

Regi saeculorum Christo Iesu iam prope labentis aevi finem, novique properantis initia solemniter consecrare omnes, quotquot ubique terrarum sunt, Redemptos maxime convenit; tum ut pro acceptis ab Illo, elapso praesertim saeculo, beneficiis gratiae peragantur, tum ut in tam adversis rerum vicissitudinibus validiora auxilia ad novum feliciter ineundum Ipse misericors et clemens tribuat.

Quibus superiore anno praeludens Beatissimus Pater et Dominus Noster Leo XIII Decreto S. RR. C. diei 13 Novembris dato concessit ut eliam incipientis Ianuarii anni 1901 media nocte *in templis ac sacellis exponi posset adorandum augustissimum Eucharistiae Sacramentum, facta potestate legendi vel canendi eadem hora coram Illo unicam Missam de festo iu Cireumcisione Domini et Octava Nativitatis ; fidelibus autem sive infra, sive extra Sacrificii actionem de speciali gratia S. Synaxim sumendi.*

Nunc vero cogitanti Beatissimo Patri de novo aliquo stimulo fidelium pietati addendo, tam solemni eventu, innotuit plures Sacrorum Antistites, piasque Sodalitates in votis habere, ut Christifideles spiritualis Indulgentiarum thesauri divitiis adlecti, undequaque ad Sacrosanctae Eucharistiae adorationem in-

vitarentur, qui et illatas Numini iniurias reparare, et seipsos Eiusdem suavissimo Cordi arctius coniungere satagerent.

Quae cum apprime Eius voluntati responderent, Beatissimus Pater benigne largitus est, ut omnes Christifideles qui Sacramentali Confessione rite expiati et S. Synaxi refecti in templis ac sacellis, ubi Sanctissima Eucharistia adservatur, coram Augustissimo Sacramento publicae adorationi exposito a media nocte diei 31 Decembris ad meridiem usque diei 1 Ianuarii, qua libuerit hora integra orationi vacando etiam iuxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces fuderint, Plenariam Indulgentiam assequi possint et valeant.

Quantum vero temporis adoranda Eucharistia exposita manere debeat, dummodo intra memoratum duodecim horarum spatium fiat, Sanctitas Sua Ordinariorum prudentiae reliquit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 16 Novembris anno 1900.

S. CARD. CRETONI
S. C. Indulg. et SS. Reliq. Praefectus.

L. © S.

FRANCISCUS SOGARO, Archiep. Amiden.
Secretarius.

Iosephi Pennacchi

AD COMMENTARIUM IN CONSTITUTIONEM *OFFICIORUM* ADDITIONES (1)

In novum Indicem Librorum prohibitorum SS. D. N. Leonis XIII iussu et auctoritate editum observationes.

Publicationis huius novi Indicis occasione arrepta, duo nobis praestituimus; et in ipsum Indicem observationes quasdam et quaestiones proponere, et nonnulla confirmare vel emendare quae in nostra brevi Commentatione in Constitutionem *Officiorum ac munerum* scripsimus. Utrumque breviter praestare curabimus.

Itaque novus Index triplici, ut ita dicamus, parte componitur. I°. Litteris Apostolicis incipientibus *Romani Pontifices* datis die 17 Septembris 1900, quae illi apostolicam conciliant tribuuntque auctoritatem; Constitutione *Officiorum ac munerum,* quae de censura et prohibitione librorum agit, atque Constitutione *Sollicita ac provida* a Benedicto XIV lata die 9 Iulii 1753, qua librorum censoribus regulae et criteria traduntur,, quibus in libris diiudicandis ferri debeant.

2°. Gravissima et accurata Praefatione viri undequaque egregii atque doctissimi Fr. Thomae Esser S. Indicis Congregationis a secretis, qua lectores monet quid et quomodo in novo Indice concinnando sit actum, et qua ratione illo utendum.

3°. Ipsa demum librorum recensione, ordine alphabetico et lucidiori methodo digesta, qua quinam libri retenti fuerint et proscripta sint habendi, universi dignoscant. Constitutio Leonis XIII ita legitur.

LEO PAPA XIII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices, quibus grande illud munus in Beato Petro Apostolorum Principe commissum est, universum pascendi

(I) Quam Constitutionem et Commentaria habes Vol. XXX, pag. 33.

Christi gregem, toti in eo constanter fuerunt, ut pretiosissimum fidei depositum integrum inviolatumque servarent, et christianas toto orbe gentes salutaris doctrinae pabulo enutrirent. Hinc profecto vehemens ac provida ab ipsis adhibita perpetuo cura, ut quemadmodum bonum semen a lolio, ita et sani optimique libri ab adulterinis et apocryphis et perniciosis secernerentur; ne christiani homines, incauto vel temerario horum usu, integritatis fidei morumque detrimentum caperent. Quo in genere, varia quidem pro varietate temporum tum Pontifices ipsi, tum Concilia nunquam neglexerunt apta malis adhibere remedia.

Quum vero, comperta saeculo decimo quinto nova arte typographica, magis in dies crevisse! librorum copia, praetereaque malarum haeresum pestis late grassaretur, necessarium omnino visum est, qua praecavendis periculis, qua reparandis mature damnis, in prave scripta acrius animadvertere.

Itaque Concilii Tridentini Patres, ad quos Pius IV praedecessor noster id negotium remiserat, ingenti librorum sive haereticorum, sive de haeretica pravitate suspectorum, sive pietati moribusque nocentium contagioni duplici esse ratione occurrendum existimarunt.

Ac primo quidem, eiusdem Synodi auctoritate lecti ad id praesules et theologi generales quasdam condidere regulas, ut nimirum facilius dignosci posset a quibus generatim libris fideles cavere oporteret; tum vero accuratum atque absolutum librorum improbatae lectionis elenchum seu indicem exhararunt. Quem indicem una cum memoratis regulis, quum peracta Synodo, ex ipsius decreto, Pio IV praedecessori nostro exhibitus fuerit ut ne antea ederetur quam apostolicae auctoritatis robur acciperet, summa diligentia denuo excussum idem Pontifex approbavit et ab omnibus observari iussit. — Res tamen ipsa ferebat ut eiusdem index, novis editis decursu temporis pravis perniciosisque libris, nova additamenta requireret, idque sane ab Apostolica Sede iterum iterumque assidua cura perfectum esse neminem latet.

Ita quidem Clemens VIII ac deinceps Alexander VII et Benedictus XIV praedecessores nostri indicem ipsum, insertis iis libris quos postmodum Summi Pontifices vel per litteras apostolicas, vel per Romanas Congregationes, praecipue Inquisitionis atque Indicis, proscripserant, in meliorem aptioremque formam redactum, quasi inno varunt. Quum vero a Benedicti XIV

praedecessoris nostri Pontificatu maximo longa iam aetas, centum quadraginta fere annorum, eiïïuxisset, maius quiddam atque efficacius res ipsa postulare videbatur. Non solum enim complura hoc temporis intervallo damnata fuerant prave scripta, sed non pauci etiam errores ac mendae in indicem ipsum irrepserant. Itaque quod in votis etiam fuisse perspectum est multorum Patrum Vaticanae Synodi, manum huic Indicis emendandi perficiendique operi admovendam duximus. Ac primo quidem regulas, quas e mente Concilii Tridentini Pius IV praedecessor noster constituerat, aliquanto molliores efficere easdemque tempori accommodare decrevimus: idque sane perfecimus Constitutione Apostolica *Officiorum ac munerum,* edita die XXV Ianuarii an. MDCCCXCVII. Quod vero ad Indicem spectat, eum diligentissime recognosci, e mendis purgari, atque ita disponi ordinarique iussimus, ut tota eiusdem ratio cum regulis seu decretis generalibus apprime congrueret. Eiusmodi negotium sane laboriosum, Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Indicis librorum prohibitorum praepositis demandavimus, qui doctis aliquot accitis in operis subsidium viris, rem totam alacri assiduaque studio ita perfecere, ut novus index, ceteris iis qui praecesserunt non solum longe emendatior appareat, sed et expeditioris usus, omissis libris non ita paucis, quorum proscriptio, olim necessaria vel opportuna, hodie vix non inutilis evasit.

Huiusmodi igitur librorum prohibitorum generalem Indicem, iussu Nostro recognitum et emendatum, ac typis Vaticanis impressum, quem tamquam litteris hisce expresse insertum haberi volumus, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, atque ab omnibus ubique locorum integre et inviolabiliter observari praecipimus, sub poenis in Constitutione Nostra *Officiorum ac munerum* sancitis. Mandantes omnibus locorum Ordinariis, itemque Regularium quorumcumque Superioribus, omnibusque aliis ad quos spectat, aut in futurum spectabit, ut eumdem Indicem vulgandum et observandum pro viribus curent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XVII Septembris MCM. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo tertio.

ALOYS. Card. MACCHI.

Ut igitur patet; hac in constitutione Leo XIII iis solerter insistit, quae Const. *Officiorum ac munerum* praemiserat; Romanos scilicet Pontifices curam semper adhibuisse suam, qua fideles monerent, quinam perniciosam noxiamque doctrinam libri continerent, eosque idcirco ab ipsorum manibus eriperent (1); plurimos librorum prohibitorum Indices condidisse, regulasque tradidisse opportunas, quibus, habita etiam temporum adiunctorumque ratione, dignoscerentur (2); non pauca tamen in illis, temporum decursu, menda irrepsisse et errores; quae omnia cum etiam multis Patribus postremae oecumenicae Vaticanae Synodi perspecta essent, Indicem librorum prohibitorum corrigendum renovandumque esse censebant (3). Omnibus ergo votis annuere Pontifex arbitratus est, dum Indicis huius emendandi curam S. R. E. Cardinalibus, qui S. Indicis Congregationi praepositi sunt, demendavit, simul praecipiens ut tota eiusdem ratio cum regulis et decretis generalibus in cit. Const. *Officiorum ac munerum* latis plane congrueret. Hi autem, accitis in operis subsidium doctis viris, alacri assiduoque studio effecerunt, ut novus hic prodiret Index, quem auctoritate sua Pontifex roborat, et ab universis observandum publicari mandavit. « Huiusmodi igitur librorum prohibitorum generalem « Indicem iussu nostro recognitum et emendatum, ac typis Va- « ticanis impressum, quem tamquam litteris hisce expresse « insertum haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore prae- « sentium approbamus et confirmamus, atque ab omnibus ubi- « que locorum integre et inviolabiliter observari praecipimus, « sub poenis in Constitutione nostra *Officiorum ac munerum* « sancitis. Mandantes omnibus locorum Ordinariis, itemque Re- « gularium quorumcumque superioribus, omnibusque aliis ad « quos spectat, ut eumdem Indicem vulgandum et observance dum pro viribus curent ».

Romanus igitur Pontifex neminem e Christi fidelibus ab huius decreti observantia excipit, atque eadem in praesenti decreto confirmat, quae in cit. Const. *Officiorum ac munerum* praescripserat (4); ita ut nulla natio sibi blandiri queat de numquam apud se observata librorum prohibitorum lege; etenim

(1) Cf. Pennacchi: In constinone *Officiorum ac munerum* Brevis Commentatio Vol. XXX, pag. 59 seqq.

(2) Ibid. pag. 64 seqq.

(3) Ibid. pag. 77 seqq.

(4) Cf. cit. comment. Vol. XXX, pag. 43, et 83 seqq.

Romanus Pontifex eiusmodi inobservantiam et abusum compescuisse et improbasse dicendus est per eiusmodi generalia decreta.

Non intelligitur de cetero quomodo eiusmodi privilegium aut consuetudo urgeri possit, cum enim noxiae lectionis libri frequenter, nedum divino et ecclesiastico, sed ipso naturae iure sint prohibiti (1), quomodo contra ius naturae generalis allegari potest exceptio, consuetudo, aut privilegium ? Atque sedulo advertatur, in eiusmodi facto nullam introduci posse praescriptionem, aut consuetudinem quae vim legis habeat, cum agatur de re spirituali, periculo scilicet quod animae imminet ex noxiorum librorum lectione; periculum vero animae iure divino et naturali semper et ubicumque vitare tenemur.

Neque subsumendum, aliquibus etiam sine ecclesiastica facultate aliquando permissum esse noxios libros legere, etenim hoc in loco agimus de privilegio vel consuetudine, quam nationes quaedam generaliter sibi vindicant legendi libros quoslibet, cum dicant: *apud nos nunquam obligatio Indicis servandi viguit,* non de particularibus personis, quae quandoque ob bonum commune, aliaque adiuncta dispensatae censentur in illo casu particulari. Atque in exemplum ille adduci potest, qui librum perniciosissimum illico, ob bonum communitatis refutare compellatur, et ob angustiami temporis locive distantiam, opportunas facultates petere non possit (2) ; hoc enim in casu ius potius praevalet, cui cedat necesse est obligatio librum perniciosum non legendi. At cum inducitur consuetudo nationis vel regni, iam nemo perniciosorurn librorum lectione abstinet et singuli venenum hauriunt; num omnes malum inde oriturum effugient? Deducta persaecula experientia respondeat.

II. Decretalibus Leonis XIII epistolis in novo Indice subsequuntur observationes et monita ab Rmo aeque doctissimo viro P. Esser Congregationi Indicis a secretis concinnatae, quibus modum aperit quo novus confectus est Index, atque normas revelat quas ii secuti sunt qui illum confecerunt.

Et primum sapienter observat, Indicem hunc inter et Decreta generalia in Constit. *Officiorum ac munerum* contenta hanc esse convenientiam; utraque scilicet documenta in illum

(1) Cf. Const. *Officiorum* § 21, et Comment, cit. Yol. XXX, pag. 345.
(2) Comment, cit. Vol. XXX, pag. 345.

collimare finem ut doceant, a quibus libris legendis retinendisque sit cavendum; huic tamen fini aliter decreta, aliter Indicem inservire; etenim illa vix non omnes noxios infectosque libros prohibent, quorum de cetero lectio ipsa naturae lege ut plurimum vetatur; hic autem librorum tantummodo partem, eamque minimam, recenset atque notat; decretis sola pravorum librorum genera et classes, Indice vero libri singuli, expresso cuiusque titulo, imo et auctoris nomine, proscribuntur.

Aperto hinc errore decipi illos qui existimant, solo Indice quaestionem omnem de improbatae lectionis libris definiri, veluti ii tantum prohibiti censendi sint, qui in eo notantur. Etenim ut alicuius libri licita sit lectio, duo concurrant oportet, et ne liber in catalogo notatus reperiatur, et ne sub ulla ex iis classibus, quae per decreta generalia improbantur, contineatur. Et quidem vere; sin aliter decreta generalia fere inutilia redderentur; et librorum vetitorum Index ad ingentem molem assurgere deberet, aut plurima complecti volumina. Ex quibus patet, illorum esse improbandam agendi rationem, qui ut sese certiores reddant an aliquem librum legere salva conscientia possint, Indicem librorum prohibitorum aperiunt, et si quidem in illo descriptum reperiant, lectione abstinent; secus legunt. Falso, inquam, hi ducuntur criterio, quia quamvis in catalogo non notatus, potest liber ille sub aliqua ex classibus in Const. *Officiorum* improbatis comprehendi, eiusque consequenter lectio interdicta reperiri. Dubitantes igitur de alicuius libri doctrina, qui in Indice notatus non invenitur, optimum facturi erunt, si ab aliquo qui illum legerit, notitias sumant opportunas (1).

Dirimitur etiam illa quaestip, qua quaeritur : an censuras poenasque reliquas in Const. *Officiorum* sancitas incurrant illi, qui librum aliquem legerint in Indice quidem haud notatum, comprehensum autem sub aliqua ex classibus per decreta generalia improbatis.

Et, dummodo ignorantia, aut alia gravis causa non excuset, certum est poenas illas incurrere ; aperta enim sunt verba quae in cit. Const. *Officiorum* leguntur *paragrapho* praesertim 49.

Observat deinde Rihus Secretarius, iuxta mentem et con-

(1) Cf. cit. Comment. Vol. XXX, pag. 174 seqq.

silium Summi Pontificis, quae fuit et antiquarum regularum severitatem temperare easque molliores efficere, et totam Indicis rationem tempori accommodare, illud abhibitum temperamentum fuisse, ut plura opera pluresque auctores ex Indice novo expuncti fuerint, quorum prohibitionis ratio nunc nec necessaria, nec utilis videbatur.

At occasione arrepta ex eiusmodi antiqui Indicis imminutioni, nonnullas enodat quaestiones, quae enodandae prorsus erant.

Et I°. Ex ea Constitutionis *Officiorum* dispositione, qua Leo XIII praescribit: *Libri omnes, quos ante annum 1600, aut Summi Pontifices, aut Concilia oecumenica damnarunt, atque in novo Indice non recensentur, eodem modo damnati habeantur, sicut olim damnati fuerunt, iis exceptis quae per haec decreta generalia permittuntur* (1), perbelle observat cl. Pater, auctorum illorum primae classis, quorum *opera omnia* prohibita fuerunt, ea nunc permissa censenda esse, quae vel de religione ex professo non tractant, vel si tractent, nihil tamen contra fidem continent, vi § 4 eiusdem tituli 1., hanc autem mitigationem ad acatholicos quoscumque scriptores esse extendendam, quorum *opera omnia* in Indice expresse relata fuerant. Nimirum si horum scriptorum aliquod sit opus, quod vel nullimode vel ex professo de fide non tractet, sed obiter tantum fidei veritates attingat, permissum censendum est usque dum aliquo speciali decreto non prohibeatur (2). Qua de causa distinctio illa inter *opera omnia prohibita* simpliciter, et *Opera omnia de religione tractantia* post Const. *Officiorum* locum de cetero *non* habet, cum quoties auctoris alicuius *opera omnia* prohibentur, ea tantum intelliguntur, quae vel de religione tractant, vel quamvis non tractent, decreto aliquo generali aut speciali proscripta reperiuntur.

Hinc non immerito quis inferet, auctorum illorum quorum *opera omnia* in Novo Indice prohibita adhuc leguntur, ex. gr. Gioberti Vincentii, ea tantum nunc prohibita censenda esse, quae decreto speciali antea prohibita fuerant, non alia quae de religione aut nullimode aut ex professo non tractabant, aut nullo speciali decreto fuerant interdicta.

(1) Tit. I, i 1 Comment. Vol. XXX, pag. 43.

(2) Comment, cit. Vol. XXX, pagg. 171 et 176.

2°. Lectores deinde monet, expunctos ex Indice fuisse non paucos etiam libros, qui quamvis aliquo vitio infecti, tamen propter sermonis elegantiam, eruditionis vel documentorum copiam, utiles quibuslibet censentur et sunt; idque factum est ut novus Index responderet Rom. Pontificis menti moderationem suadentis, praesertim § 10. Cap. IV.

3°. Qua usi moderatione ex novo Indice expunxerunt similiter libros et opera, quae de immaculata Virginis Conceptione recte quidem, sed iritemperanter agebant; quae lites et controversias domesticas continebant; quae prohibita fuerant ob auctoris pervicaciam, qui silentium ea in quaestione indictum minime observare voluit; libellos qui continebant officiola et litanias ab Ecclesia non probatas; opuscula quaedam levia et superstitiosa indulgentias falsas et apocryphas iactitantia: opuscula alia quae quamvis plena veneni, adeo tamen rara facta sunt, ut vix reperiantur; tum quaedam opuscula plerumque ascetica; tun% theses quae ad disputandum in publicis accademiis proponebantur; ea ulterius opera quae solis Magistri Sacri Palatii Apostolici edictis saeculo XVII prohibita fuerant; atque ea etiam opera, de quibus ipsa Sacra Indicis Congregatio decreverat omitti posse in proximo decreto; collectiones insuper declarationum, decisionum, interpretationum sacrarum Congregationum, quae authenticae non essent, cum quamvis tales, rerum tamen ecclesiasticarum studiosis haud sunt inutiles.

Computo autem expunctorum operum et auctorum instituto, expuncta in novo Indice reperiuntur *bis mille quingenta oetuaginta tria opera* circiter (2583).

Post haec diligentissimus Pater modum indicat, quo in Indice concinnando librisque describendis compilatores usi sunt, ut eius esset usus expeditior, et quidem omnia sunt laude digna; ea tamen lectores in cit. Praefatione legant, cum nos aliquam quaestionem proponere desideremus.

Ex dictis quisque intelligit quinam sint libri et auctores ex novo Indice expuncti, quibusve de causis expuncti fuerint. Non levis tamen difficultas oritur, si consideretur, expunctos etiam libros fuisse qui sub causis vel a Rom. Pontifice, vel a Rmo Secretario allegatis concludi non videntur; atque aliquod afferemus exemplum.

Leo XIII in cit. Const. *Romani Pontifices* affirmat, in nova Indice *omissos fuisse libros non ita paucos, quorum proseri-*

ptio olim necessaria, vel opportuna, hodie vix non inutilis evasit, atque Pontificis intentio valde laudanda videtur. Critici tamen observabunt, viros doctos qui expurgando Indici manum dedere, Pontificis voluntatem cumulate executos non fuisse, cum ex novo Indice auctores expunxerint qui expungendi non erant, conservaverint e contra qui praetermitti poterant.

Et quoad 1m. argumentum fortasse petituri erunt ex libro expuncto, cuius titulus et damnatio in antiquo Indice ita legitur *pag. 32.* « Bibliothèque Janséniste, ou cathalogue alphabétique « des livres Jansénistes, quesnellisfces, bajanistes, ou suspects « de ces erreurs. Decret. 20 Sept. 1749.... ». Hic autem catalogus confectus fuerat a cl. viro Dominico De Colonia S. L, in eoque recensuerat auctores omnes qui sibi de Iansenianis erroribus infecti videbantur; quos inter homines pietate, doctrina et dignitate insignes, cardinalem videlicet Norisium, ut aliquos citemus, et Ioannem Laurentium Dominicum Berti Ordinis S. Augustini. Hic porro Catalogus relatus in Indicem primo fuerat iuxta editionem Bruxellensem anno 1744, postea generice, *ubicumque et quocumque idiomate impressus imprimendusve ;* anno demum 1749 proscriptus fuit *tamquam plura continens respective falsa, temeraria, scholis et scriptoribus catholicis etiam ecclesiastica dignitate eminentibus iniuriosa et Apostolicae Sedis decretis adversantia* (1). Gravissima profecto sunt lati decreti verba, quaeque hanc Bibliothecam collocare non videntur vel inter ea opera quorum proscriptio olim necessaria aut opportuna, nunc autem fere inutilis appareat, vel inter illas librorum classes, quos expunctos Rmus Secretarius fatetur.

Attamen optime factum dicimus ab Emis Patribus aliisque •doctis viris qui in Indice reformando partem habuere, si et hanc Bibliothecam Iansenisticam, seu cathalogum eorum qui Ianseniana labe infecti auctori videbantur, ex novo Indice expunserunt.

Etenim principalis huius cathalogi defectus in eo erat, ut per eum auctor, privato suo iudicio et auctoritate, tribueret iansenisticas opiniones auctoribus omnibus, quos citat, eorumque sententias aliquas ad incongruum sensum pertraheret. Non agebatur hinc de doctrina falsa, et Ecclesiae dogmatibus

(1) **Ap. Catalani** *De Secretario Indicis,* **pag.** 08.

repugnante, quam auctor sequeretur, aut sequerentur illae scholae et scriptores catholici, etiam ecclesiastica dignitate eminentes, quos in cathalogo auctor carpit, sed agebatur de'falso auctoris iudicio doctrinam Iansenianam iis tribuentis qui eam minime sequebantur, atque de detortis ad sensum repugnantem quibusdam sententiis ab illis prolatis. Quamvis igitur cathalogi auctor hac sua agendi ratione plurimum erraverit, et merito reprehensus damnatusque fuerit, non tamen propter doctrinam haereticam aut erroneam, quam studiose sequeretur, sed quod alios Ianseniana labe infectos putaret, qui infecti non erant. Cathalogus igitur hic libelli potius infamatori! speciem praesefert quam operis falsam doctrinam continentis,, cum Iansenii placita tum Pater De Colonia, tum scholae et scriptores catholici quos carpit, odio haberent.

Neque quemquam moveat, quod liber proscriptus fuerit tamquam plura continens *respective falsa,* etenim universi noverunt, eiusmodi dictionem seu notam propositionibus in globo applicari, atque difficillimum esse determinare quaenam nota singulis competat propositionibus, quamvis aliqua singulis certe competat. Cum autem finis, quem auctor Bibliothecae Iansenisticae sibi praestituit, ille esset, ut homines et sententias ianseniana labe infectas ab illis pronuntiatas notaret, falsitas respectiva in eiusmodi re consistat oportet, scilicet in Iansenii placitis quae homines illi profiteren tur; consequenter in falsa accusatione, et suppositione.

Pessima tamen nocendi voluntate ductus existimandus non est auctor dum catholicos scriptores, scholasque veluti labe Ianseniana infectas traduxit, sed bona fide: quod sibi scilicet hanc pestem redolere quaedam sententiae viderentur, quas illi protulere scriptores; notissimae enim sunt quaestiones acerrimae atque diuturnae, quae etiam inter catholicos theologos ob Iansenii exarsere doctrinam; quae opinionum dissensio nec tum primo contigit, nec futura erit postrema. Qua de causa cum haec quaestio directe ad doctrinam catholicam non referatur, utraque enim pars romanam fidem sequebatur et propugnabat, merito debet inter illas controversias domesticas et privatas referri, de quibus sapienter Rmus Esser scribit, agitatas fuisse inter diversas personas aut coetus vigentes acriori quam decebat modo, caritatis quidem dispendio, veritatis autem vix

ullo incremento (1); atque hinc merito e novo Indice deletum hoc opus fuisse.

De cetero neminem nunc latet eiusmodi Bibliothecae Iansenisticae vitium; ita ut nullus vir sapiens et prudens circa distorta auctoris iudicia ei nunc fidem aliquam adhibeat; neque personae aut scholae in crimen Iansenianum inductae periclitantur famam amittere, eo quod ex novo Indice eiusmodi opus expunctum fuerit, non enim Patris De Colonia, sed S. Congregationis Indicis sententia integra manet; ex hac autem constat semperque constabit, iniuria, quamvis bona fide, ab eo insimulatos labis iansenianae scriptores catholicos fuisse, et hac in re nullam sibi fidem conciliare.

Librum autem, et verius opellam, ex novo cathalogo expungendam, quae tamen expuncta non fuit, iidem critici dicturi erunt esse: *II velo rimosso da sulle tristi avventure del Rmo P. Giovanni da Capistrano ex Generale di tutto l'Ordine dei Minori.* Decret. 23 Giugno 1836.

Hanc autem opellam vir religiosus idcirco scripsit, ut a se accusationes amoveret quas incurrerat ob non rite exploratas virtutes et opera miranda quae agere traducebatur sanctimonialis quaedam oppidi Montiscastrilli in Umbria, quae Pontificatum gerente Leone XII, et sub initiis Pontificatus Gregorii XVI insignem sibi sanctitatis famam comparaverat. Observabunt enim viri critici librum hunc parvae esse molis, rarum admodum factum esse, fidei veritates nullimode attingere, sed ad factum referri, de quo non pauci homines ridere solent, et tantum agendi rationem supremae Inquisitionis aliquatenus carpere, ita ut consultum magis fuisset illum spernere quam condemnare.

At haec quamvis vera velint haberi, observandum tamen est, eiusmodi opella non leve vulnus auctoritati et agendi rationi Supremae Inquisitionis infligi; et cum eius auctor vir fuerit religiosus, integrae famae, doctrina excellens, et primae in suo Ordine auctoritatis, qui se iudicem in causa propria constituit, lectores haud immerito iudicare poterant, si expuncta ex Indice haec opella fuisset, animadvertisse Censores expurgando Indici deputatos, iuste de Suprema Inquisitione Rmum Ioannem a Capistrano questum fuisse. Recens de cetero da-

ti) Pag. XIV.

mnatio est, viva insuper in Ordine Seraphico facti memoria, ita ut opellae expunctio non rectis undequaque iudiciis dare locum poterat.

Nos haec tantum exempla afferre contenti fuimus. Quamvis autem lectores alia producere possint, collationem veterem inter et novum Indicem instituendo, veram tamen atque sinceram Romani Pontificis sententiam reperient, quo affirmavit, ***multorum operum prescriptionem olim necessariam vel opportunam, hodie vix non inutilem evasisse.*** Et Deo gratias.

Optandum tamen est, ne aut Suprema Inquisitio, aut S. Indicis Congregatio in eiusmodi minoribus opellis, aut illis, quae nullimode fidem attingunt, diiudicandis operam perdant; silentio enim pressis iis rationibus, quae ex Constit. ***Officiorum*** nunc et deinceps peti debent atque executioni mandari, eiusmodi scripta citius tolerantia, quam condemnatione dantur oblivioni.

Declarationes quae post publicatam Constitutionem OFFICIORUM a S. Indicis Congregatione prodiere nostrae commentationi addendae.

Pag. 25 commentantes illa Constitutionis verba: ***quibusque catholici homines toto orbe religiose pareant,*** scripsimus, nullam e catholicis nationibus excusari ab observantia huius Constitutionis.

Id autem per S. Indicis Congregationem declaratum fuit: etenim proposito dubio : « Utrum dicta Constitutio vim obligatoriam habeat etiam pro regionibus britannici idiomatis, quas « tacita dispensatione frui quidam arbitrantur ? »

Sacra Congregatio omnibus mature perpensis, sub die 19 Maii 1898, responderi mandavit: ***affirmative*** (1).

Exponentes similiter verba § 5, ***iis dumtaxat, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam;*** hos intelleximus nedum qui in Universitatibus, Collegiis, Seminariis S. Theologiae, aut divinarum Scripturarum cursum scholasticum conficiunt, sed illos etiam qui hisce studiis scientiisque animum applicant, sive ecclesiastici sint, sive saeculares (2). Haec autem nostra inter

(1) Acta S. Sedis Vol. XXX, pag. 698.
(2) Ibid, pag. 179.

pretatio confirmata fuit a S. Indicis Congregatione, ad quam delato dubio: 1.° Utrum haec verba articuli V: *«quistudiis theo-« logieis aut biblicis dant operam,* intelligenda tantum sint de « doctis viris iis scientiis deditis, aut extendi valeant ad univer-« sos S. Theologiae tyrones ? »

S. Congregatio, omnibus mature perpensis, sub die 19 Maii 1898 responderi mandavit:

Negative ad l^m. partem, affirmative ad 2^m. (1).

Dubium tamen eiusmodi iterum ad S. Indicis Congregationem delatum fuit, eoque quaesitum:

I. Utrum sub nomine eorum « *qui studiis theologicis, vel « biblicis dant operam* veniant etiam alumni qui Theologiae et « linguae hebraicae ac graecae in scholis Seminariorum va-« eant ? »

Et quatenus affirmative.

II. « Utrum possit Episcopus permittere ut in scholis alu-« mni sub ductu Professoris, textus hebraicos et graecos ab « acatholicis editos, legant ac vertant, dummodo *non impugnen-« tur in prolegomenis aut adnotationibus talium librorum ca-« tholieae fidei dogmata ? »*

Eadem S. Congregatio sub die 18 Iunii 1898, iisdem dubiis mature perpensis, respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative:* nisi specialem a S. Sede facultatem obtinuerit (2).

Et recte quidem: Etenim hi Sacrarum Scripturarum textus ab Apostolica Sede proscripti sunt, in cuius Statuta et leges Episcopi, utpote inferiores, nullam "habent potestatem.

Ad § 14, et praecise ad illa verba : *Prohibentur pariter libri, qui errores ab Apostolica Sede proscriptos tuentur,* ita scripsimus: «Ut hi libri proscriptioni subiaceant, errores ab « Apostolica Sede proscriptos, non simpliciter asserere, sed vin-« dicare debent (3) ».

(1) Acta S. Sedis Vol. XXX, pag. 697-698.

(2) Ibid. pag. 749.

(3) Ibid. pag. 509.

Haec pariter sancita reperiuntur a S. Indicis Congregatione die 19 Maii 1898; etenim proposito dubio: « An opera (quae « permulta sunt) erroribus infecta, *a Syllabo* damnatis, verbis « articuli 14 prohibita censeantur, quatenus errores ab Aposto- « lica Sede damnatos continentia ».

S. Congregatio responderi mandavit:

Affirmative, si hos errores tueantur, seu propugnent (1).

Haec autem declaratio nullimode iis officit quae de Syllabi valore scripsimus in nostro Commentario *pag. 125,* neque eius indolem mutare potest.

Circa § 21, quae respicit diaria, folia et libellos periodicos, a S. Indicis Congregatione quaesitum fuit:

« Utrum excerpta a periodicis capita seorsim edita (vulgo *« tirages à part)* censeri debeant *novae editiones,* atque pro- « inde nova approbatione indigeant, prout articulo 44 requi- « ritur ? »

Die sed vero 19 Maii 1898 responsum fuit: *Negative (2).*

Huius autem declarationis ratio est manifesta; excerpta enim, *seu tirages à part,* nequeunt *novae editiones* censeri, cum eodem labore conficiantur; consideranda idcirco sunt veluti pars eiusdem editionis; attamen quoad hoc caput ea legantur quae disserta reperiuntur in nostro Commentario, *pag. 164, 165.*

Quantum attinet ad § *40,* quae agit de licentia publicandi operis ab Ordinario concedenda, si nihil publicationi obsistat, quesitum fuit:

« An Ordinarii qui, peracto examine alicuius libri, praeviae « eorum censurae submissi, licentiam denegent eumdem publi- « candi, teneantur auctori rationes denegatae licentiae indi- « care ? »

Eadem Sacra Congregatio sub die 1 Septembris 1898 responderi mandavit: *Affirmative, si liber videatur correctionis seu expurgationis esse capax.*

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Indicis Congregationis die 3 Septembris 1898.

F. Marcolinus Cicognani O. P. a Secretis (3).

Et quidem iure meritoque ita responsum est. Nemo enim

(1) Acta S. Sedis Vol. XXX, pag. 698.

(2) Ibid. pag. 698.

(3) Ibid. pag. 256.

corrigere potest quae ignorat; indicanda igitur sunt quae corrigenda; idque praesertim si viri saeculares sint qui de religione agant, variisque Ecclesiae dogmatibus; cum enim accuratas de iis notiones plerumque non habeant, facillime possunt diversa credere, opinari et in errorem labi. Hi igitur, cognita Ecclesiae doctrina, indictas correctiones facile et libenter exequuntur.

Idipsum vero non est ei praestandum, cuius opus est correctionis incapax, quandoquidem aliud esset opus ab auctore conscribendum conscripto e diametro oppositum. De cetero qui libros pessimos Episcopi correctioni subdunt, potius ut ei illudant, quam ut serio agant, ita faciunt.

Ea quae circa § 18, id est librorum liturgicorum editionem scripsimus, ad trutinam revocantur.

Nostram exponentes opinionem circa paragr. 18, Cap. VII: *In authenticis editionibus Missalis, Breviarii, Ritualis, Caeremonialis Episcoporum, Pontificalis Romani, aliorumque librorum liturgicorum a Sancta Sede apostolica approbatorum, nemo quidquam immutare praesumat; si secus factum fuerit, hae novae editiones prohibentur;* id nobis verum visum est, post eiusmodi decretum singulis facultatem libros liturgicos imprimendi factam fuisse, cum et nemo excipiatur, et nihil requiratur aliud quam conformitas cum editionibus authenticis; scripsimus qua de causa, editores et typographos quoslibet,, post eiusmodi a Leone XIII concessam licentiam, posse libros quoscumque liturgicos imprimere, id unum prae oculis habentes, ut novae editiones sint plane authenticis conformes, cum sin minus ipso facto proscriptae decernantur; intulimus hinc, neque facultate S. Congregationis Rituum, neque Episcoporum licentia pro eiusmodi novis editionibus parandis divulgandisque eos indigere (1).

Hanc eamdem sententiam tum alii, tum Excmus Gennari S. Officii Assessor (2), et cl. Arthurus Vermeersche S. I, (3)

(1) Comment. Vol. XXX, pag. 358.

(2) Della nuova disciplina sulla proibizione e sulla censura dei libri pag. 53, seqq. Edizione seconda. Napoli 1898.

(3) De prohibitione et censura librorum pag. 72, 73. Altera Editio-Tornaci 1898.

veram habuere, quamvis hic postremus necessariam putet, Ordinarii saltem recognitionem, cum sine illa constare nequeat de novae editionis cum Romanis Archetypis conformitate; attamen concedit eam non iri prohibitum, quamvis eiusmodi recognitione destituatur.

Eiusmodi sententia, aliis silentio pressis, non placuit clarissimis Scriptoribus Ephemeridum Liturgicarum, quas Presbyteri Vincentiani, seu e Congregatione Missionis praeclare conscribunt; qui idcirco in Numeris 4 et 8 anni XII, pagg. 206, et 521 illam oppugnant.

Horum autem argumenta haec sunt.

1.° Quia obiectum recentioris Constitutionis *Officiorum* anni 1897 aliud prorsus est ab illo, quod antiquae Constitutiones libris liturgicis praemissae spectant. *Pag. 206.*

2.° Quia si per cit. § 18 Constitutionis *Officiorum* Constitutiones libris liturgicis praepositae antiquatae fuissent, talia sequerentur consectaria quae admitti non possunt; id est, unicuique licere libros liturgicos edere sine aliqua S. Congregationis Rituum vel Episcoporum venia; necessariam de cetero non esse sive ipsius Congregationis, sive Ordinarii approbatione^ in novis editionibus apponendam; hos libros sine aliqua approbatione editos tuta conscientia posse vendi etemi; quae omnia contraria sunt decretis vigentibus, et factis sibi declarationibus tum in Secretaria S. Rituum, tum Indicis, etc. Ibid. *pag. 209.*

Haec eadem repetunt et confirmare nituntur N.° 8 eiusdem anni, pag. 521, quo loco quaerunt: *Quod nova Constitutio* Officiorum ac munerum *disponit, antiquai ne veterem legislationem super editionibus librorum liturgicorum ?*

Et negativam sententiam iterum statuunt his verbis: «Nova « Constitutio *Officiorum ac munerum* in toto suo robore relin- « qui t veterem legislationem super libris liturgicis, quia obie- « ctum Const. *Officiorum ac munerum* aliud prorsus est ab « obiecto antiquarum Constitutionum, in quibus legislatio con- « tinetur pro libris liturgicis; hanc enim Constitutionem *unicam « efformare normam, qua uti debet S. Congregatio Indicis in « notandis libris* ». Ibid. *pag. 523.*

Demonstrant vero hoc esse Leoninae Constitutionis obiectum ex verbis sequentibus quae in ea leguntur : *Itaque matura deliberatione adhibitisque S. R. E. Cardinalibus e Sacro Consilio*

libris notandis edere Decreta generalia *statuimus, quae infra-scripta unaque cum hae Constitutione coniuncta sunt; quibus idem Sacrum Consilium posthac utatur unice, quibusque catholici homines toto orbe religiose pareant. Ea vim legis habere sola volumus, abrogatis* Regulis *Sacrosanctae Tridentinae Synodi iussu editis,* Observationibus, Instructione, Decretis, Monitis, *et quovis alio Decessorum Nostrorum* hac de re statuto iussuque, *una excepta Constitutione* Sollicita ac provida, *quam, sicut adhuc viguit, ita in posterum vigere integram volumus.* Ibid.

2° Ex ipsa Indicis librorum prohibitorum consideratione, variisque quibus constat partibus, seu paragraphis, in quibus clarissimi Scriptores affirmant de Legislatione circa libros liturgicos *nihil, omnino nihil* contineri. Ibid. *pag. 524.*

Quod verum esse dicunt etiam de Const. *Sollicita ac provida,* quam unice in suo robore Leo XIII dimittit. Ibid.

In ceteris quae subdunt, quibusque probare propositam a se sententiam satagunt, nil aliud praestant, quam* demonstrare neque in Constitutione *Officiorum,* neque in Indice librorum prohibitorum aliquid reperiri, quod offendat auctoritatem Constitutionum, quibus consulitur editioni librorum liturgicorum, quaeque adhuc praemittuntur, vel citantur in praefationibus ad ipsos libros liturgicos.

Subdunt tamen, in adversa hypothesi, id est nostra, hoc inconveniens sequi, Codices nempe liturgicos inferioris evadere conditionis quam alios libros non paucos, cum hi, sacra praesertim et ecclesiastica tractantes revisioni et approbationi Censorum et Ordinariorum subdantur, excludantur vero libri liturgici. Ibid. *pag. 528, 529.*

Haec igitur expendamus.

Et 1.° Vellemus utique pro ea existimatione, qua praeclarissimos Ephemeridum liturgicarum scriptores prosequimur, ipsis assentiri, et ea amplecti ratiocinia, quibus nostram sententiam impugnant; at dabunt veniam si animo sincero fateamur, adductis argumentis minime nos persuasus fuisse de veritate propugnatae ab ipsis sententiae, et idcirco nostram retineamus usquedum authentica aliqua lege, vel Decreto a Romanis Pontificibus lato aut confírmate, eam dimittere compellamus

Contendimus itaque, *Leonem XIII per recitatam paragraphum 18 abrogasse quidquid circa editionem librorunj, U tu r-*

gieorum antea statutum fuerat, iis exceptis quae ipse confirmavit: consequenter illorum edendorum per eam unicam constitui legem quam universi sequi teneantur.

Et a principio nemo inficiabitur, Constitutionem *Officiorum ac munerum* legem esse universalem a quibuscumque observandam, et constituere regulam unicam circa eas res quae ad libros referuntur.

Certum insuper est, Leonem XIII ut omnibus hanc suam voluntatem patefaceret, abrogasse alia quaelibet statuta, decreta et leges, quae circa eiusmodi materiam antea vim legis obtinebant, nulla facta neque implicita, neque explicita decreti alicuius antea vigentis exceptione, una exclusa Const. *Sollicita ac provida.* Ergo circa librorum etiam liturgicorum editionem unicam nunc normam praebet et praebere debet Constitutio *Officiorum.*

Revera Pontifex in testimonio superius recitato et ex lata Constitutione desumpto, decernit: 1.° *Se edere decreta generalia, quibus idem Sacrum Consilium posthac utatur unice.* Ergo exclusis quibuslibet aliis decretis generalibus: sin minus Sacrum Consilium posthac non uteretur *unice* circa librorum edendorum materiam decretis a Leone XIII latis, sed uti etiam necessario deberet decretis latis a praedecessoribus Pontificibus in illis Constitutionibus, quas libris liturgicis insertas legimus. Etenim in clariss. oppositor um sententia, illae minime abrogatae dicendae sunt, et adhuc integram vim suam retinent.

2.° Affirmat Pontifex, decreta generalia a se edita vim legis habere sola. *Ea vim legis habere sola volumus.* Ergo Constitutiones aliae vim legis de cetero habereiion possunt ; et idcirco corruant oportet Constitutiones omnes aliae quae antea vim legis obtinebant, ut prorsus obtinebant Constitutiones recensitae circa libros liturgicos. Si enim hae adhuc vim legis haberent, Decreta generalia a Leone XIII promulgata iam vim legis *sola* non haberent.

3.° Id vero ut universi intelligant quanta generalitate statuatur, nedum Pontifex abrogat *Regulas Tridenti/ias, Instructionem Clementis VIII, Decreta et Monita,* quae omnia praemittebantur antiquo Indici et constituebant legislationem circa librorum materiam, sed etiam abrogat *quodvis aliud decessorum suorum hac de re statutum iussumque.* Nullum igitur Romanorum Pontificum decretum *hac de re,* id est quod ad Ii-

bros edendos referatur, post Const. *Officiorum* vim habere potest; abrogatio enim est universalissimam quae nullam patitur nec permittit exceptionem.

4.° Quod eo magis patescit, quia Leo XIII unam excipit Constitutionem *Sollicita ac provida* a Benedicto XIV latam, cuius finis praecipuus, vel etiam unicus, est suppeditare librorum Censoribus criteria et normas librorum diiudicandorum, qui ad S. Congregationem Indicis deferuntur. Si autem unam excipit Benedicti XIV Constitutionem; ergo ceteras Constitutiones Romanorum Pontificum ad materiam librorum spectantes Leo XIII abrogavit. Et sedulo consideretur, Legislatorem adhibere verba, quae omnimodam universalitatem redolent: *et quovis alio Decessorum nostrorum hac de re statuto iussitque, una excepta* etc.; quae nedum generalia decreta, sed etiam particularia complectuntur. De cetero clarissimos Oppositores non latet, *hac de re,* id est circa materiam librorum, ante Const. *Officiorum* nulla alia decreta vim habuisse praeter saepe cit. Constitutiones pro editione librorum liturgicorum. Ergo cum Leo XIII nominatim abroget decreta omnia quae praemittebantur antiquo Indici librorum prohibitorum, generice vero *quodlibet aliud hac de re statutum iussumque decessorum suorum;* si citatae Constitutiones pro librorum liturgicorum editione adhuc vim suam retinerent, nullum aliud profecto *statutum iussumque hae de re* abrogavisset Pontifex, quia ante Const. *Officiorum* nulla erant alia Pontificum decreta *hac de re* quae vim legis haberent, praeter cit. Constitutiones pro libris liturgicis.

Attamen eiusmodi ratiocinia clarissimi Oppositores répudiant :

1.° Quia ut supra notavimus, obiectum novae Const. *Officiorum* diversum prorsus est ab obiecto decretorum, seu Constitutionum, quibus accuratae librorum liturgicorum editioni consulitur.

2.° Quia nullum arripi potest argumentum ex verbis *hae de re,* quae in nova Constitutione leguntur, cum illa verba aequipolleant sequentibus: *super hae materia;* haec autem, ut ipsi explicant, aequipollent aliis : *super normis pro notandis libris.* Pag. 524.

Ut igitur respondeamus : Falsum est tum novam Constitutionem, tum vetusta decreta quae Indici librorum prohibitorum praemittebantur, unicam efformare normam pro libris notandis

etenim *notare libros* vere et prorie idem est ac censuram doctrinalem in libros instituere, qui ad S. Indicis Congregationem deferuntur; sed in utroque documento circa librorum materiam omnia propemodum decernuntur. Etenim in Const. *Officiorum* agitur de editione, de denunciatoribus, de praelatis censurae praepositis, de libris praeviae revisioni subiiciendis, de typographis et editoribus librorum; complectitur nempe haec Constitutio absolutam plenamque legislationem circa librorum materiam, et minime unas regulas pro notandis libris; constat imo regulas pro notandis libris ex minima parte continere, cum id muneris sibi sumat et absolvat Constitutio *Sollicita ac provida* Benedicti XIV, in qua vere et proprie traduntur normae pro libris notandis. Similiter in antiquis regulis abrogatis continebatur universa de libris legislatio; agebatur scilicet de prohibitione librorum, de correctione librorum, de impressione librorum, de libris prohibitis, nec in Indice nominatim expressis etc. etc. Falsum est ergo tum novam, tum antiquam legislationem ad librorum notationem seu censuram unice pertinere.

Quod si clarissimi Scriptores dixerint, se per verba *notandis libris,* ea omnia voluisse comprehendere quae utrumque complectitur documentum, eo ipso fatentur, Leonem XIII verbis *hae de re* designasse universam circa libros divulgandos legislationem, et non unam librorum censuram et prohibitionem : etenim haec duo duobus capitibus absolvi poterant. Cum autem Legislator nullam librorum classem exceperit, sed, praemissa antea generali circa librorum materiam Constitutionum, statutorum, iussorumque Decessorum abrogatione, universalia prorsus decreta statuerit, sub iisque librorum etiam liturgicorum editionem in § 18 comprehenderit, non intelligitur quanta veritate affirmetur, decreta pro libris liturgicis edita manere intacta et integra post Leonis XIII Constitutionem ; verba autem *hae de re,* alia quidem innuere et denotare, nullimode - vero ad Consitutiones pro libris liturgicis referri, quae est altera cl. oppositorum exceptio.

Post haec demonstrare possumus, Leonem XIII, dum paragraphum 18 sancivit, ad illas prorsus Constitutiones respexisse, easque habuisse sub oculis; impossibile consequenter esse ut vim suam adhuc retineant.

(sequitur)

Et praetermisso argumento superius adducto, quo demonstravimus fore ut Leo XIII nullum aliud statutum iussumque Decessorum suorum abrogavisset, si Constitutiones pro libris liturgicis editae excipiuntur, quia nullae aliae Romanorum Pontificum Constitutiones circa librorum materiam, vim et auctoritatem retinebant; ea profecto Decreta Pontifex sub oculis habuisse dicendus est, quorum nedum sensum, sed etiam verba in suam Constitutionem transtulit; at certum est, citatam paragraphum XVIII desumptam fuisse tum quantum ad sensum, tum quantum ad verba ex Constitutionibus quae libris liturgicis adhuc praemittuntur. Ergo etc.

Profecto S. Pius V in Const. *Quo primum tempore* data an. 1570, iis prius narratis quae egerat, ut editio Missalis correcta undequaque prodiret, statuit Missali authentico iussu suo edito *nihil umquam addendum, detrahendum, aut immutandum sub indignationis nostrae poena* etc.

Idipsum statuit Clemens VIII anno 1604, edita Const. *Cum sanctissimum,* qua Inquisitoribus et Episcopis praecepit, ne Missali authentico a se universae Ecclesiae proposito *aliquid addi, aut detrahi permittant.*

Urbanus Papa VIII similiter anno 1634 praecepit: *nec in illis aliquid addi, vel minui permittant.*

Quantum ad Breviarium attinet, S. Pius V Const. *Quod a nobis* data anno 1568, plurimis praemissis quae circa correctionem Breviarii R. acta fuerant, (et utinam aliud aliquid agatur ad ea non pauca corrigenda quae supersunt), aliisque statutis circa antiquorum Breviariorum usum, decernit: *Statuentes Breviarium ipsum nullo umquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse.*

Clemens VIII Const. *Cum in Ecclesia* anni 1602 Inquisitoribus et Ordinariis locorum pariter mandat, ne Breviario a se in melius commutato *aliquid addi, vel detrahi permittant.*

Urbanus VIII, Const. *Divinam Psalmodiam,* prohibet tum Inquisitoribus, tum Episcopis Breviaria impressa approbare, nisi postquam *nihil in iis additum detractumque cognoverint.*

Quoad Caeremoniale Episcoporum Clemens VIII in Constit. *Cum novissime* edita anno 1600 statuit: *Ac Caeremoniale huiusmodi sic emendatum et reformatum nullo umquam tempore in toto, vel in parte mutari, vel ei aliquid addi, aut*

omnino detrahi posse. Haec autem statuta fuisse ut inCorruptae manerent novae librorum liturgicorum editiones, exploratum est ex ipsis Constitutionibus.

Paragraphus igitur XVIII a Leone XIII statuta desumpta est evidentissime ex his Constitutionibus, cum nullae aliae Constitutiones Romanorum Pantificum existant, in quibus haec decernantur; sed de lege antiqua, quam sub oculis Legislator habuit ea tantum vigere dicenda sunt, quae ab ipso Legislatore desumpta, approbata, et servanda proposita sunt, si praesertim edicat, se ceteras quascumque praedecessorum Constitutiones de re eadem abrogare: Ergo 1.° Constitutiones antiquae de libris liturgicis abrogatae dicendae sunt. 2.° De iis nihil aliud servandum, nisi quod in cit. § 18 Leo XIII servandum praecipit. 3.° Finem novae et antiquarum Constitutionum esse plane identicum, integras scilicet et immutatas conservare editiones authenticas librorum liturgicorum, quamvis media ad id consequendum sint diversa. 4.° Verum non esse, per Constitutionem *Officiorum, integras supponi* antiquas Constitutiones de editione librorum liturgicorum, sed oppositum verum esse.

Post haec illud superest demonstrandum, per cit. § 18 Constitutionis *Officiorum,* Leonem XIII in Editione librorum liturgicorum nihil aliud exigere quam, ut nihil in iis immutetur, nulla obligatione licentiae, revisionis, collationis imposita.

Et 1.° Verba legis sunt stricte et proprie intelligenda. Sed verba cit. paragraphi 18 nihil aliud significant, quam ne in editione librorum liturgicorum aliquid immutetur; secus prohibiti manent. Ergo hoc tantum imponunt.

2.° Nefas est in poenalibus a stricto verborum sensu recedere, et sensum extendere ultra quam obvius et literalis sensus permittit. Lex autem haec est poenalis.

3.° Quotiescumque Leo XIII revisionem et approbationem operis imprimendi exigit, id in sua Constitutione apertis verbis exprimere et mandare solet; ut patet ex §§ 7, 13, 15, 17, 19, 20, 41. Sed in hac § 18 nihil omnino exprimit, nihil omnino mandat. Atque diligenter consideretur, paragraphum hanc 18 reperiri inter 17, 19, 20, in quibus facultas legitimae potestatis pro designatis libris imprimendis aperte praescribitur: ut quid igitur praetermissa fuit pro editione librorum liturgicorum ? Hac in re profecto stare debet iuridicum effatum: *Legislator quod voluit expressit, quod non expressit noluisse censendus est.*

4.° Quid! quod hoc ipsum ex iis demonstrare possumus quae clarissimi oppositores pag. 526 scribunt? Ita enim loquuntur.

« Si autem inquiras, qua ergo de causa in § 18, Cap. VII « Constitutio *Officiorum ac mulierum* de liturgicorum librorum « editionibus se occupet, in promptu responsio est. Quia, nempe « prohibitio cuiuscumque libri, sit sacer, sit profanus, sit asce- « ticus, sit mysticus, sit etiam liturgicus, sit cuiuscumque alte- « rius naturae, id obiectum constituit S. Congregationis Indicis. « Quin imo quodcumque opusculum, quaecumque additio, quae- « cumque mutatio in codicibus quibuscumque Ecclesiae, con- « sequenter et in liturgicis, statim ac prodit in lucem, provinciam « ingreditur eiusdem S. Congregationis Indicis. Quod nihilomi- « nus non vetat, quominus a S. quoque Rituum Congregatione « aliquid prohiberi possit, si Sacros Ritus respiciat, ut compro- « batur de iis, quae in paragrapho IV Decretorum Congregatio- « nis Indicis recensentur, quippe quae ab ipsa quoque S. R. Con- « gregatione fuere prohibita».

His autem verbis oppositores nostri evidenter asserunt, ad S. Indicis Congregationem pertinere etiam de libris liturgicis, deque eorum editionibus sese occupare. Sed ex Constitutione *Officiorum* plane constat, in rebus ad libros spectantibus Sacram Indicis Congregationem uti unice debere decretis generalibus Constitutionis eiusdem: *edere decreta generalia statuimus.... quibus idem Sacrum Consilium posthae utatur unice.* •Quod de cetero ipsi praestantissimi Scriptores concedunt, dum pag. 523; post recitata Leonis XIII verba inferunt: «Ex his « verbis constat, Constitutionem novam cum suis Decretis, seu « titulis, capitibus, numerisque omnibus et singulis illam se- « quentibus, unicam efformare normam, *qua uti debet Sacrum « Consilium in notandis libris* ». Ergo Sacra Indicis Congregatio non tenetur, nec debet uti aliis decretis in libris notandis, id est explicanda propria auctoritate circa omnia illa, quae praescribuntur in Const. *Officiorum,* quae inter est editio librorum liturgicorum. At si vim suam adhuc retinerent antiquae Constitutiones Romanorum Pontificum circa libros liturgicos, Sacra Indicis Congregatio illas observare teneretur. Falso igitur Leo XIII praescripsisset, Sacrum Consilium uti unice debere decretis generalibus a se editis, et falso intulissent cl. Oppositores quae paullo ante retulimus.

Non intelligimus vero ad quid oppositores nostri in rei suae- subsidium allegaverint paragraphum IV Decretorum antiqui Indicis, cum eam noverint esse abrogatam.

Ex iis quae diximus, satis constare videtur, thesim a clarissimis oppositoribus propugnatam, qua scilicet adstruunt, *per novam Constitutionem* Officiorum, *non abrogari aut infirmari, imo supponi, non destrui veteres de edendis libris liturgicis Constitutiones,* solido fundamento destitui; an opposita, id est nostra, solidioribus nitatur argumentis, lectores iudicent.

Adductis autem aliud addere placet, quod nemo fortassis aspernabitur.

Paragraphus 18 illum habere sensum, illamque potest interpretationem admittere quam nos sequimur; interpretes de cetero non mediocris notae idipsum scribunt et fatentur.

Sed cum verba legis certum exploratumque sensum 'non innuunt, cum mens legislatoris ex iis deprehendi non potest, cum interpretes in lege declaranda decertant, lex profecto ambigua censenda est et obscura. Sed in ambiguis et obscuris mitiorem sententiam esse tenendam, iura ipsa statuunt, idque clarissimos adversarios non latet. Cum igitur sententia mitior ea sit, quam nos sequimur; cum eius sit legem interpretari, cuius est condere, usque dum authentica interpretatio cit. § 18 non prodeat, universi tuta omnino conscientia sententiam nostram sequi poterunt, quin antiquas RR. Pontificum Constitutiones circa libros liturgicos transgredí periclitentur.

Attamen Rrñi Patres ut. rem suam tueantur: 1.° Plurima afferunt decreta authentica a S. Rituum Congregatione edita, quibus antiquarum Constitutionum observantiae insistitur, eaque promovetur. *Pag. 208.*

2.° Dicunt, decreta illa inseri adhuc debere, et inserta idcirco fuisse in novissima Collectione authentica, cuius primum iam volumen prodiit.

3.° Tam in S. Rituum Secretaria, quam in alia Indicis certiores de veritate sententiae ab se propugnatae factos fuisse.

4.° Denique praxi inducta eam confirmari, cum tum anno 1897, tum sequentibus plures prodierint librorum liturgicorum editiones, quae ferunt et Ordinarii loci et S. Rituum Congregationis âpprbationem in forma speciali. *Pag. 209.*

Haec igitur sunt a nobis consideranda.

Et quantum ad 1^m attinet observamus, decreta omnia a cl. Scriptoribus allata praecedere annum 1897, id est Constitutionem *Officiorum,* etenim non superant annum 1871; qua de causa nullum contra nostram sententiam suppeditare possunt argumentum, ad quam labefactandam oportuisset afferre decreta posteriori tempore data.

Ad 2[m] iam respondit cl. Vermeérsch, qui lectores suos monuit, ante promulgatam Const. *Officiorum* iam coeptam fuisse recognitionem novissimae Rituum Collectionis; qua de causa haec S. Congregatio institit Decretis adhuc vigentibus, eaque Collectioni inseruit decreta, ex quibus oriturae quaestiones dirimendae erant. Sed quaestio est: an haec decreta, quamvis Collectioni inserta, vim suam retineant post Leonis XIII Constitutionem? An S. Rituum Congregatio posset editionem librorum liturgicorum authenticis exemplaribus plane conformem, sine aliqua Episcoporum et Congregationis Rituum venia confectam nunc prohibere? An editores nunc non possent per § 18 Constitutionis *Officiorum* sibi consulere? De cetero ex quo in Collectione Decretorum S. Rituum Congregationis adhuc allegata ab ipsis decreta inserantur, non sequitur illa vim suam modo retinere, neque ex illa parte, quae in Constitutione *Officiorum* retenta fuit, et confirmata, qua scilicet prohibetur in editionibus librorum liturgicorum aliquid immutari; id enim vim retinet ob Constitutionem *Officiorum.*

Ut argumento rem confirmemus opportuno, norunt Rmi Patres oppositores per Constitutionem *Apostolicae Sedis moderationi* a Pio Papa IX limitatas fuisse censuras omnes latae sententiae, consequenter abrogatam fuisse excommunicationem maiorem iis inflictam, qui ausi fuissent libros liturgicos in aliqua re immutare; norunt etiam multam quingentorum scutatorum auri in desuetudinem abiisse; attamen Constitutiones illae adhuc inseruntur libris liturgicis prout ab Romanis Pontificibus latae fuere. Num poenae inflictae vim retinent, quia latae Constitutiones adhuc inseruntur Missali, Breviario Romano, aliisque libris liturgicis?

Quid demum si idcirco lata decreta inseruntur, non quia vim retineant, sed quia authentica sunt, seu genuina, lata scilicet vere ab ipsa S. Rituum Congregatione? Quot enim in Codicibus leges principumque placita existunt, quae nullam quidem nunc obligationem inducunt, attamen authentica sunt, et

idcirco in Codicibus retinentur? Atque exemplo esse potest ipsum Bullarium Romanum, cuius fortasse dimidia pars abrogatas revocatasque Constitutiones Pontificias continet. Exemplum aliud peti posset ex Conciliorum collectionibus; atque alia exempla non pauca possent ipsi clarissimi oppositores nobis suggerere.

Ita ut in hoc enthimemate: Illae leges aut decreta adhuc inseruntur in collectionibus authenticis; ergo adhuc vim suam retinent, consequens desideratur, nisi antecedens illa tantum decreta inserta praedicet quae praesentem vim habent.

Ad 3^m^ responsio in promptu est; responsa scilicet officialium Curiae Romanae neque vim legis habere, neque certitudinem parere, sed esse habenda veluti privata iudicia. Ad inducendam certitudinem nedum requiritur decretum latum ab universa Congregatione, sed insuper a Romano Pontifice confirmatum; hoc autem decretum adhuc desideratur. Per eiusmodi sed vero responsum, nullimode scientiae detrahimus officialium Curiae Pontificiae; sed unum dicimus, per ipsos non efformari Congregationem, neque leges et decreta statui, neque authenticas dari interpretationes. Nos insuper latet omnino, an aliquando ad competentes Congregationes eiusmodi quaestio delata fuerit, et saltem discussa, ita ut Officiales ex voto Consultorum potuerint sententiam coniectare. Brevius: ad labefactandam nostram sententiam requiritur declaratio authentica.

Ad 4^m^ Petimus 1.°: an praxis trium annorum, et in paucis casibus exercita possit vocari praxis, et inducere consuetudinem, quae vim legis habeat? Ad hanc enim inducendam requiritur, inter alias conditiones, actuum frequentia et temporis diuturnitas.

2.° Quaerimus: an ita egerint editores, quia noverint vel putaverint, per Constitutionem *Officiorum* intactas dimissas fuisse veteres Constitutiones Romanorum Pontificum circa editionem librorum liturgicorum, et unde id noverint?; vel quia id ignoraverint?; vel controversum animadverterint?; vel ita egerint ut editionibus suis maiorem securitatem auctoritatemque conciliarent? Quacumque vero de causa ad ita agendum editores moti fuerint, eorum agendi ratio firmum non suppeditat, argumentum.

3.° Ulterius: quomodo oppositores demonstrabunt, hos editores ad ita agendum lege Leonis XIII compulsos fuisse? Etenim an factum ex iure procedat sub quaestione cadit.

Atque iisdem quaestionibus implicantur Episcopi et ipsa S. Congr. Rituum, dum petitas facultates concessere. Quid enim, si non ex necessitate, sed ex conniventia egerint, ut scilicet postulantibus complacerent? Quidquid autem sit; ex simplici unius vel alterius concessionis et approbationis facto oppositorum sententia non demonstratur. Factum enim iuri niti debet, ut probationem inducat. At ius Ordinariorum et ipsius S. Rituum Congregationis, circa approbationem, revisionem, collationem librorum liturgicorum post Constit. *Officiorum* saltem *dubium* est. In dubio autem benignior est sequenda sententia.

Demum a viro authentico nos audivimus ipsi, editores nunc ad S. Rituum Congregationem sese convertere pro uno testimonio conformitatis novae editionis cum exemplaribus authenticis, non pro revisione aut approbatione. Ita ut argumentum in ipsos oppositores retorqueri posset.

Queruntur tamen cl. oppositores, si nostra sententia retineatur, in deteriorem conditionem libros liturgicos prae aliis fore prolapsuros, cum hi revisioni et approbationi subdantur, non illi.

Verum in hac querela deest argumenti paritas; etenim in aliis libris qui censurae et approbationi subiacent, praecedens iudicium ferendum est de religione et Orthodoxia scriptorum ; ideoque accurato examini sunt necessario subdendi; in libris autem liturgicis eiusmodi examen non est instituendum, sed una conformitas cum editionibus typicis curanda. Cum autem Legislator conditam editionem illico prohibitum decernat, si quid in ea mutatum deprehendatur, hoc ipso securitati librorum liturgicorum satis consuluisse videtur, quamvis praecedentem approbationem et subsequentem collationem non praescripserit. Editores enim cavebunt in novis editionibus librorum liturgicorum in aliquo a typicis recedere, cum sciant se illico operam et expensas perdituros. Neminem vero latet, quot quantaque editores agere soliti sint, ut confectae a se editioni favorem concilient; at nihil obtenturi forent, si confecta editio ab authentica in aliquo discreparci Impossibile vero est ut discrepantiae lateant; qua de causa difficillimum putandum est, (quamvis aliquando contigisse ipsis Constitutionibus pro libris liturgicis edoceamur), eos induci posse ad mutandum aliquid in novis editionibus turpis lucri gratia ; mutationibus enim sibi potius ruinam pararen t, praesertim cum plurimi nunc sint typo-

i

graphi editoresque qui accurate munere funguntur suo; quique si editionem aliquam librorum liturgicorum a typicis discordare animadverteret, illico essent laturi querelas, ne ex prohibitarum editionum venditione ipsi damna paterentur.

Ex quibus responsio etiam ad eos paratur, qui quaerunt: qui erunt iudices conformitatis novae editionis cum typicis? Etenim erunt omnes illi ad quos spectat libros ad Sedem apostolicam denunciare; erunt omnes Ecclesiae viri qui mutationes in illis novis editionibus animadvertunt; erunt alii typographi et editores, qui ex interdicta editione damna patiuntur; collatio autem est quid prorsus obvium et facile, quae scientiam liturgicam non exigit. Ut autem secundum scientiam respondeamus: In saepe cit. § 18 una praecipitur uniformitas: *nihil immutetur ;* collatio per legitimam auctoritatem instituenda non praecipitur ; et non licet legem odiosam ad alia extendere. Quod si dicant, hanc collationem subintelligi; multa quidem, respondebimus, in legibus subintelligi possunt, quin tamen ad res subintellectas subditi obligari possint; praesertim si in poenalibus versemur.

Demum videntur libri liturgici collationem et approbationem omnino referre debere, quia comprehenduntur sub § 41, qua *omnes fideles praeviae censurae ecclesiasticae subiicere debent,* alios inter, *libros qui respiciunt religiosas aut morales disciplinas, ac generaliter scripta omnia, in quibus religionis, et morum honestatis specialiter intersit* (I).

At respondemus, in cit. § 41, qua agitur de libris praeviae censurae subiiciendis, libros liturgicos fuisse omnino praetermissos, ut iam in nostra Commentatione monuimus. Non posse sed vero hos libros sub verbis citatis comprehendi ex eo patet, quod in illis agatur de operibus, seu tractatibus, lucubrationibus, interpretationibus in S. Scripturam, Theologiam, Historiam Ecclesiasticam etc., non autem de simplici textu divinarum Scripturarum, aut librorum liturgicorum; id autem constat ex contextu, sensu, et verbis totius § 41. Utique si qui in libros liturgicos commentaria esset editurus, hoc opus praeviae censurae subiicere teneretur, non autem si libros ipsos liturgicos, prout illis Ecclesia utitur, typis esset amandaturus; etenim vo-

ll) **Ita ci. Vcrmeérsch Op. cit. pag. 73, Edit. 2**

cari nequeunt opera, aut scripta, aut libri illius indolis de quibus in § 41 sermo est, neque sub eiusmodi nominibus veniunt.

Meminisse igitur debemus omnes, quod de cetero saepe animadvertimus, legem odiosam, aut poenalem esse stricte interpretandam, nec posse extendi ad alios casus neque ob rationis identitatem; etenim legislator quod voluit expressit, quod non expressit, noluisse censendus est. Nullibi autem expressit libros liturgicos esse censurae, collationi et approbationi subiiciendos; unum tantummodo expressit mandavitque, ne aliqua, scilicet, in novis editionibus librorum liturgicorum mutatio fiat : *nemo quidquam mutare praesumat;* hoc itaque apprime servato, nil aliud est imponendum; nefas est enim sine certa lege certas obligationes imponere.

An in §§ 47 et 48 *Imprimentes* eodem sensu et extensione sumantur.

Nos quidem affirmavimus, saltem implicite, cum pag. 254 scripserimus : «Quinam *imprimentium* nomine designentur su-« periori paragrapho declaravimus, id est pag. 248 ».

Negavit cl. Wermeersch pag. 56, ea ductus ratione, quod muleta centum ducatorum sine spe remissionis solvenda, a Concilio Lateranensi V imposita, non possit solvi ab operariis, sed tantum ab officinae domino, vel administro; alienum autem a ratione est supponere, voluisse Legislatorem ad impossibile operarios condemnare. Concludit hinc, *in § 48* vocem *imprimentes* strictiori sensu esse sumendam quam *in § 47.*

Verum haec ratio quae prima fronte quaestionem dirimere videtur, corruit omnino, si consideretur, operarios, etiam proximam ad impressionem conferentes operam, non teneri ad mulctam solvendam; id enim agunt quod officinae dominus praecepit; servi autem non tenentur solvere mulctam prohibiti seu praecepti operis, sed tenetur Dominus, cui servi obediunt, et obedire debent. Est enim Dominus, qui per alios facit: et qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. Hinc etiam in cit. Canone Lateranensi unus officinae, seu Typographiae dominus, vel administer ad centum ducatos solvendos tenebatur, non alii operarii.

Accedit, ante Leonem XIII hanc mulctam abrogatam, aut saltem in desuetudinem abiisse; qua de causa nil aliud nunc

superest pro § 48 nisi simplex excommunicatio nemini reservata.

Accedit etiam, Leonem XIII sanxisse ut latae a se novae regulae ex sua tantum voluntate vim haberent.

Adhibuit autem verbum *imprimentes* eo sensu, quo in antiquo iure sumebatur; in hoc autem illi saltem concludebatur, qui proximam impresssioni dabant operam.

Nulla post haec ratio apparet, qua vox *imprimentes* strictiori sensu sumi debeat in § *48.*

An Regulares exempti teneantur proscriptione librorum ab Episcopis indicta.

Id quidem nos defendimus in commentatione nostra *p. 191, seqq.* argumentis quae nobis spernenda non videbantur. Ea tamen solida minime visa sunt cl. P.Wermeérsch, qui idcirco in secunda editione Commentarii sui in Const. *Officiorum* De Censura et Prohibitione librorum- *pag. 50, seqq.* illa nititur elidere; atque ea praesertim quae nos intulimus ex Epistolis *Inter multiplices* Pii Papae IX, ex Cap. Trident. 12 Sess. XXV, ex facultatibus quae a S. C. Indicis conceduntur, et ex § 26 Const. *Officiorum,* atque ex subiectione a Regularibus debita Episcopis in causis fidei; totus autem in eo est, ut veritatem sententiae suae statuat ex privilegio generali exemptionis, quo Regulares gaudent.

Porro in Epistolis *Inter multiplices,* collatam fuisse potestatem delegatam episcopis, scribit, *ut celerius ingruenti malo scripti noxii occurreretur in singulis Dioecesibus. Et cum declarata necessitate promptae coercitionis immediate connecta concessam delegationem.*

Huic argumento aliquatenus occurrimus in nostro Commentario *pag. 194, et 195;* iterum tamen illud ad examen revocare ducimus, quia cl. auctor fatetur, potestatem delegatam a Pio Papa IX Episcopis hac in re factam fuisse, ut celerius malis ingruentibus, quae ex lectione pravorum librorum originem ducunt, possent occurrere.

Ni tamen fallimur, id verum non videtur (1). Etenim Pius Papa IX, revocato prius in Episcoporum memoriam Leonis XII Mandato, quo Episcopis praecipiebat, *ut quia prorsus impossibile erat* (S. Indicis Congregationi) *libros omnes noxios incessanter prodeuntes in Indicem referre, propria auctoritate illos e manibus fidelium evellere studeant* (2), **hoc** ipsum deinde Episcopis faciendum suadet.

Cum autem huius apostolici mandati provida constitutio praesentibus fidelium necessitatibus, et tuendae doctrinae morumque incolumitati optime respondeat, SSmo Domino nostro placuit eius memoriam esse recolendam. . . . et ab Ordinariis locorum observantiam exigendam. Atqui ad eiusmodi munus adimplendum, nullam Pius IX Episcopis delegatam potestatem concedit: ita ut verum minime videtur, delegatam potestatem Pium IX Episcopis concessisse, ut celerius ingruenti malo scripti noxii occurreretur in singulis Dioecesibus.

Neque id probant Pontificis verba quae in nota 5 refert cl. Scriptor: *Queis* (excitatoriis uteris) *si debita obedientia respondeat, gravissima mala removebantur in iis praesertim Dioecesibus, in quibus promptae coercitionis urgeat necessitas;* hae enim Dioeceses, in quibus promptae coercitionis urget necessitas, sunt aliquae, non omnes; sed Pius Papa IX ad omnes Episcopos dedit epistolas suas, et pro omnibus Dioecesibus catholicis legem tulit. Cum igitur promptae coercitionis necessitas omnes Dioeceses non afficeret, sed aliquas, non est dicendus Pontifex hac de causa legem promulgasse, ut celerius ingruenti malo scripti noxii occurreretur in singulis Dioecesibus; quod enim generale est, de omnibus dicitur, non de aliquibus.

Observandus insuper eo in loco *promptam coereitionem* non connecti cum delegata potestate, sed cum prompta obedientia: *Queis si debita obedientia respondeat;* ita ut delegata potestas ne locum quidem habet. Ex quibus lectores nostri animadvertunt, probatione indigere ea quae subdit praestantissimus oppositor: *et cum declarata necessitate promptae coercitionis immediate connecti concessam delegationem,* pag. 51.

(1) Literae *Inter multiplices* habentur in Vol. XXX, pag. 401.
(2) Legitur hoc mandatum *ibid.* pag. 400.

Quid autem, quod ex Uteris Pii IX evidentissime dignoscatur, hanc delegatam potestatem episcopis collatam fuisse non ad finem promptioris coercitionis, sed unice ad cohibendam illorum audaciam qui defectum iurisdictionis in Episcopis causabantur? *Ne vero quis,* inquit, *praetextu defectus iurisdictionis, aut alio quaesito colore, Ordinariorum sententias et proscriptiones ausu temerario spernere, et pro non latis habere praesumat,* eis Sanctitas Sua concessit, *(sicut nomine et auctoritate eius praesentibus conceditur) ut in hae re etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati, contrariis quibuscumque non obstantibus, procedant.*

Quid ad haec finis a ci. Oppositore propositus? Quid casus commemoratus in Declaratione Clementis VIII in quo agitur de Episcopo prohibente librum aliquem de facultate Ordinarii in alia Dioecesi permissum vulgatumque? aut in Indicem librorum prohibitorum non relatum ? aut cum permissionibus falsis et simulatis diffusum? Casus insuper hi sunt singulares, sed Pius IX generaliter de quocumque libro ab Episcopis prohibito loquitur; ulterius casus proscriptionis Episcopalis non est rarissirnus; et nemo denique negabit, in tribus recensitis casibus posse Episcopum librum proscribere, si utile et opportunum iudicaverit (1).

(1) Gf. Armot. op. cit. 213-214. Hoc insuper in loco cl. oppositor citat Albitium *De inconstantia in Fide* **Cap. XXX, n. 164-186. En quid scribat hic auctor:**

N. 164. « Quo vero ad libros improbatae lectionis, quorum lectio potest per- « vertere mores vel disciplinam ecclesiasticam, latiorem habent Episcopi potestatem; « cum eliam Principes laici prohibere possint libros famosos, obscoenos et seditiosos « et alios huiusmodi ».

N. 165. « Bibliopolae autem Veneti conquesti sunt, quod esset nimis damnosum « et iniuriosum auctori, impressoribus et bibliopolis, si cuiuscumque Episcopi cen- « suram subire tenerentur, et quod semel quasi per sententiam definitum est, alte- « rius arbitrio subiaceret ».

Attamen Albilius decernit:

N. 166. « Tenendum est posse Episcopum prohibere in sua Dioecesi librum in « aliena Dioecesi impressum cum licentia et approbatione Ordinarii et Inquisitoris, « imo et ab eadem S. Congregatione Indicis permissum »..

N. 186. « Solet etiam Suprema etc. concedere facultatem alicui Inquisitori im- « pertiendi huiusmodi licentias: sic eam concessit Cardinali Zappatae Inquisitori « Maiori in Regnis Hispaniarum, ul viris piis et doctis ad effectum confutandi hae- « reses, licentiam concederet retinendi et legendi libros haereticorum ad certum « tempus, iniuncto iis, ut ostendant eorum opera, et si in illis solide, et docte

Addendum, Pium Papam IX Episcopis hanc delegatam potestatem conferre nedum contra illos qui defectum iurisdictionis inducebant, sed etiam *alio quaesito colore,* qui ad plura se extendit, Ordinariorum sententias ausu temerario spernere et pro non latis habere praesumebant; haec autem verba ad facta singularia referri non possunt.

Addendum denique, hanc potestatem delegatam Pontificem Episcopis conferre, ut *contrariis quibuscumque non obstantibus* hac in re procedere possint; hac autem clausula concluduntur verae rationes, concessiones, consuetudines, privilegia etc., quae delegatae potestati possunt opponi; cum vero inter haec contraria quaecumque, etiam Regularium exemptio in re comprehendatur, si tamen aliquando illam consecuti sunt, dicendus est Pontifex hoc Regularium privilegium vel abrogasse, vel concessum non agnovisse.

Neque quis obiiciat hunc iurisdictionis episcopalis defectum urgeri potuisse iis in regionibus, in quibus Indicem librorum prohibitorum numquam vim habuisse affirmabatur. Etenim eiusmodi exceptio corruet, si consideretur, hoc in casu neque potestatem delegatam Episcopis vim fuisse habituram ; Pium Papam IX insuper de omnibus catholicae Ecclesiae Episcopis loqui, iisque omnibus delegatam potestatem conferre, atque in universum illos reprehenderé qui defectum iurisdictionis in Episcopis causabantur.

Ea deinceps praestantissimus oppositor extenuare nititur, quae pro nostra sententia intulimus ex Cap. 12, Sess. XXV Concilii Tridentini (1), quo loco affirmavimus Regulares exemptos censuris obstringi ab Episcopis promulgatis; cum autem Episcopi possint libri alicuius lectionem sub censura prohibere, Regulares etiam exempti tenentur illam servare censuram, consequenter libri ita prohibiti lectione abstinere. Contra eiusmodi argumentum ita ratiocinia ducit cl. adversarius. « Immerito dein « affirmat omnibus Episcoporum censuris teneri Regulares; nam « ut modo loquamur cum severiore et minus communi sen-

« haereses non confutent dictam licentiam adimat, et nullam declaret: Ut ex De-« creto die 25 Novembris 1G27. Sed huiusmodi facultas, instante eodem Cardinale « Zappata, fuit ei postea revocala ».

Haec quidem scribit Cardinalis Albitius. Sed quid inde contra sententiam et argumentum nostrum sequatur, intellectu assequi nequimus.

(1) V. Comment. Yol. XXX, pag. 407.

« tentia, iis solis obnoxii sunt quae pertinent ad materiam, qua « expresse Episcopis subduntur. Ad rem autem non est Trid. « Sess. XXV, Cap. 15 (12), cum ibi agatur de censuris servan- « dis in Ecclesiis Regularium, ut sunt interdicta, prohibitiones « ab ingressu Ecclesiae, *etc. ». Cfr. Reiffenstuel 1, 31, 126. Argumentum igitur cl. oppositoris hoc est: Iis Episcoporum censuris obstringuntur Regulares exempti, quae pertinent ad materiam, qua Episcopis expresse subduntur. Sed circa prohibitionem librorum Regulares exempti Episcopis expresse non subduntur. Ergo censuris eiusmodi Episcopalibus Regulares exempti non obstringuntur.

At perpendat cl. auctor, quaestionem in eo prorsus versari: an Regulares exempti subdantur Episcoporum censuris latis in prohibitione librorum. Id vero veluti certum assumitur in minori.

Caput Tridentinum autem generale prorsus est, neque exceptionem patitur. Illud iterum exscribimus: *Censurae et interdicta nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ah Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, a Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur atque serventur.*

Censurae, inquiunt Patres, et *interdicta,* non *interdicta* solum aut *prohibitiones* etc. Tenentur insuper Regulares observare tam censuras ab Episcopis latas, tam quae a Sede Apostolica promulgatae fuerint. Num haec tantum interdicta et poenalitatem promulgat? Constat utique ex Tridentino Capite, Regulares Episcoporum censuris et interdictis non obstringi, nisi mandante Episcopo; ergo si mandaverit, obstringuntur.

Neque Reiffenstuel *loc. cit.* id docet quod cl. oppositor affirmat; inquit enim: «Regulares non solum censuras et inter- « dicta a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis « promulgata, mandante Episcopo, in suis Ecclesiis publicare « et servare tenentur. *Ita Conc. Trid. eit Sess. 25, cap. 12, « de Regular.* Unde sequitur, quod Regulares quantumvis exem- « pti non solum teneantur observare Episcoporum interdicta « (nisi quatenus super hoc sunt privilegiati), aut a iure conce- « ditur. *Is qui, 26 § ßn. de sent. excom. in 6,* sed nec possint « facere quod ab aliis celebretur in locis ita interdictis ; neque « possint excommunicatos ad divina, vel ecclesiasticam sepul- « turam admittere. Cap. *Cum et plantare § Excommunicatos « de Privileg,* et Cap. *Episcoporum 8 eod. in 6° ».*

Hoc ergo in loco nullibi Reiffenstuel docet, non obstringi

Regulares exemptos censuris ab Episcopis latis. Quod si, censuris praetermissis, interdicta in exemplum adducat, ratio fortasse fuit, quia graviores, privilegiorum causa, circa interdicta servanda in Ecclesiis Regularium ab Episcopis lata quaestiones movebantur.

Idipsum autem scribit, ut alios praetereamus, Natalis ab Alexandro Ep. XV, n. 26.

« Censurae et interdicta ecclesiastica ab Ordinariis promul-
« gata, a Regularibus in eorum Ecclesiis publicari atque ser-
« vari debent. *Eas Conc. Trid. cap. 12 eiusd. Sess.* (1) ».

Stat igitur argumentum a nobis allatum, dum ex eiusmodi Episcoporum in Regulares exemptos iure deduximus, Episcopos librum posse prohibere sub censura, ad eam consequenter Regulares, mandante Episcopo, publicandam et servendam teneri; exemptionem hinc eorum hac in re generalem non esse: quo autem argumento demonstrent, quoad alios libros sub censura non prohibitos, se subiectos non esse, nos quidem (et detur ignorantiae nostrae venia) adhuc reperire non potuimus.

Cl. auctor insuper etiam argumentum impugnat a nobis deductum ex § 26 Const. *Officiorum,* quo praescribitur: *Omnes qui facultatem apstolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet, aut ephemerides ab Ordinariis locorum proscriptas, nisi eis in apostolico indulto expressa facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuscumque damnatos* (2); de cuius decreti vi ita scribit: « Et denique quia arguimus ex privilegio
« exemptionis, vi cuius sunt (Regulares) non subditi, et quasi
« extra Dioecesim, non autem ex facultate a S. Sede facta le-
« gendi libros prohibitos, quid officit artic. 26 praesentis Con-
« stitutionis, qua negatur *hae facultate* permitti libros ab Ordi-
« nario proscriptos? » (3).

Fatemur ingenue, nos huius ratiocinii vim atque nexum non intelligere; hinc directa responsione dimissa, observabimus, quaestionem in eo versari: an sub privilegio exemptionis, quo

(t) Theolog. Dogm. et moral. Tom. I. Appendix I. pag. 16.

(2) Acta S. Sedis Vol. XXX, pag. 408, quo loco habetur etiam decretum S. Congregationis Indicis latum die 6 Decembris 1895.

(3) Pag. 55. nota 2.

Regulares gaudent, quodque nos umquam negavimus, comprehendatur etiam privilegium legendi libros ab Episcopis proscriptos: cl. oppositorem autem hoc certum supponere, dum ad illud adstruendum affirmat se ex privilegio exemptionis argumenta duxisse. Observabimus insuper, per Const. *Officiorum* obligationem generalem induci, qua profecto Regulares etiam exempti obstringuntur. Si autem vi huius § 26 Regulares privilegio excludantur legendi libros ab Episcopis proscriptos, non videmus quid respondere possint.

Id autem demonstrare difficillimum non videtur.

Etenim : Inter illos *omnes* qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, etiam Regulares exempti comprehenduntur; etenim hi sine facultate apostolica libros proscriptos legere et retinere non possunt.

Atqui : *Omnes qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet, aut ephemerides ab Ordinariis locorum proscriptas, nisi eis in apostolico indulto expressa facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuscumque damnatos.* Ergo etiam Regulares exempti qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet, aut ephemerides ab Ordinariis locorum proscriptas, nisi eis in apostolico indulto expressa facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuscumque damnatos.

Huius syllogismi maior est evidens, dummodo Regulares exempti non comminiscantur se legere et retinere posse libros prohibitos absque Sedis Apostolicae facultate. Minor est ipsa § 26 Const. *Officiorum.* Non intelligimus hinc quomodo negari possit illatio.

His autem maximum robur addit praxis Secretariae Indicis. A quibuscumque enim, etiam Regularibus, petantur facultates legendi libros ab Episcopis prohibitos, hae, idcirco denegantur, ne videatur Pontifex dispensare in lege Episcopi, eo inconsulto : ita ut quibuscumque necessarium sit eiusmodi facultates directe ab Ordinariis locorum impetrare. At si Regulares eiusmodi lege exempti forent, neque ipsi facultates has peterent, neque S. Indicis Congregatio denegare posset. Attamen ita fieri, et ita esse, nos ab iis qui Secretariae Indicis praesunt didicimus, ea prorsus occasione, qua illuc nos contulimus, quae-

situri quomodo S. Congregatio se gereret erga Regulares in concedendis facultatibus legendi libros prohibitos ab Episcopis. Ex hac autem praxi pronum est inferre, neque Romanum Pontificem, neque S. Indicis Congregationem in Regularibus exemptis eiusmodi privilegium admittere.

Nihil dicimus de argumento quod intulimus ex subiectione Regularium iurisdictioni Episcoporum in causis fidei (1), ex quo omnino sequitur, quod cum libri plurimi proscribantur, quia fidei disciplinam labefactanl, in huiusmodi iudiciis Regulares exempti Episcoporum auctoritati subduntur; quod de cetero ipse praestantiss. oppositor concedit.

Petit enim : « Sed quo iure illud transferas ad omnes li-« bros etiam *morum eausa,* et a Praelato non proprio damna-« tos, ita ut Regulares hos legentes habeas pro suspectis de « haeresi, et referendos dicas ad Episcopum, ita ut Superiores « in delinquentes animadvertere non possint ? »

Eo nempe iure, quo apparet I°. Regularium exemptionem quoad hanc rem non esse universalem, nullo vero argumento probari ab adversariis, se non obstringi aliis prohibitionibus Episcopalibus, quae fidei dogmata non attingunt. 2°. Ex iure, quo decernitur Regulares subesse Episcopo in iis, quae iurisdictionem spectant Episcopi delegatam. « Regulares, scri-« bit Ferraris, *Voe. Regulares, Art. III, n. 112,* obstringuntur « constitutionibus Synodalibus, in iis quae respiciunt curam

(1) Hoc in argumento cl. auctor iterum citat Albitium. *De inconstantia in Fide* nn. 44, 95, 97. Hos numeros excribimus.

N. 44. Albitius quaerit : « Gonsanguineus receptans consanguineum haereticum « causa lucri et pecuniarum quando et qualiter sit puniendus ».

N.||3. «Libros haereticorum retinentes sunt suspecti de haeresi».

N. 96. circa finem. «Ideo inolevil praxis in S. Officio quod si apud aliquem « reperiantur libri haereticorum, vel alias prohibiti continentes praesertim sortile-« gia, seu

N. 97. « Incantationes qualificatas, quorum retentio prohibita est per Bullam « Ioannis XXII, et novissime per Bullam Xisti V et per Regulam VIII (IX) Indicis, « in qua prohibentur libri Geomantiae, hydromantiae, etc. Inolevit, inquam, praxis, « ut si ille apud quem reperiuntur huiusmodi libri dicat

N. 98. « eos non legisse, nec usum fuisse sortílegas, nec incantalionibus, tor-« queatur super usu, complicibus et intentione ; et si sublineat, imponitur ei, ut « abiuret de levi ».

Quid haec ad rem nostram?

« animarum, administrationem Sacramentorum, et iurisdictionem Episcopi delegatam».

At a Pio Papa IX saltem delegatam fuisse Episcopis potestatem libros noxios proscribendi, et ex Superioribus patet, et ex ipsa cl. oppositoris concessione scribentis, primum hunc fuisse Pontificem, qui hanc potestatem Episcopis contulerit *pag. 51.* Demum ex iure quod resultat ex iis quae supra scripsimus.

At, inquies: quid, quod haec iudicialis cognitio competit Episcopo ut Inquisitori, dum libros prohibet ut Pastor et Doctor?

At, I°. quacumque ratione haec cognitio competat Episcopis, certum est libros fidei dogmata impetentes, ad fidem pertinere: in iis autem, quae ad fidem spectant Regulares Episcopo subesse. « Regulares, scribit iterum Ferraris *loc. cit. n. 9,* « subduntur Episcopis quoad causas fidei, *Conc. Trid. Sess. V «de Reform., cap. 2*; Paulus V Const. incip. *Romanus Pon- « tifex ;* Gregorius XV Const. incip. *Universi dominici,* ubi sub- « duntur ipsis Episcopis et Inquisitoribus ».

2°. Libros deinde Episcopi prohibent utique uti Pastores et Doctores, sed uti Pastores iurisdictionem nedum ordinariam sed etiam delegatam habentes, ut patet et ex conceptu prohibitionis, quae sine iurisdictione non intelligitur, et ex verbis Pii Papae IX in cit. Const. *Inter multiplices,* qua inquit: « *Ne « vero quis praetextu defectus iurisdictionis, aut alio quaesito « colore, Ordinariorum sententias et proscriptiones ausu te- « merario spernere, aut pro non latis habere praesumat ».*

Equidem cl. Wermeérsch argumentum strenue urget ex privilegio exemptionis, quo statuit hoc valere principium : Quoad iurisdictionem Episcopus nihil potest in Regulares nisi quod expresse in iure illi concessum est. *Ibid.*

Novit tamen rmus vir, Regularium privilegia a Concilio Tridentino ad nos plurimis subiacuisse vicissitudinibus, exceptionibus, confirmationis, revocationibus. Benedictum quidem XIII, plurimis latis Constitutionibus, omnia Regularibus privilegia restituisse, praesertim in Const. *Pretiosus* data die 25 Maii 1727; eas vero iterum abrogatas fuisse a Clemente XII per Const. *Romanus Pontifex* datam die 29 Martii 1732, ita vero abrogatae sunt, veluti si numquam latae fuissent. De .pii-

vilegiis vero Regularium eam deinceps decisionem ac iudicium, etiam in foro conscientiae, habendum esse Pontifex decrevit, *quod sive ex Concilio Tridentino, sive ex Decretis et Constitutionibus apostolicis, sive alias legitime habebatur.* Difficile autem putamus, Regulares ex his fontibus posse demonstrare se non obstringi prohibitione librorum ab Episcopis indicta. Profecto nec Pius Papa IX in cit. Literis *Inter multiplices,* nec S. Indicis Congregatio in decreto anni 1895, nec Leo XIII in cit. § 26 Const. *Officiorum* privilegium eiusmodi in Regularibus agnoscere videntur; vel igitur numquam ab illis habitum, vel revocatum censuere; vel duo postremi Pontifices illud revocasse dicendi sunt.

Denique, cl. oppositor nostram sententiam probabilem traducit, cum scribat *pag. 52 :* « Adversae tamen sententiae libenter concedimus probabilitatem tum ob auctoritatem extrinseeam, tum ob argumentum depromptum ex illa delegatione « apostolica ».

At qua probabilitatis specie, si stat eius argumentatio ? Etenim : Regulares gaudent privilegio exemptionis a iurisdictione Episcopi; sed hoc in privilegio comprehenditur etiam exemptio a lectione librorum, quos ipsi prohibuerint. Ergo Regulares exempti non obstringuntur prohibitione librorum ab Episcopis indicta. Si hoc in syllogismo minor est certa, certa pariter erit illatio; ita ut contraria sententia nullimode sit probabilis. Dubitet ergo oportet cl. oppositor de certitudine minoris propositionis, ut nostrae sententiae probabilitatem concedere possit.

E contra : *Quoad iurisdictionem, Episcopus nihil potest in Regulares nisi quod expresse in iure illi concessum est.* Hanc propositionem ipse cl. oppositor statuit, et sit veluti propositio maior syllogismi. Nobis licitum sit minorem apponere : atqui in iure circa prescriptionem librorum conceditur Episcopis delegata potestas, cui subsunt Regulares exempti; conceditur ut Regulares Episcopis subdantur circa censuras, quas ipsi promulgaverint, nemo vero negat eos posse librorum lectionem sub censura prohibere; -conceditur ut Regulares subiiciantur Episcopis in causis fidei, certum autem esse, illos prohibere posse libros ratione fidei, cuius dogmata impetantur; conceditur ut nemo etiam facultate apostolica libros prohibitos legendi instructus, legere possit libros ab Episcopis prohibitos, nisi specialiter id concedatur. Ergo.

Illationem lectores inferant, et ex dictis decernant : utrum nostra sententia sit tantum probabilis; vel utra sit probabilior aut certa.

CAPUT V.

DE QUIBUSDAM SPECIALIS ARGUMENTI LIBRIS

Exponentes paragraphi undecimae verba: *Damnantur libri, in quibus . . . Ecclesia eiusque cultui detrahitur,* censuimus cultum Ecclesiae hoc in loco sumendum esse pro ea reverentia atque animi submissione, quam Ecclesiae catholicae singuli saltem fideles debent. *Comment, pag. 89.*

Nihil impedit quominus sumatur pro complexione sacrorum rituum, qui in Ecclesia catholica ob varias rationes adhibentur.

Demum lectores nostri corrigant quae scripsimus pag. 117 nota *c: N. Dechamps postea S. R. E. Cardinalem.* Etenim identitate cognominis decepti fuimus; auctor autem operis cit. est N. Dechamps e Societate Iesu. Gratias autem amplissimas reddimus, cl. Wermeérsch, qui nos de eiusmodi errore monuit.

CONSTITUTIO APOSTOLICA Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia Papae XIII de Religiosorum Institutis vota simplicia profitentium.

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Conditae a Christo Ecclesiae ea vis divinitus inest ac fecunditas, ut multas anteactis temporibus, plurimas aetate hac elabente utriusque sexus tamquam familias ediderit, quae, sacro *votorum simplicium* suscepto vinculo, sese variis religionis et misericordiae operibus sancte devovere contendunt. Quae quidem pleraeque, urgente caritate Christi, singularis civitatis vel dioecesis praetergressae angustias, adeptaeque, unius eiusdemque vi legis communisque regiminis, perfectae quamdam consociationis speciem, latius in dies proferuntur. — Duplex porro earumdem est ratio : aliae, quae Episcoporum solummodo approbationem nacta e, ob eam rem *dioecesanae* appellantur; aliae vero de quibus praeterea romani Pontificis sententia intercessit, seu quod ipsarum leges ac statuta recognoverit, seu quod insuper commendationem ipsis approbationemve impertiverit.

Iam in binas huiusmodi religiosarum Familiarum classes quaenam Episcoporum iura esse oporteat, quaeque vicissim illarum in Episcopos officia sunt qui opinentur incertum controversumque manere. — Profecto, ad *dioecesanas* consociationes quod attinet, res non ita se dat laboriosam ad expediendum; eae quippe una inductae sunt atque vigent Antistitum sacrorum auctoritate. At gravior sane quaestio de caeteris oritur, quae Apostolicae Sedis comprobalione sunt auctae. Quia nimirum in dioeceses plures propagantur, eodemque ubique iure unoque utuntur regimine; ideo Episcoporum in illas auctoritatem opus est temperationem quamdam admittere certosque limites. Qui limites quatenus pertinere debeant, colligere licet ex ipsa decernendi ratione Sedi Apostolicae consueta in eiusmodi consociationibus approbandis, scilicet certam aliquam Congregationem approbari ut piam Societatem votorum simplicium, *sub regimine Moderatoris generalis, salva Ordinariorum iurisdictione, ad formam sacrorum canonum et Apostoli-*

earum constitutionum. — Iamvero perspicuum inde fit, tales Consociationes neque in *dioecesanis* censeri, neque Episcopis subesse posse nisi intra fines dioecesis cuiusque, incolumi tamen supremi earumdem Moderatoris administratione ac regimine. Qua igitur ratione summis societatum harum Praesidibus in Episcoporum iura et potestatem nefas est invadere ; eadem Episcopi prohibentur ne quid sibi de Praesidum ipsorum auctoritate arrogent. Secus enim si fieret, tot moderatores istis Congregationibus accederent, quot Episcopi, quorum in dioecesibus alumni earum versentur; actumque esset de administrationis unitate ac regiminis. — Concordem atque unanimem Praesidum Congregationum atque Episcoporum auctoritatem esse oportet, at ideo necesse est alteros alterorum iura pernoscere atque integra custodire.

Id autem ut, omni submota controversia, plene in posterum fiat, et ut Antistitum sacrorum potestas, quam Nos, uti par est, in violatam usquequaque volumus, nihil uspiam detrimenti capiat; ex consulto sacri Consilii Episcopis ac Religiosorum ordinibus praepositi, duo praescriptionum capita edicere visum est; alterum de sodalitatibus quae Sedis Apostolicae commendationem vel approbationem nondum sunt assecutae, alterum de ceteris, quarum Sedes Apostolica vel leges recognovit vel institutum commendavit aut approbavit.

Caput primum haec habet servanda :

d. Episcopi est quamlibet recens natam sodalitatem non prius in dioecesim recipere, quam leges eius constitutionesque cognorit itemque probant; si videlicet neque fidei honestative morum, neque sacris canonibus et Pontificum decretis adversentur, et si apte statuto fini conveniant.

II. Domus nulla novarum sodalitatum iusto iure fundabatur, nisi annuente probante Episcopo. Episcopus vero fundandi veniam ne impertiat, nisi inquisitione diligenter acta, quales sint qui id poscant: an recte probeque sentiant, an prudentia praediti, an studio divinae gloriae, suaeque et alienae salutis praecipue ducti.

III. Episcopi, quoad fieri possit, potius quam novam in aliquo genere sodalitatem condant vel approbent utilius unam quamdam adsciscent de iam approbatis, quae actionis institutum profiteatur adsimile. — Nullae fere, ni forte in *Missionum*

regionibus, probentur sodalitates, quae, certo proprioque fine non praestituto, quaevis universae pietatis ac beneficentiae opera, etiamsi penitus inter se disiuncta, exercenda amplectantur.

Episcopi sodalitatem condi ullam ne siverint, quae redditibus careat ad sodalium victum necessariis. — Sodalitia, quae stipe collauda vivant; item muliebres familias, quae aegrotis, domi ipsorum, interdiu noctuque adsint, cautissime, quin etiam difficulter comprobent. — Si quae autem nova feminarum sodalitas eo spectet ut suis in aedibus valetudinaria aperiat viris promiscue mulieribusve excipiendis; vel similes domos excipiendis sacerdotibus, qui Sororum cura atque opera aegrotantes leventur; eiusmodi proposita Episcopi ne probent, nisi maturo adhibito severoque consilio. — Praeterea Episcopi religiosarum domus, ubi viris feminisve peregre advenientibus hospitium victusque accepto pretio suppeditetur, nequaquam permittant.

IV. Sodalitas quaevis dioecesana ad dioeceses alias ne transgrediatur, nisi consentiente utroque Episcopo, tum loci unde excedat, tum loci quo velit commigrare.

V. Sodalitatem dioecesanam si ad dioeceses alias propagari accidat, nihil de ipsius natura et legibus mutari liceat, nisi singulorum Episcoporum consensu, quorum in dioecesibus aedes habeat.

VI. Semel approbatae sodalitates ne extinguuntur, nisi gravibus de causis, et consentientibus Episcopis, quorum in ditione fuerint. Singulares tamen domos Episcopis, in sua cuique dioecesi, tollere fas est.

VII. De puellis habitum religiosum petentibus, item de iis quae, probatione expleta, emissurae sint vota, Episcopus singulatim certior fiat: eiusdem erit illas et de more explorare et, nihil si obstet, admittere.

VIII. Episcopo alumnas sodalitatum dioecesanarum professas dimittendi potestas est, votis perpetuis aeque ac temporariis remissis, uno dempto (ex auctoritate saltem propria) colendae perpetuo castitatis. Cavendum tamen ne istiusmodi remissione ius alienum laedatur; laedetur autem, si insciis moderatoribus, id fiat iusteque dissentientibus.

IX. Antistitae, ex constitutionum iure, a Sororibus eligantur. Episcopus tamen, vel ipse vel delegato munere, suffragiis

ferendis praeerit: peractam electionem confirmare vel rescindere integrum ipsi est pro conscientiae officio.

X. Di®ecesanae cuiusvis sodalitatis domos Episcopus invisendi ius habet, itemque de virtutum studio, de disciplina, de oeconomicis rationibus cognoscendi.

XI. Sacerdotes a sacris, a confessionibus, a concionibus designare, item de sacramentorum dispensatione statuere munus Episcoporum est, pro sodalitatibus dioecesanis pariter ac pro ceteris: id quod in capite consequenti (num. 8) explicate praefinitur.

Alterum praescriptionum caput, de Sodalitatibus, quarum Apostolica Sedes vel leges recognovit vel institutum commendavit aut approbavit, haec habet servanda:

I. Candidatos cooptare, eosdem ad sacrum habitum vel ad profitenda vota admittere, partes sunt Praesidum sodalitatum; integra tamen Episcopi facultate, a Synodo Tridentina tributa (1), ut, quum de feminis agitur, eas et ante suscipiendum habitum et ante professionem emittendam ex officio exploret. Praesidum similiter est familias singulas ordinare, tirones ac professos dimittere, iis tamen servatis quaecumque ex instituti legibus pontificiisque decretis servari oportet. — Demandandi munera et procurationes, tum quae ad universam sodalitatem pertinent, tum quae in domibus singulis exercentur, Conventus seu *Capitula,* et Consilia propria ius habent. In muliebrium autem sodalitatum Conventibus ad munerum assignationem, Episcopus, cuius in dioecesi habentur, per se vel per alium praeerit, ut Sedis Apostolicae delegatus.

II. Condonare vota, sive ea temporaria sint sive perpetua, unius est romani Pontificis. Immutandi .constitutiones, utpote quae probatae a Sede Apostolica, nemini Episcoporum ius datur. Item regimen, quod penes moderatores est sive sodalitatis universae sive familiarum singularum ac constitutionum normam, Episcopis mutare temperare ne liceat.

III. Episcoporum sunt iura, in dioecesi cuiusque sua, permittere vel prohibere novas domos sodalitatum condi, item nova ab illis templa excitari, oratoria seu publica seu semipublica aperiri, sacrum fieri in domesticis sacellis, Sacramentum au-

(1) Sess. XXV, cap. XVIi, de Regul. et Monial.

gustum proponi palam venerationi fidelium. Episcoporum similiter est sollemnia et supplicationes, quae publica sint, ordinare.

IV. Domus sodalitatum huiusmodi si *clausura episcopali* utantur, Episcopis iura manent integra, quae de hac re a pontificiis legibus tribuuntur. Si quae autem *clausura,* ut inquiunt, *partiali,* utantur, Episcopi erit curare ut rite servetur, et quidquid in eam irrepat vitii cohibere.

V. Alumni alumnaeve sodalitatum harum, ad *forum internum* quod attinet, Episcopi potestati subsunt. In *foro* autem *externo,* eidem subsunt quod spectat ad censuras, reservationem casuum, votorum relaxationem quae non sint uni summo Pontifici reservata, publicarum precum indictionem, dispensationes concessionesque ceteras, quas Antistites sacrorum fidelibus suis impertire queant.

VI. Si qui vero ad sacros ordines promoveri postulent, eos Episcopus, etsi in dioecesi degentes, initiare caveat, nisi hisce conditionibus: ut a moderatoribus quisque suis proponantur; ut quae a iure sacro sancita sunt de *litteris dimissorialibus* vel *testimonialibus,* sint rite impleta; ut *titulo sacrae ordinationis* ne careant, vel certe eo legitime eximantur; ut theologiae studiis operam dederint, secundum decretum *Auctis admodum,* die datum 4 novembris anno 1892.

VII. In sodalitates, quae mendicato vivunt, ea Episcopis stent iura, quae habet decretum *Singulare quidem* a sacro Consilio Episcopis et Religiosorum ordinibus praeposito promulgatum die 27 martii anno 1896.

VIII. In iis quae ad spiritualia pertinent subduntur sodalitates Episcopis dioecesium in quibus versantur. Horum igitur erit sacerdotes ipsis et a sacris designare et a concionibus probare. Quod si sodalitates muliebres sint, designabit item Episcopus sacerdotes a confessionibus tum ordinarios tum extra ordinem, ad normam constitutionis *Pastoralis curae,* a Benedicto XIV decessore Nostro editae, ac decreti *Quemadmodum,* dati a Sacro Consilio Episcopis et Religiosorum ordinibus praeposito, die 17 decembris anno 1890 ; quod quidem decretum ad virorum etiam consociationes pertinet, qui sacris minime initiantur.

IX. Bonorum, quibus Sodalitia singula potiuntur, administratio penes Moderatorem supremum maximamve Antistitam

eorumque Consilia esse debet: singularum vero familiarum redditus a praesidibus singulis administrari oportet, pro instituti cuiusque legibus. De iis nullam Episcopus rationem potest exigere. Qui vero fundi certae domui tributi legative sint ad Dei cultum beneficentiamve eo ipso loco impendendam; horum administrationem moderator quidem domus gerat, referat tamen ad Episcopum, eique se omnino praebeat obnoxium: ita nimirum ut neque Praeposito, neque Antistitae sodalitii universi liceat quidquam ex iis bonis Episcopo occultare, distrahere, vel in alienos usus convertere. Talium igitur bonorum Episcopus rationes accepti impensique, quoties videbitur, expendet; idem ne sortes minuantur, redditus ne perperam erogentur, curabit.

X. Sicubi sodalitatum aedibus instituta curanda adiecta sint uti gynaecea, orphanotrophia^ valetudinaria, scholae, asyla pueris erudiendis, Episcopali vigilantiae ea omnia subsint quod spectat ad religionis magisteria, honestatem morum, exercitationes pietatis, sacrorum administrationem, integris tamen privilegiis, quae collegiis, scholis, institutisve eiusmodi a Sede Apostolica sint tributa.

XI. In quarumlibet sodalitatum domibus vota simplicia profitentium, Episcopis cuiusque dioecesis ius est invisendi templa, sacraria, oratoria publica, sedes ad sacramentum poenitentiae, de iisque opportune statuendi iubendi. — In presbyterorum sodalitiis, de conscientia ac disciplina, item de re oeconomica uni praesides cognoscent. In consociationibus vero feminarum, aeque ac virorum qui sacerdotio abstinent, Episcopi erit inquirere num disciplina ad legum normam vigeat, num quid sana doctrina morumve probitas detrimenti ceperit, num contra clausuram peccatum, num sacramenta aequa statâque frequentia suscipiantur. — Reprehensione dignum si quid Episcopus forte offenderit, ne decernat illico: moderatores uti prospiciant moneat; qui si neglexerint, ipse per se consulat. Si quae tamen maioris momenti occurrant quae moram non expectent, decernat statim: decretum vero ad sacrum Consilium deferat Episcopis ac Religiosorum ordinibus propositum.

Episcopus, in visitatione potissimum, iuribus, quae supra diximus, utatur suis quod spectat ad scholas, asyla ceteraque memorata instituta. — Ad rem vero oeconomicam quod attinet muliebrium sodalitatum itemque virorum sacerdotio carentium

Episcopus ne cognoscat nisi de fundorum legatorumve administratione, quae sacris sint attributa, vel loci aut dioecesis incolis iuvandis.

His porro, quae hactenus ediximus sancivimus, nihil penitus derogari volumus de facultatibus vel privilegiis, tum Nostro aut quovis alio Sedis Apostolicae decreto concessis, tum immemorabili aut saeculari consuetudine confirmatis, itum etiam quae in alicuius Sodalitatis legibus a romano Pontifice approbatis contineantur.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse, sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere decernimus : irritum quoque et inane declarantes si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari; contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significatam his praesentibus ostensis haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo noningentésimo, sexto idus décembres, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius*

A. CARD. MACCHI

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS.

Loco)$¡ Plumbi.

Reg. in Secret. Brevium.

I. CUGNONIUS

LITTERAE SS.mi D. N. Leonis XIII ad Abbatem Monasterii Olindensis vicarium generalem Congregationis Benedictinae in Brasilia.

Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Alias iam, et voce et scriptis, speciatim vero in Litteris « *Ex quo primum* » die 25 Aprilis 1895 datis, Nostram significavimus iucunditatem animi, ob instaurationem Benedictini Ordinis in Brasilia feliciter coeptam, simulque promptam commendavimus voluntatem, qua Tu, dilecte fili, ceterique Beuronensis Congregationis sodales, illud opus aggressi fuistis.

Magis porro laetati sumus, quum, Te nuper referente, didicimus, sollertiae vestrae industriis adeo prospere cessisse, ut tam brevi annorum cursu tria monasteria, Olindense videlicet, Bahiense, ac Paulianum disciplinae regulari fuerint reddita; novum in statu Cearensi coenobium, ob aëris salubritatem adolescentium monachorum valetudini aptius e fundamentis conditum; domus alia operariis ac mediis pro brasilica missione comparandis in Belgio erecta; agmen denique satis frequens tum tironum tum sacerdotum in antiqua Brasilicae Congregationis monasteria remearit.

De hisce omnibus hucusque gestis igitur gratulamur libenter, tum Tibi, dilecte Fili, tum Abbati Generali Congregationis Brasilicae, tum etiam religiosis Beuronensibus.

Etsi vero Nos minime lateat quae quantaque tibi superanda adhuc maneant in praeclari operis prosecutione, tamen de tua alacritate confidimus fore, ut demandatum munus forti, quo soles, animo urgeas, feliciterque perficias.

Quod, ut facilius assequi possis, charitatem tum Beuronensium Abbatum, tum fidelium hortamur, illorum, ut tibi idoneos adiutores suppetant; horum vero ut stipem operi necessariam liberali manu conferant.

Testem denique peculiaris Nostrae benevolentiae, Abbati Generali, universisque Sodalibus Congregationis Brasilicae ac Tibi, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die xix Decembris MCM, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

LEO PP. XIII

LITTERAE SS.mi D. N. Leonis, quibus universalis iubilaeus in urbe celebratus anno Domini millesimo nonigentesimo ad universum catholicum orbem extenditur.

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Universis christifidelibus praesentes litteras inspeeturis salutem et apostolicam benedictionem.

Temporis quidem sacri, quod solemni caeremoniarum re-' ligione hesterno die conclusimus, sicut iucundus Nobis decursus fuit, sic est futura grata recordatio. Quod enim Ecclesia optarat, quodque spectarat unice, ut permoveret salutariter animos post annos quinque et septuaginta instaurata celebritas, id videmur, annuente Dei numine, consecuti. Non enim pauci, sed ad centena millia et ex omnibus civitatum ordinibus numerantur, qui extraordinariam sacrae indulgentiae potiundae facultatem libentes magnaque cum alacritate arripere studuerint. Neque est dubitandum, quin poenitentia salutari expiati atque ad christianas virtutes renovati plurimorum animi inde fuerint: ob eamque rem novum quoddam fidei pietatisque robur ex hoc fonte et capite catholici nominis usquequaque influxisse, non immerito existimamus.

Iamvero, quod in simili caussa Decessores Nostri consuevere, nunc est in animo Apostolicae caritatis dilatare spatia, amplioremque caelestium bonorum praebere facultatem. Nimirum concreditum Nobis thesaurum indulgentiae sacrae, qui anno exacto Romae tantum patuit amplissime, eumdem dimidiato anno proximo in toto orbe catholico patere universitati christifidelium volumus. Valebit id quidem, arbitramur, latius ad revocandos christianos mores, ad copulandas cum Apostolica Sede arctius voluntates, ad cetera vulgo comparanda bona, quae fuse persecuti sumus, cum primo Iubilaeum magnum indiximus. Pertinebit id ipsum ad exorientis saeculi primordia rite dedicanda: neque enim aptius videmus iniri posse saeculum, quam si homines instituant de promeritis Redemptionis Christi uberius proficere. Minime vero dubitamus, quin novum hoc salutis praesidium omnes Ecclesiae filii eo sint animo accepturi, quo est a Nobis exhibitum. Confidimus autem Venerabiles Fratres Episcopos, universurnque clerum, pro explorata

ipsorum vigilantia diligentiaque daturos, uti par est, operam, ut communia optata plenissime eveniant.

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubilaeum magnum, quod in hac Sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per has litteras extendimus ac sex mensium spatio prorogamus, et pro extenso prorogatoque haberi volumus.

Quapropter omnibus utriusque sexus Christifidelibus in quacumque ora ac parte terrarum existentibus, etiam iis qui forsan elapso anno Sacro Romam venerunt, ibique seu alibi quavis ratione hoc idem Iubilaeum a Nobis concessum adepti sunt, qui intra sex menses a die publicationis harum litterarum in qualibet Dioecesi factae computandos, Ecclesiam Cathedralem in civitate episcopali, et maiorem in ceteris locis dioecesis, tresque alias tam in illa, quam in istis, ab ipsis Ordinariis sive per se, sive per suos Officiales, aut Parochos vel Vicarios foraneos, designandas, semel saltem in die per quindecim continuos vel interpolâtes dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis Vesperis unius diei, ad integrum subsequentis diei crepusculum devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, vere poenitentibus et confessis, sacraque Communione refectis, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino semel concedimus et impertimus, ita tamen ut Confessio annualis et Sacra Communio Paschalis ad effectum lucrandi Iubilaei minime suffragentur. In locis vero, in quibus quatuor Ecclesiarum defectus verificetur, eisdem Ordinariis eodemque modo facultas conceditur designandi minorem Ecclesiarum numerum, seu etiam unam, si una tantum adsit Ecclesia, in quibus vel in qua fideles aliarum Ecclesiarum visitationes supplere possint, eas vel eam visitantes iteratis ac distinctis vicibus, eodem die naturali vel ecclesiastico, ita tamen ut numerus visitationum omnium sit sexaginta et per quindecim continuos vel interpolâtes dies distribuantur. Ratione vero habita peculiaris conditionis, in qua certas quasdam personas versari contigerit, haec statuimus:

I. Navigantes et iter facientes, si post elapsos sex menses dictos ad sua domicilia, aut alio ad certam stationem se receperint, peractis quae praescripta sunt et visitata quindecim vi-

cibus Ecclesia Cathedrali, vel maiori aut parochiali eorum domicilii vel stationis, eamdem indulgentiam consequi possint.

II. Locorum Ordinariis facultatem facimus dispensandi a praescriptis visitationibus Moniales, Oblatas, aliasque puellas ac mulieres in claustris monasteriorum aut in aliis piis domibus et Communitatibus vitam agentibus; item Anachoretas et Eremitas, aut alias quaslibet personas in carcere aut captivitate exsistentes, aut valetudine vel alio impedimento detentas, quominus sta tas visitationes peragant; eisque omnibus et singulis in locum visitationum alia pia opera sive per se ipsos, sive per eorum earumve Regulares Praelatos aut Confessarios, etiam extra sacramentalem Confessionem, commutandi; similiter dispensandi pueros, nondum ad primam Communionem admissos, eisque alia pia opera etiam pro sacramentali Communione praescribendi; Capitulis autem, Congregationibus tam saecularium quam regularium, Sodalitatibus, Confraternitatibus, Universitatibus seu Collegiis quibuscumque, nec non Christifidelibus cum proprio Parocho, aut alio sacerdote ab eo deputato, statutas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum reducendi.

De Confessario Iubilaei haec indulgemus:

I. Moniales earumque Novitiae sibi ad hunc effectum eligere poterunt Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario loci approbatum.

II. Ceteri omnes utriusque sexus ^Christifideles tam laici quam ecclesiastici, Saeculares et cuiusvis Ordinis et Instituti etiam specialiter nominandi Regulares poterunt ad eumdem effectum sibi eligere quemcumque presbyterum Confessarium, tam Saecularem, quam cuiusvis Ordinis et Instituti etiam diversi Regularem, ab Ordinario actuali loci ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatum ; vel, si agatur de Regularibus, Confessarium proprii Ordinis eligere volentibus, a Praelato Regulari ad suorum Religiosorum audiendas confessiones approbatum.

III. Confessario ita approbato et ad effectum lucrandi Iubilaei electo facultatem hac vice concedimus, intra dictum semestris spatium in foro dumtaxat conscientiae absolvendi ab excommunicationis, suspensionis et aliis ecclesiasticis sententiis et censuris a iure vel ab homine quavis de caussa latis seu inflictis, etiam Ordinariis locorum, ac Nobis et Sedi Apostolicae,

etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, necnon ab omnibus peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicae, ut praefertur, reservatis, iniuncta poenitentia salutari aliisque de iure iniungendis. Excipitur crimen absolutionis complicis, quod ter, aut amplius admissum fuerit. — Praecipue vero haereticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvat, nisi, abiurata haeresi, scandalum, ut par est, reparaverint; item qui bona vel iura ecclesiastica acquisierint sine venia, ne absolvat, nisi iis restitutis aut se composuerint, vel sincere promiserint, quam primum se composituros apud Ordinarium, vel apud Sanctam Sedem.

IV.' Item vota quaecumque etiam iurata, et Sedi Apostolicae reservata (Castitatis, Religionis et obligatoriis, quae a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de damno tertii semper exceptis, necnon poenalibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refraenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare ; et cum poenitentibus huiusmodi in Sacris Ordinibus constitutis etiam Regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem Ordinum et ad superiorum assecutionem, ob censurarum violationem dumtaxat contracta, dispensari possit, dummodo ad forum ecclesiasticum non sit deducta, nec facile deducenda.

V. Simulque modo cum illis qui, scienter vel ignoranter, cum impedimento gradus secundi et tertii, vel tertii solius, aut tertii et quarti, vel quarti solius consanguinitatis, vel affinitatis etiam ex copula licita provenientis, matrimonium iam contraxerunt, dummodo huiusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientiae possit ad remanendum in matrimonio.

VI. Similiter, pro foro conscientiae tantum dispensare valeat super impedimento dirimente occulto tam primi et secundi, quam primi tantum, aut secundi tantum gradus affinitatis ex copula illicita provenientis in matrimonio contracto; atque etiam, dummodo causae graves et quae canonice sufficientes habentur intersint, in contrahendo: ita tamen ut, si huiusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, vel desponsandae, huius nativitas copulam antecesserit, et non aliter.

VII. Dispensare similiter, pro eodem foro, tam de contracto, quam de contrahendo possit super impedimento cognationis spiritualis, itemque super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante, idest quando solum concurrant adulterium et fides data de matrimonio contrahendo post coniugis mortem.

VIII. Dispensare ad petendum debitum possit in casu affinitatis incestuosae matrimonio supervenientis.

IX. Ad petendum pariter debitum cum illis qui voto simplici castitatis obstricti matrimonium contraxerunt, dispensare valeat, illos monendo facturos contra id votum, si extra usum matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsus ac antea voto obstrictos, si coniugi supervixerint.

X. Nolumus autem per praesentes litteras super aliqua alia irregularitate vel publica, vel occulta, seu defectu aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; nolumus ulli Confessario facultatem tribuere absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum praeceptum peccato; aut complici licentiam impertiri eligendi confessarium huiusmodi ad effectum praesentium, ut iam in Constitutione Benedicti XIV, quae incipit *Sacramentum Poenitentiae,* declaratum fuit: nec quidquam praefatae et aliis pontificiis Constitutionibus derogare volumus quoad obligationem denunciationum; neque demum iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo has easdem litteras suffragari posse aut debere.

Ceterum, siqui post inchoata, huius Iubilaei consequendi animo, praescripta opera, praefinitum visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piae promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere poenitentes et confessos, ac Sacra Communione refectos, praedictae Indulgentiae et remissionis participes fieri volumus. Si qui autem post obtentas absolutiones a censuris, aut votorum commutationes seu dispensationes praedictas, serium illud ac sin-

cerum ad id alias requisitam propositum eiusdem Iubilaei lucrandi, ac cetera necessaria opera adimplendi mutaverint; licet propter id ipsum a peccati reatu immunes vix censeri possint; nihilominus huiusmodi absolutiones, commutationes et dispensationes ab ipsis cum praedicta animi dispositione obtentas, in suo vigore persistere decernimus ac declaramus.

Praesentes litteras per omnia validas et efficaces suosque plenarios effectus, ubicumque publicatae et executioni demandatae fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicae Sedis gratia manentibus plenissime suffragari volumus et decernimus; non obstantibus de Indulgentiis non concedendis ad instar, et universalibus, provincialibus et synodalibus Conciliis editis, Constitutionibus, Ordinationibus, et generalibus seu specialibus absolutionum seu relaxationum ac dispensationum reservationibus, necnon quorumcumque etiam Mendicantium et Militarium Ordinum, Congregationum et Institutorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus et consuetudinibus: privilegiis quoque, Indultis et Litteris Apostolicis eisdem concessis, praesertim in quibus caveatur expresse, quod alicuius Ordinis, Congregationis et Instituti Professores extra propriam religionem peccata sua confiteri prohibeantur : quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, huiusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes; pro hac vice et ad praemissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus; ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem, ut harum litterarum transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo nongentesimo, Octavo Calendas Ianuarii, Pontificatus Nostri anno vicesimo tertio.

C. CARD. ALOISI-MASELLA *Pro-Datarius*
S. R. C. Pro-Praefectus.

A. CARD. MACCHI.

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

Loco >*B* Plumbi

Reg. in Secret. Brevium.

I. CUGNONIUS

LITTERAE SS.mi D. N. Leonis Xlil ad E.mum Archiepiscopum Parisiensem quoad religiosorum Congregationes in Gallia.

Au milieu des consolations que Nous procurait l'Année Sainte par le pieux empressement des pèlerins accourus à Rome de tous les points du monde, Nous avons éprouvé une amère tristesse en apprenant les dangers qui menacent les Congrégations religieuses en France. — A force de malentendus et de préjugés, on en est venu à penser qu'il serait nécessaire au bien de l'Etat de restreindre leur liberté et peut-être même de procéder plus durement contre elles. Le devoir de Notre ministère suprême et l'affection profonde que Nous portons à la France Nous engagent à vous parler de ce grave et important sujet, dans l'espoir que, mieux éclairés, les hommes droits et impartiaux reviendront à de plus équitables conseils. En même temps qu'à vous, Nous Nous adressons à Nos vénérables frères vos Collègues de l'épiscopat français. Au nom des graves sollicitudes que vous partagez avec Nous, il vous appartient de dissiper les préjugés que vous constatez sur place et d'empêcher, autant qu'il est en vous, d'irréparables malheurs pour l'Eglise et pour la France.

Les Ordres religieux tirent, chacun le sait, leur origine et leur raison d'être de ces sublimes Conseils évangéliques, que notre divin Rédempteur adressa pour tout le cours des siècles,

à ceux qui veulent conquérir la perfection chrétienne: âmes fortes et généreuses qui par la prière et la contemplation, par de saintes austérités, par la pratique de certaines règles s'efforcent de monter jusqu'aux plus hauts sommets de la vie spirituelle. Nés sous l'action de l'Eglise dont l'autorité sanctionne leur gouvernement et leur discipline, les Ordres religieux forment une portion choisie du troupeau de Jésus-Christ Ils sont, suivant la parole de Saint Cyprien, *l'honneur et la parure de la grâce spirituelle* (1) en même temps qu'ils attestent la sainte fécondité de l'Eglise. Leurs promesses, faites librement et spontanément, après avoir été mûries dans les réflexions du noviciat, ont été regardées et respectées 'par tous les siècles, comme des choses sacrées, sources des plus rares vertus. Le but de ces engagements est double : d'abord élever les personnes qui les émettent à un plus haut degré de perfection; ensuite les préparer, en épurant et en fortifiant leurs âmes, â un ministère extérieur qui s'exerce pour le salut éternel du prochain et pour le soulagement des misères si nombreuses de l'humanité. Ainsi,, travaillant sous la direction suprême du Siège Apostolique à réaliser l'idéal de perfection tracé par Notre Seigneur, et vivant sous des règles qui n'ont absolument rien de contraire à une forme quelconque de gouvernement civil, les Instituts religieux coopèrent grandement à la mission de l'Eglise, qui consiste essentiellement à sanctifier les âmes et à faire du bien à l'humanité. C'est pourquoi partout où l'Eglise s'est trouvée en possession de sa liberté, partout où a été respecté le droit naturel de tout citoyen de choisir le genre de vie qu'il estime le plus conforme à ses goûts et à son perfectionnement moral, partout aussi les Ordres religieux ont surgi comme une production spontanée du sol catholique, et les Evêques les ont considérés à bon droit comme des auxiliaires précieux du saint ministère et de la charité chrétienne.

Mais ce n'est pas à l'Eglise seule que les Ordres religieux ont rendu d'immenses services dès leur origine : c'est à la société civile elle-même. Ils ont eu le mérite de prêcher la vertu aux foules par l'apostolat de l'exemple autant que par celui de la parole, de former et d'embellir les esprits par l'enseignement des sciences sacrées et profanes, et d'accroître même par

(1) De discipl. et habitu "Virginum, -c. n.

des œuvres brillantes et durables le patrimoine des beaux-arts. Pendant que leurs docteurs illustraient les Universités par la profondeur et l'étendue de leur savoir, pendant que leurs maisons devenaient le refuge des connaissances divines et humaines, et, dans le naufrage de la civilisation, sauvaient d'une ruine certaine les chefs d'oeuvre de l'antique sagesse, souvent d'autres religieux' s'enfonçaient dans des régions inhospitalières, marécages ou forêts impénétrables, et là, desséchant, défrichant, bravant toutes les fatigues et tous les périls, cultivant, à la sueur de leur front les âmes en même temps que la terre, ils fondaient autour de leurs monastères et à l'ombre de la croix des centres de population qui devinrent des bourgades ou des villes florissantes, gouvernées avec douceur, où l'agriculture et l'industrie commencèrent à prendre leur essor.

Quand le petit nombre des prêtres ou le besoin des temps l'exigèrent, on vit sortir des cloîtres des légions d'apôtres, éminents par la sainteté et la doctrine, qui, apportant vaillamment leur concours aux évoques, exercèrent sur la société l'action la plus heureuse en apaisant les discordes, en étouffant les haines, en ramenant les peuples au sentiment du devoir et en remettant en honneur les principes de la religion et de la civilisation chrétiennes.

Tels sont, brièvement indiqués, les mérites des Ordres religieux dans le passé. L'histoire impartiale les a enregistrés, et il est superflu de s'y étendre plus longuement. Ni leur activité, ni leur zèle, ni leur amour du prochain ne se sont amoindris de nos jours. Le bien qu'ils accomplissent frappe tous les yeux, et leurs vertus brillent d'un éclat qu'aucune accusation, qu'aucune attaque n'a pu ternir.

Dans cette noble carrière, où les Congrégations religieuses font assaut d'activité bienfaisante, celles de France, Nous le déclarons avec joie une fois de plus', occupent une place d'honneur. Les unes, vouées à l'enseignement, inculquent à la jeunesse, en même temps que l'instruction, les principes de religion, de vertu et de devoir, sur lesquels reposent essentiellement la tranquillité publique et la prospérité des états. Les autres, consacrées aux diverses œuvres de charité, portent un secours efficace à toutes les misères physiques et morales dans les innombrables asiles, où elles soignent les malades, les infirmes, les vieillards, les orphelins, les aliénés, les incurables,

sans que jamais aucune besogne périlleuse, rebutante et ingrate arrête leur courage ou diminue leur ardeur. Ces mérites, plus d'une fois reconnus par les hommes les moins suspects, plus d'une fois honorés par des récompenses publiques, font de ces Congrégations la gloire de l'Eglise tout entière et la gloire particulière et éclatante de la France, qu'elles ont toujours noblement servie et qu'elles aiment avec un patriotisme capable, on l'a vu mille fois, d'affronter joyeusement la mort.

Il est évident que la disparition de ces champions de la charité chrétienne causerait au pays d'irréparables dommages. En tarissant une source si abondante de secours volontaires, elle augmenterait notablement la misère publique, et, du même coup, cesserait une éloquente prédication de fraternité et de concorde. A une société où fermentent tant d'éléments de trouble, tant de haines, il faut, en effet, de grands exemples d'abnégation, d'amour et de désintéressement. Et quoi de plus propre à élever et à pacifier les âmes, que le spectacle de ces hommes et de ces femmes qui, sacrifiant une situation heureuse, distinguée et souvent illustre, se font volontairement les frères et les sœurs des enfants du peuple, en pratiquant envers eux l'égalité vraie par le dévoûment sans réserve aux deshérités, aux abandonnés et aux souffrants?

Si admirable est l'activité des Congrégations françaises, qu'elle n'a pu rester circonscrite aux frontières nationales et qu'elle est allée porter l'Evangile jusqu'aux extrémités du monde, et, avec l'Evangile, le nom, la langue, le prestige de la France. Exilés volontaires, les Missionnaires français s'en vont, à travers les tempêtes de l'Océan et les sables du désert, chercher des âmes à conquérir dans des régions lointaines et souvent inexplorées. On les voit s'établir au milieu de peuplades sauvages pour les civiliser en leur enseignant les éléments du christianisme, l'amour de Dieu et du prochain, le travail, le respect des faibles, les bonnes mœurs; et ils se dévouent ainsi, sans attendre aucune récompense terrestre, jusqu'à une mort souvent hâtée par les fatigues, le climat ou le fer du bourreau. Respectueux des lois, soumis aux autorités établies, ils n'apportent, partout où ils passent, que la civilisation et la paix; ils n'ont d'autre ambition que d'éclairer les infortunés auxquels ils s'adressent, et de les amener à la morale chrétienne et au sentiment de leur dignité d'hommes. Il n'est pas rare, d'ailleurs

qu'ils apportent en outre d'importantes contributions à la science, en aidant aux recherches qui se font sur ses différents domaines: l'étude des variétés de races dans l'espèce humaine, les langues, l'histoire, la nature et les produits du sol, et autres questions de ce genre.

C'est précisément sur l'action laborieuse, patiente, infatigable de ces admirables Missionnaires qu'est principalement fondé le protectorat de la France, que les gouvernements successifs de ce pays ont tous été jaloux de lui conserver, et que Nous-même Nous avons affirmé publiquement. Du reste, l'attachement inviolable des Missionnaires français à leur patrie, les services éminents qu'ils lui rendent, la grande influence qu'ils lui assurent particulièrement en Orient, sont des faits reconnus par des hommes d'opinions très-diverses, et naguère encore proclamés solennellement par les voix les plus autorisées.

Dans ces conjonctures, ce ne serait pas seulement répondre à tant de services par une inexplicable ingratitude, ce serait, évidemment, renoncer du même coup aux bénéfices qui en dérivent, que d'ôter aux Congrégations religieuses, à l'intérieur, cette liberté et cette paix qui seules peuvent assurer le recrutement de leurs Membres et l'oeuvre longue et laborieuse de leur formation. D'autres nations en ont fait la douloureuse expérience. Après avoir arrêté à l'intérieur l'expansion des Congrégations religieuses et en avoir tari graduellement la sève, elles ont vu, à l'extérieur, décliner proportionnellement leur influence et leur prestige, car il est impossible de demander des fruits à un arbre, dont on a coupé les racines.

Il est facile aussi de voir que tous les grands intérêts engagés dans cette question seraient gravement compromis, même dans le cas où l'on épargnerait les Congrégations de Missionnaires pour frapper les autres; car, à le bien considérer, l'existence et l'action des unes sont liées à l'existence et à l'action des autres. En effet, la vocation du religieux Missionnaire germe et se dévoloppe sous la parole du religieux prédicateur, sous la direction pieuse du religieux enseignant et même sous l'influence surnaturelle du religieux contemplatif.

D'ailleurs, on peut s'imaginer la situation pénible qui serait faite aux Missionnaires et la diminution que subiraient certainement leur autorité et leur prestige, dès que les peuples qu'ils évangélisent apprendraient que les Congrégations religieuses,

loin de trouver dans leur pays protection et respect, y sont traitées avec hostilité et rigueur. Mais, élevant encore la question, Nous devons remarquer que les Congrégations religieuses, ainsi que Nous l'avons dit plus haut, représentent la pratique publique de la perfection chrétienne; et, s'il est certain qu'il y a et qu'il y aura toujours dans l'Eglise des âmes d'élite pour y aspirer sous l'influence de la grâce, il serait injuste d'entraver leurs desseins. Ce serait attenter à la liberté même de l'Eglise qui est garantie en France par un pacte solennel: car tout ce qui l'empêche de mener les âmes à la perfection, nuit au libre exercice de sa mission divine.

Frapper les Ordres religieux, ce serait encore priver l'Eglise de coopérateurs dévoués: d'abord à l'intérieur, où ils sont les auxiliaires nécessaires de l'épiscopat et du clergé en exerçant le saint ministère et la fonction de l'enseignement catholique, cet enseignement que l'Eglise a le droit et le devoir de dispenser et qui est réclamé par la conscience des fidèles; puis à l'extérieur, où les intérêts généraux de l'Apostolat de sa prin cipale force dans toutes les parties du monde sont représentés principalement par les Congrégations françaises. Le coup qui les frapperait, aurait donc son retentissement partout, et le Saint-Siège, tenu par mandat divin de pourvoir à la diffusion de l'Evangile, se verrait dans la nécessité de ne point s'opposer à ce que les vides laissés par les missionnaires français fussent comblés par des missionnaires d'autres nationalités.

Enfin Nous devons faire observer, que frapper les Congrégations religieuses ce serait s'éloigner, à leur détriment, de ces principes démocratiques de liberté et d'égalité qui forment actuellement la base du droit constitutionnel en France et y garantissent la liberté individuelle et collective de tous les citoyens, quand leurs actions et leur genre de vie ont un but honnête qui ne lèse les droits et les intérêts légitimes de personne. Non, dans un état d'une civilisation aussi avancée que la France, Nous ne supposerons pas qu'il n'y ait ni protection ni respect pour une classe de citoyens honnêtes, paisibles, trés-dévoués à leur pays, qui, possédant tous les droits et remplissant tous les devoirs de leurs compatriotes, ne se proposent, soit dans les vœux qu'ils émettent, soit dans la vie qu'ils mènent au grand jour, que de travailler à leur perfection et au bien du prochain, sans rien demander que la liberté ! Les mesures pri-

ses contre eux paraîtraient d'autant plus injustes et odieuses, que, dans le même moment, on traiterait bien différemment des sociétés d'un tout autre genre.

Nous n'ignorons pas que, pour colorer ces rigueurs, il en est qui vont répétant que les Congrégations religieuses empiètent sur la juridiction des évêques et lèsent les droits du clergé séculier. Cette assertion ne peut se soutenir, si l'on veut se rapporter aux sages lois édictées sur ce point par l'Eglise et que Nous avons voulu rappeler récemment. En parfaite harmonie avec les dispositions et l'esprit du Concile de Trente, tandis qu'elles règlent d'un côté les conditions d'existence des personnes vouées à la pratique des Conseils évangéliques et à l'apostolat, d'autre part elles respectent autant qu'il convient l'autorité des évêques dans leurs diocèses respectifs. Tout en sauvegardant la dépendance due au chef de l'Eglise, elles ne manquent pas, en beaucoup de cas, d'attribuer aux évêques, son autorité suprême sur les Congrégations par voie de délégation Apostolique. Quant à représenter l'épiscopat.et le clergé français comme disposés à accueillir favorablement l'ostracisme, dont on voudrait frapper les Congrégations religieuses, c'est une injure que les évêques et les prêtres ne peuvent que repousser de toute l'énergie de leur âme sacerdotale!

Il n'y a pas lieu de donner plus d'importance à l'autre reproche qu'on fait aux Congrégations religieuses de posséder trop de richesses. En admettant que la valeur attribuée à leurs propriétés ne soit pas exagérée, on ne peut contester qu'elles possèdent honnêtement et légalement, et que, par conséquent, les dépouiller serait attenter au droit de propriété.

Il faut considérer en outre, qu'elles ne possèdent point dans l'intérêt personnel et pour le bien être des particuliers qui les composent, mais pour des œuvres de religion, de charité et de bienfaisance, qui tournent au profit de la nation française, soit au dedans, soit au dehors, où elles vont rehausser son prestige en contribuant à la mission civilisatrice que la Providence lui a confiée.

Passant sous silence d'autres considérations que l'on fait au sujet des Congrégations religieuses, Nous Nous bornons à cette importante remarque: la France entretient avec le Saint-Siège des rapports amicaux fondés sur un traité solennel. Si donc les inconvénients que l'on indique, ont sur tel ou tel point quel-

que réalité, la voie est toute ouverte pour les signaler au Saint-Siège, qui est disposé à les prendre en sérieux examen et à leur appliquer, s'il y a lieu, des remèdes opportuns.

Nous voulons, cependant, compter sur l'équitable impartialité des hommes qui président aux destinées de la France, et sur la droiture et le bon sens qui distinguent le peuple français. Nous avons la confiance qu'on ne voudra pas perdre le précieux patrimoine moral et social, que représentent les Congrégations religieuses; qu'on ne voudra pas, en attentant à la liberté commune par des lois d'exception, blesser le sentiment des catholiques français, et aggraver les discordes intérieures du pays, à son grand détriment. Une nation n'est vraiment grave et forte, elle ne peut regarder l'avenir avec sécurité que si, dans le respect des droits de tous et dans la tranquillité des consciences les volontés s'unissent étroitement pour concourir au bien général. Depuis le commencement de Notre Pontificat, Nous n'avons omis aucun effort pour réaliser en France cette œuvre de pacification, qui lui aurait procuré d'incalculables avantages, non seulement dans l'ordre religieux, mais encore dans l'ordre civil et politique. Nous n'avons pas reculé devant les difficultés; Nous n'avons cessé de donner à la France des preuves particulières de déférence, de sollicitude et d'amour, comptant toujours qu'elle y répondrait comme il convient à une nation grande et généreuse. Nous éprouverions une extrême douleur, si, arrivé au soir de Notre vie, Nous Nous trouvions deçu dans ces espérances, frustré du prix de Nos sollicitudes paternelles et condamné à voir, dans le pays que Nous aimons, les passions et les partis lutter avec plus d'acharnement, sans pouvoir mesurer jusqu'où iraient leurs excès, ni conjurer des malheurs, que Nous avons tout fait pour empêcher et dont Nous déclinons, à l'avance, la responsabilité. En tout cas, l'œuvre qui s'impose en ce moment aux évêques français, c'est de travailler, dans une parfaite harmonie de vues et d'action, à éclairer les esprits pour sauver les droits et les intérêts des Congrégations religieuses, que Nous aimons de tout Notre cœur paternel, et dont l'existence, la liberté, la prospérité importent à l'Eglise catholique, à la France et à l'humanité.

Daigne le Seigneur exaucer Nos vœux ardents et couronner les démarches que Nous faisons depuis longtemps déjà pour cette noble cause ! Et, comme gage de Notre bienveillance

et des faveurs divines, Nous vous accordons, bien-aimé Fils, à vous, à tout l'épiscopat, à tout le clergé et à tout le peuple de France, la bénédiction Apostolique.

Donné à Rome, près de Saint-Pierre, le 23 Décembre de l'an 1900, de Notre Pontificat le vingt-troisième.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

REATINA

ULTIMAE VOLUNTATIS

Die 23 Iunii 1900.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Antonius Alegiani, anno 1852, ultimo quo decessit elogio, suos filios Alphonsum et Achillem haeredes instituit, iniuncto eis onere annui missarum legati. Testamenti particula, de qua nunc fit controversia, sequentis est tenoris : « Ordino ai miei infrascritti eredi, che *in ogni anno* nel giorno delia commemorazione dei Defunti mi debbano far celebrare un funerale in quella Chiesa, e con quella spesa che meglio essi crederanno in suffragio della mia anima, e che altro funerale simile facciano essi celebrare, *in ogni anno,* nel giorno due Ottobre in suffragio dell'anima della mia defunta consorte, ed inoltre che si facciano celebrare *in ciascun mese dell''anno* otto messe lette con la elemosina di baiocchi venti in suffragio egualmente dell'anima nostra, ed una messa letta *in ciascun mese dell'anno* in suffragio dell'anima di Maria Fink-Bomier mia cognata. Queste messe mensili si faranno celebrare dal Sig. Don Pietro Dalmann (o altro più vero cognome) attuale Istruttore nel Pio Luogo dei Convertendi di questa Città, quale Sacerdote mancando, o non potendo celebrarle,

lascio in libertà i miei eredi di farle celebrare, ove, e da chi meglio credono ».

Anniversariis et missis, iuxta testatoris voluntatem, semper factam fuit satis, donec Achilles, unus ex institutis haeredibus supremum fatum obiit eique, aequis partibus, successerunt Alphonsus frater et duae sorores ; quae cum e vita decesserint, plures reliquerunt haeredes. Tunc vero ortum est dubium, utrum nempe haeredes *mediati* sive *immediati* nuper defuncti Achillis teneantur aequa parte ad celebrationem missarum. Quare haeres superstes Alphonsus Alegiani quoad bona haereditaria sui fratris Achillis nomine proprio suorumque cohaeredum ad S. C. supplicem misit libellum petens: an legatum a patre institutum sit temporaneum vel perpetuum, ita ut haeredes *immediatos* dumtaxat devinciat, aut etiam eorum successores in infinitum. « In altri termini, ait orator, le parole *in ogni anno in ciascun mese* e le incisive *infrascritti* eredi, debbonsi intendere nel senso di avere il testatore ingiunto *V* obbligo tassativamente *ad vitam* de' due infrascritti figli ed eredi Alfonso ed Achille ; ovvero di averlo comprensivamente esteso anche agli eredi dei suddetti infrascritti eredi ; e così averlo perpetuamente trasmesso da erede in erede, sebbene non nominati dal testatore ».

Insuper cum hodie reditus aedium valde imminuti sint, atque tributa Gubernii gravissima evaserint, ita orator subordinate quaerit, ut saltem deveniatur ad aliquam missarum reductionem.

Denique orator percontatus ut explicaret quomodo se haberet as haereditarius, tum tempore aditae haereditatis, tum hodie, retulit : tempore aditae haereditatis ascendisse ad vim libellarum 276,178,84: hodie vero, varias ob causas, descendisse ad libellas 163,628,87.

Hic quaeritur :

I°. An legatum in casu censeatur perpetuum, ita ut haeredes Achillis aequa parte teneantur ad implementum praefati legati. - Et quatenus affirmative,

2°. An, firmis remanen tibus duobus anniversariis funeribus, reliqua vero onera missarum vel in totum sint remittenda, vel saltem ad medietatem reducenda sint.

De hac re percontatus Emus Urbis Vicarius taliter suum votum S. C. pandit : « Utique praedictae particulae contextus nimis obscurus esse videtur. Dum enim ex una parte testator semel, bis, terque quaterque iis verbis usus est : *in ogni anno, in ciascun mese dell'anno;* nihilo tamen secius ne minimum quidem vestigium reperitur ex quo deduci possit in perpetuum haeredes suos obstringere voluisse. Quinimo, ex altera vero parte, cum de Missis menstrualibus ageretur, ita se expressit : - Queste messe mensili si faranno celebrare dal Sig. D. Pietro Dalmann... quale sacerdote mancando, o non potendo celebrare, lascio in libertà i miei eredi di farle celebrare, ove, e da chi meglio crederanno. - Quae verba tempus praesens magis quam futurum innuere videntur ; secus enim dicere debuisset : - e così di seguito nei tempi futuri - vel aliud quid simile. Nec facile putandum est ignoranter ita se gessisse : etenim cum a publico Notario testamentum conscriptum fuisset, non est verisimile quod voluntatem testatoris in re tam gravi non exquisiisset. Unde testator quod voluit expressit, quod noluit non expressit.

« Mens itaque testatoris haec fuit; ut scilicet filios suos, quorum bonam voluntatem noverat, ad implementum legati obstringere voluisset : ceteris vero suis descendentibus eorum arbitrio tacite reliquisse. Legatum enim perpetuum est onus gravissimum, quod apertissime constare debet, ut certam obligationem inducat. Ceterum, quidquid sit de vero sensu praedictae clausulae, relinquitur prudentissimo EE. PP. iudicio ».

Quoad vero petitam missarum reductionem, haec habet: « ... in hypothesi, quod onus legati perseverat aequa Missarum reductio merito facienda esse videtur. Eo vel magis, quia testator pro missarum eleemosyna 20 tantum *baiocchi* statuit, dum in praesentiarum taxa synodalis ad 30 mínimos ascendit ».

Disceptatio synoptica

LEGATUM PERPETUUM VIDERI. Et ad primum dubium quod attinet, utrum nempe legatum in casu habendum sit perpetuum vel temporaneum animadverto legatum, natura sua esse *perpetuum** nisi, perpensa testatoris expressa voluntate argumenta suppetant pro evincenda vel coniicienda legati *temp or aneliate.* - Ita Rota in *Romana Legati super Gapitalibus Venetiarum, 20 Ian. 1758 coram Canilliac.*

Iamvero in casu argumenta huiusmodi quae temporaneitatem praeseferant, deesse videntur, quin imo, cum agatur de missarum legato, causae piae favor duo praesertim expostulat, nimirum ut in benigniorem latioremque sensum verba accipienda sint : utque sub haeredis nomine nedum primus, sed haeredes quoque veniant ulteriores, nisi clara in oppositum, testatoris voluntas elucescat ; ita firmius tenuit Rota in magistrali decisione *Romana Legatorum 5 Martii 1755 coram Caprara.* Item sentiunt Doctores : Mantica *(de coniecturis ult. vol. - lib. 8, f. 2, n. 16)* ait: « Favore piae causae onus praesumitur iniunctum illi, a quo alias non praesumeretur ». - Amostazo *(de causis joiis I. 1, cap. 11, n. 13).* « Incertitudo vitiat dispositionem etiam, si sit in ultima voluntate... idcirco legata incertitudinem continentia irrita sunt... »; et *n. 14:* - « Ab hac tamen regula excipitur legatum pium ». - Eadem ferunt Tiraquellus *de privileg, (privil. 35),* Barbosa *lib. 3, cap. 27, c. 45;* et supra citatus Amostazo, *lib. 2**J**, c. 10, n. 8* ait: « In dubio, favore piae causae legatum praesumitur perpetuum, non vero pro una vice ».

Hac de re S. C. C. in similibus quaestionibus pro legatorum perpetuitate respondit in *Romana Legati* 10 Ianuarii 1733, in *Ravennaten.* 14 Novembris dicti anni, in *Caesenaten. Onerum Missarum* 10 Martii 1738. Et in quadam *Cervien. Legatorum* testator sic legaverat : « Item per ragione di legato, e in suffragio dell'anima di detto testatore lascia e comanda, che dall' *infrascritto* suo erede uni-

versale, seguita la morte della sua erede usufruttuaria, siano fatte celebrare Messe da Requiem numero 400 in suffragio dell'anima di esso testatore annualmente » - quare proposito dubio: « an constet de perpetuitate, seu temporalitate etc. - *die 30 Iulii 1785,* - non obstantibus ¡verbis *infrascritti eredi,* quibus usus est testator, responsum prodiit : *affirmative ad primam partem, negative ad secwidam* ».

LEGATUM TEMPORANEUM VIDERI. Sed ex adverso in primis praenotandum est, quod in hisce quaestionibus plurimi valent coniecturae et praesumptiones, ex quibus coniici possit non satis expressa testatoris voluntas; et, si non obstantibus praesumptionibus ac coniecturis, testatoris voluntas adhuc dubia maneat, tunc tantum inhaerendum esse favori piae causae. Idcirco De Luca, *de Legatis, Dis. 55, n. 2* ait, quod quaestio videtur potius facti quam iuris, certam ac determinatam non respiciens regulam cuicumque casui applicabilem, sed pro singulorum casuum qualitate et circumstantiis decidenda est.

Hac de re perpendendum est num verba directa a testatore fuerint in personam haeredis, quia si primo haeredi suo nomine proprio ac appellativo onus iniunctum fuerit, tunc favor piae causae invocari non potest, sed haec ratio legandi ita operatur, ut legatum personam legatarii non egrediatur. Ad rem ait De Luca *de ILeg., Dis. 34, § 7:* « ubi habeatur contraria voluntas etiam praesumptiva et coniecturalis, tunc nulla ratio habenda veniat de hoc privilegio, quod operativum est circa defectus respicientes solemnitates, seu alias a subtilitate iuris positivi provenientes, non autem a voluntate, quam non supplet, ex frequenter deductis sub *tit. de testim.* ». - Hic casus est, praesertim quando occurrit dictio seu verbum *infrascripti, dicti haeredes :* ita De Luca, *ibidem* § 3. Et clarius Rota coram Buratto *dec. 187, § 9,* habet : « aliquod onus non censetur perpetuum quando ponuntur verba *dicti,* infrascripti haeredes ; ita ut in casu non valeant coniecturae in contrarium ».

Quod quidem optime quadrare themati videtur ; siquidem testator dumtaxat suos haeredes nominavit et verbis « miei detti - i miei infrascritti eredi » usus est.

Item ulterius inquirendum est num legatum in determinata ecclesia aut altari fuerit relictum ; deficiente enim loci designatione, quae iuxta Pitonium, *de iurepatron. centrad. 34, n. 6,* perpetuitatis notam habet, facilius pro personalitate praesumitur. Ad rem ait Donneili, *Comment, in Dig. de verb. oblig. v. 11, pag. 640:* « Legatum perpetuum est, cum relinquitur civitati, aut eiusmodi universitati, quae sit perpetua, ut Ecclesiae », secus, personale censetur -. At in casu nostro testator locum implementi arbitrio haeredum reliquit ; iussit enim : « Queste messe mensili si faranno celebrare dal S. D. Pietro Dalmann... quale sacerdote mancando, o non potendo celebrare, lascio in libertà i miei eredi di farle celebrare ove, e da chi meglio crederanno ». Quae animadversio testatoris de persona *certa* sacerdotis Missas celebraturi ; - *quale sacerdote mancando ecc.* - esset plane diridicula si res esset de legato *perpetuo,* cui satisfactione absque dubio *unus idemque sacerdos, expresso nomine,* destinari non potuisset.

Ulterius quia in casu agitur de perpetuo onere imponendo, idcirco testatoris voluntas non praesumitur, sed concludentibus argumentis probari debet; quandoquidem translatitii iuris est ex incerta iussione obligationem certam non sequi. Hac de re ait Amostazo, *de Causis piis, I. cit., cap. 11, n. 13.* « Incertitudo vitiat dispositionem, etiam si sit in ultima voluntate » et Menochius, *lib. 4, praes. 107, § 9* « quando incertitudo est in persona, tunc non sumitur stricta interpretatio, ut quod minus est debeatur ». Imo quando agitur de persona testatori dilecta, pergit idem Menochius *ibidem,* legatum accipit « latam interpretationem ». Iamvero in themate de hac perpetua obligatione nullum testator habuit verbum - nullum habetur indicium, ex quo valeant obligari etiam successivi haeredes in infinitum-. Nec facile putandum est testatorem ignoranter se gessisse ; et-

enim ait Emus Urbis Vicarius, « cum a publico Notario testamentum fuisset conscriptum, non est -verosimile quod voluntatem testatoris in re tam gravi non exquisiisset. Unde testator quod voluit expressit, quod noluit non expressit ».

- Neque desunt exempla iu quibus S. G. C. pro temporaneitate legati sententiam protulit. - Ita in quadam *Camerinen. Legatorum, 12 Iunii 1721,* Petrus Berardi, Eufrasiam uxorem instituens, sic legaverat « ordina e comanda che l'infrascritta sua erede sia tenuta e obligata fare ogni anno l'officio della festa di S. Pietro nella detta Chiesa e Cappella con quel numero di Messe che potrà avere in detto giorno di San Pietro ». Deinde Eufrasia, cum ad secunda vota convolaverit instituto haerede secundo viro Carolo Piccinini, ita mandavit: « item lascia un officio l'anno di dieci messe per l'anima sua, durante la vita del Sig. Carlo nella detta Chiesa di S. Francesco dei Minori Conventuali. Item lascia un officio l'anno di dieci messe per l'anima del Sig. Pietro Gentili Berardi da farsi nella sopra detta Chiesa di S. Francesco ». Duobus ideo propositis dubiis: scilicet I. An legatum Petri Gentilis sit perpetuum. - II. An legatum Eufrasiae sit perpetuum. - S. C. respondit: Ad I. *Negative.* - Ad II. *Legatum pro anima Eufrasiae esse temporale, et perpetuum pro açiima Petri Q enatis.* - Item in Montisfalisci 16 Decemb. 1724, Dominicus Gentilis institutis filio et nepote, mandavit his verbis - quod infrascripti eius haeredes statim post obitum ipsius teneantur dispensare, et dare omnia eius vestimenta pauperibus et similiter teneantur annuatim celebrari facere unum Anniversarium et missas annuales in dicta Ecclesia S. Petri etc. Quare ad dubium - An onus anniversarii et Missarum annualium sit perpetuum, vel potius temporale ad vitam haeredum testamentariorum - eidem rescriptum est: *Ad primum negative .ad primam partem, et affirmative ad secundam.*

Neque obstat decisio in *Cervieri. Legatorum* supra re-

lata, quia intimius inspici debet ratio qua institutum fuit legatum. Etenim voluntatem testatoris magis declarant verba quae praeeunt his antea a me adnotatis : cavebatur enim in primis in testamento : « Item *per ragioni di legato lascia che dair infrascritto suo erede proprietario, seguita la, morte di essa sua erede usufruttuaria siano pagati annualmente scudi 50 al Massaia pro tempore del Ven. Altare della B. Vergine M. del SS. Rosario* ». Quare legatum aestimatum est uti *adnexum altari,* prouti adnotatur *in folio* - ibi - « Eo, quoad primum legatum, maxime attento, pium nempe testatorem iussisse scuta quinquaginta quotannis numerari Massario altaris Rosarii. Cum etenim altari scriptum fuisse legatum non Massario certi iuris sit, plene consequitur perpetuum esse renunciandum eodem ferme modo quo altare perpetuum est ».

Hactenus de *prima* quaestione. - Quoad *alteram* subordinatam quaestionem, nempe de reductione oneris, quando hoc edicatur esse perpetuum, res tota pendet a prudenti arbitrio EE. PP. - Reductio enim oneris pertinet ad clementiam Principis. Nihilo secius quia dispensationum et gratiarum administratio non minus prudens et aequitati consona esse debet, hinc semper S. C. Concilii solemne fuit nonnullis inhaerere regulis seu causis dispensationis. - Has ita explicat Bened. XIV *De syn. lib. 13, n. 28:* « Causas ob quas fas est reductionem aggredi, plerumque imo fortasse semper suppeditat decrementum redituum, qui fuerunt pro onerum implemento assignati, aliquando vero adaucta per Episcopos in suis Synodis Missarum eleemosyna quo nimirum fit, ut, quamvis ab initio, id quod constituit fundator in praescripti oneris supportationem ad illius implementum satis haberetur, nihilominus auctis subinde Missarum eleemosynis impar deprehendatur, nec ullus reperiri valeat sacerdos qui, oblata iuxta veterem taxam eleemosyna, Missam celebrare velit; proindeque is cui onus est curandi huiuscemodi missarum celebrationem si velit imposito sibi oneri satisfacere, cogatur sacerdotibus celebraturis pinguio-

rem eleemosynam largiri ; et has quidem causas indigitavit quoque Tridentinum Concilium *praecit. cap. 4, sess. 25, De ref.*

Quibus animadversis quaesitum fuit quid esset respondendum duobus quaesitis relatis supra pag. 364.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 23 Iunii 1900 «censuit respondere : Ad I. *Negative.* Ad II. *Provisum in I.*

EX 3. CONGR. 3. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM quoad cautionem procurandi coniugis haeretici conversionem et quoad ritum celebrationis matrimonii mixti.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., implora la soluzione dei seguenti dubbii:

I. Se nei matrimonii misti può bastare che la parte cattolica prometta senza giurare a voce ed in iscritto dinanzi a due testidi adoperarsi alla conversione della parte acattolica, senza la costui presenza.

II. Se possa continuarsi l'uso ivi introdotto di celebrare i matrimonii misti in chiesa senza benedizione nuziale per evitare il pericolo di celebrarli presso ì ministri eretici che sogliono •celebrare nella chiesa i matrimonii misti.

Che ecc.

Feria IV, die 29 Novembris 1899.

In Congregatione Generali ab Emis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Emi ac Rmi DD. Cardinales respondendum mandarunt:

Ad I Affirmative.

Ad II. Detur Instructio Antonelliana diei 15 Nov. 1858 (1).

Sequenti vero Feria VI, die 1 Decembris eiusdem anni, SSñius per facultates Eiïio D. Cardinali Secretario S. Officii impertitas, Emorum Patrum suffragia approbavit.

I. Can. MANCINI S. *R. et U. I. Notarius.*

(1) Vide Vol. VI, 456.

DUBIUM: utrum permitti possit, haereticum patrinum agere.

Beatissimo Padre,

L'Arcivescovo N. N., prostrato ai piedi della S.V., umilmente chiede se possa permettere ad un protestante che faccia da padrino nel battesimo cattolico di una figlia di coniugi dì mista religione, sposati solo innanzi al ministro eretico.

Che ecc.

Feria IV, die 27 Iunii 1900.

In Congregatione Generali ab Erhis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Permitti non posse.

Sequenti vero feria V, loco VI, die 28 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis, Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Adsessore S. Officii habita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. *B. et U. Inquisii. Notarius..*

CONCESSIO : indulgetur, Episcopum communicare posse res Congregationis S. Officit cum vicario, generali.

Beatissimo Padre,

L' Arcivescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., divotamente espone che, avendo bisogno talvolta di comunicare al suo Vicario Generale le cose del S. Officio, affinchè possa anch'egli vigilare per la loro esatta esecuzione, supplica umilmente per la necessaria facoltà di far ciò sotto lo stesso secreto del S. Officio.

Feria IV, die 11 Iulii 1900.

In Congregatione Generali ab EE. ac RR. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis supradictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

In voto Archiepiscopi, facto verbo cum SSmo.

Sequenti vero feria VI, die 13 eiusdem mensis et anni, in audientia SS..D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Adsessore S. Officii habita, idem D. N. benigne annuit pro gratia*

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius^*

DUBIUM : utrum Episcopus parochum subdelegare valeat ad accipiendum iuramentum pro vagorum matrimonio: et utrum obtinere valeat ut id inseratur in Synodo Dioecesana.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone che gravi ragioni, non esclusa quella della lontananza dei luoghi, spesso non permettono che a ricevere il giuramento suppletorio pei matrimonii dei vaghi siano suddelegati i Vicarii Foranei, tornando assai più opportuno che tale suddelegazionè sia data al Parroco o al Vice-Parroco, del'luogo. Supplica perciò che gli sia concessa tale facoltà, non ostante che i Parroci o i Vice-parroci non possano forse riputarsi *personae insignes et idoneae,* a tenore della Istruzione del S. Officio del 21 Agosto 1676, e come furono ritenuti i Vicarii foranei con risposta del S. Officio del 24 febbraio 1847 al dubbio VII. — E poiché il Vescovo supplicante si accinge a celebrare il Sinodo Diocesano, ossequiosamente chiede se in detto Sinodo possa delegare abitualmente i Parroci e i Reggenti le parrocchie vacanti a ricevere siffatti giuramenti suppletorii.

Che ecc.

Feria Vi, die 8 Augusti 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis coram EE. et RR. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis praedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. DD. Cardinales respondendum mandarunt:

Ad mentem. Mens est quod non expedit in Synodo Dioecesana insertio, de qua in precibus. Ceterum Episcopus utatur facultate biennali, quam habet ab hae Suprema Congregatione, ei cuius quemcumque parochum subdelegare potest ad iuramentum suppletorium recipiendum.

Sequenti vero Feria VI, die 10 eiusdem mensis etanni, in audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Adsessore S. Officii habita, SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. I. Notarius.*

DUBIUM: quid de Ordinatione presbyterali absque voluntate id perficiendi?

Beatissimo Padre,

L'Arcivescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone quanto appresso.

Un prete buonissimo della sua diocesi, ma tormentato da scrupoli, dubitando della propria fede neh' atto della ordinazione

presbiterale, ricusò il suo consenso a ciascuna parte dell'ordinazione, proponendo così: — «Affinchè io più tardi non abbia dubbio alcuno sulla invalidità di questa mia ordinazione, dichiaro di non voler essere ordinato: la mia ordinazione avrà luogo un'altra volta: non osando uscir di chiesa, ora farò sola che sembri ai miei compagni di essere ordinato ».

Coerentemente a questa intenzione, non proferi le parole della consacrazione, credendole essenziali alla validità dell'ordinazione: non intese ricevere la potestà di rimettere i peccati, avendo solo subita la materiale imposizione delle mani del Vescovo ordinante; neppure intese di promettere obbedienza al Vescovo, volendolo poi fare un' altra volta, quando sarebbe di nuovo ordinato.

Da fededegne informazioni intanto si ha che questi serbò condotta lodevolissima in tutto il tempo trascorso in seminario ed ardentemente desiderava il sacerdozio; che il dì dell' ordinazione, confortato dal confessore a disprezzare lo scrupolo, celebrò la sua prima messa.

Stante tutto ciò l'umile oratore chiede se può considerarsi valida la detta ordinazione.

Che ecc.

Feria IV, die 28 Novembris 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitiouis, ab> Emis et Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitorìbus habita, proposito praedicto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Ordinationem esse iterandum ex integro sub conditione et secreto quocumque die, facto verbo cum SSmo, ut suppleat de thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis celebratis ut in casu.

Sequenti vero feria VI, die 30 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SSmi D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R.P.D. Assessore S. Officii habita, SSmus resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit, ac gratiam benigne concessit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

DUBIUM: quid de Ordinatione presbyterali, in qua defuit, postea tamen adiecta fuit,, pars .verborum in unctione manuum.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., in ordinatione presbyterorum, cum pervenit ad unctionem manuum, unxit quidem manus singulorum proferens verba ***Consecrare** et **sanctificare** digneris...* usque ad verbum ***Amen;*** et clausit singulorum manus eas benedicens,

sed non subiunxit alia verba: *ut quaecumque benediæcrnit benedicantur* etc., usque ad secundum *Amen.*

Haec autem omissio fuit omnino involuntaria, immo provenit etiam ob magnam attentionem, qua Episcopus proferebat prima verba simul cum unctione manuum; et provenit etiam eo quod inter prima verba et ea quae omissa fuere intercedit rubrica.

Cum autem ultimus ordinatus, modo supra dicto acceperit manuum unctionem, Episcopus animadvertit omissionem verborum : *ut quaecumque* etc., nimia anxietate correptus, Dei auxilio in corde suo invocato, protulit verba omissa, videlicet: *ut quaecumque benedixerint benedicantur et quaecumque consecraverint* etc., cum intentione ea proferendi super omnes neopresbyteros qui coram eo adstabant, putans ita reparare omissionem.

Episcopus autem anxius de hac re, petit utrum possit acquiescere.

Feria IV, die 28 Novembris 1900.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, ab Emis et Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, proposito praedicto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Acquiescat.

Sequenti vero Feria VI, die 30 eiusdem mensis et anni, in Audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I Can. MANCINI S. *B. et U. Inquisii. Notarius.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIA occasione magni Iubilaei ad universum Orbem extensi.

I. An tempore praesentis Iubilaei liceat Confessariis pluries uti facultatibus extraordinariis eisdem concessis erga eundem poenitentem, qui nondum omnia opera iniuncta adimplevit ad Iubilaei indulgentiam lucrandam ?

SSmus respondendum mandavit: *Affirmative.*

II. An in locis ubi processiones in viis publicis non permittuntur, possint, ad effectum reducendi visitationum numerum, processionibus aequiparari coadunationes corporum moralium et aliorum fidelium qui in designatis Ecclesiis, hora praestituta,

sub proprii Moderatoris et respective sub proprii Parochi vel alterius Sacerdotis ab eo deputati ductu, colliguntur, ut ibidem una simul visitationes peragant.

SSiìius, attentis praesentium temporum adiunctis, ex speciali gratia benigne indulget ut, in locis in quibus processiones non permittuntur, visitationes prout exponitur peractae habeantur tamquam processionaliter factae.

III. An pro iis qui degunt in locis ab Ecclesia Parochiali valde dissitis possit ab Ordinario alia Ecclesia vel publicum Oratorium facilioris accessus ad visitationes peragendas designari ?

R. De speciali gratia SSrhi: *Affirmative.*

IV. An sex menses ad quos extensum est Iubilaeum extra Urbem debeant necessario esse continui, vel possint ab Ordinario interpolan et dividi per partes infra annum ?

R. Affirmative ad 1am partem: negative ad 2am. Nihilominus SSmus benigne indulget ut Ordinarii, interveniente gravi et legitima causa, possint pro suo prudenti arbitrio semestris tempus in partes dividere; ita tamen ut una tantum vice Iubilaeum acquiri valeat, licet opera ipsa iniuncta possint distribui per designatos ab Ordinario menses.

V. Nonnullis Episcopis gratiam implorantibus ut unica Confessione et Communione satisfieri possit praecepto Ecclesiae et operi iniuncto ad Iubilaeum lucrandum, SSmus minime annuendum censuit.

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 25 Ianuarii 1901.

S. CARD. VANNUTELLI
Poenitentiarius Maior.

R. Celli S. *Poenitentiariae Substitutus.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

SANCTI CLAUDII. Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Annae De Xainctonge fundatricis Congregationis Sororum a S. Ursula de Dola nuncupatarum.

Pravis atque perversis opinionibus quibus saeculo decimo septimo labente tanquam fluctibus iactabatur tum religiosa tum civilis societas, suum quoque licet modicum aggerem opposuit nova sodalitas sororum a S. Ursula de Dola nuncupatarum. Cuius fundatrix Anna de Xainctonge Divione in Gallia, die 21 Novembris anno 1567, ortum duxit ex parentibus nobilitate et virtute praestantibus, qui postridie eam sacro lavacro ablui curarunt. Succrescente aetate puella in deliciis habebat quidquid

pietatem charitatemve saperet atque in eiusmodi operibus sese exercebat praesertim postquam confirmationis sacramento roborata et angelorum pane refecta fuit. Adhuc adolescentula gravi morbo tentata auditum omnesque corporis vires amisit quas tamen paulo post cum audiendi sensu, Deo auxiliante, recuperava. Exinde severiorem vitae rationem sibi constituit, ad hanc etiam excitata a Nicola de Ligera, cognata sua, singularis pietatis et sobrietatis foemina, necnon ab ecclesiastico viro super christiana temperantia et contra mulierum luxum concionante. Perfectioris vitae desiderio flagrans, simulque Patrum societatis Iesu praeclara exempla, quae a prima aetate ante oculos semper habuerat, in iuventute pie educanda imitari cupiens, annuente suae conscientiae moderatore, Divione relicta, Dolam petiit, ibique Claudinae Faulquier-Duzin foeminae piissimae diu usa est hospitio. Postea puellarum collegio sub disciplina nobilis matronae Susannae Renard et adiutrix et praeposita renunciata fuit, adscitis in socias nobilibus piisque foeminis Claudina de Brisset et Isabella Brocard. Ad infirmitatem in quam incidit curandam, imo potius ad severam inquisitionem super consilio suscepto subeundam, iussu patris Divionem régressa, ipsa suam causam ita defendit ut probantibus theologis atque annuentibus parentibus dimissa fuerit cum plena libertate supernae vocationis sequendae. Victrix igitur ac novis refecta viribus Dolam reversa, Deo opitulante, maximas inter adversitates novam instituit sodalitatem religiosam ad puellas litterarum elementis christianisque moribus informandas, nomen atque leges mutuata ex Congregatione S. Ursulae, quam Angela Mericia sanctissima virgo non ita pridem condiderat, paucis tamen sive adiectis sive mutatis prout temporum rerumque varia conditio postulare videbatur. Quae quidem sodalitas per diploma seu Bullam Clementis Papae VIII adprobata atque etiam a civili auctoritate recognita, domum principem satis aptam Dolae aperuit die 16 Iunii anno 1606, ac deinceps pluribus in dioecesibus alia asceteria fundavit. Praefuit Instituto ipsamet famula Dei, provida mater, ceteris praelucens exemplo, donec diuturno morbo consumpta atque extremis Ecclesiae sacramentis munita spiritum Deo reddidit die 8 Iunii anno 1621. Fama sanctitatis qua pia virgo adhuc vivens plurimum valuerat etiam penes Sacrorum Antistites atque ipsum sanctum Episcopum Franciscum Salesium, post obitum ita constanter percrebuit, ut super ea Inquisitioni Ordi-

nariae, penes ecclesiasticam Curiam Sancti Claudii, semel atque iterum manus fuerit apposita. Priore Inquisitione deperdita, altera recentior feliciter expleta ad Sacram Rituum Congregationem transmissa fuit una cum amplissimis litteris postulatoriis tum aliquorum Emorum S. R. E. Cardinalium et plurium Rmorum Sacrorum Antistitum, tum quorundam praepositorum religiosis vel piis consociationibus utriusque sexus, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium. Quapropter instante Rmo P. Mauro Maria Kaiser, Ordinis Praedicatorum, huiusce Causae Postulatore, supplicia vota universae sororum a S. Ursula Dolensis sodalitatis depromente, probatis iam a die 11 Iulii 1898 Servae Dei scriptis atque obtenta Apostolica dispensatione die 10 et 15 Septembris huius anni a lapsu decennii et ab interventu et voto Consultorum, Erhus et Rmus Dominus Card. Lucidus M. Parocchi, Episcopus Portuensis et S. Rufinae atque eiusdem Causae Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?* » Porro Erhi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi post relationem ipsiusmet Cardinalis Ponentis, audito quoque voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, omnibusque rite expensis rescribendum censuerunt: « *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit* ». Die 13 Novembris 1900.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per R. P. D. Ioannem Baptistam Lugari Sanctae Fidei Promotorem relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servae Dei Annae de Xainctonge, fundatricis Congregationis Sororum a S. Ursula de Dola nuncupatarum, die vigesima quarta, eisdem mense et anno.

DOMINICUS CARD. FERRATA *S. R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

DB HEROICA IUSTITIA (1).

Nihil optabilius iustitia, nihil praestantius, nihil homini melius, nihil christiano nomine dignius : Iustitia autem est, auctore Ulpiano, *constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi,* (Instit. lib. I tit. I) cuius studium qui vitupérât haud sane intelligo quidnam sit quod laudandum putet. Nam praecepta sanctitatis universa, vel quae ad Deum tantum pertinent,, vel quae respiciunt proximorum commercium, vel demum quae sui ipsius decus dignitatemque spectant, in iustitia continentur. In hac quoque per mirana sanctitatem Iohanna Antida nostra refulsit, qua nulla religiosior, nulla humilior, nulla integrior erat: hoc summa consensione et quasi dicam concentu,. de ea praedicant, hoc credere nos cogunt testes instructissimL Sit instar omnium Testis XII : « Dai predetti documenti e da quello che ho rilevato dalle suore di sopra nominate, posso deporre che la Serva di Dio fu un esemplare di osservanza dei precetti di Dio, della Chiesa e delle altre obbligazioni, che la riguardarono. Anche per la fedele osservanza della regola del suo Istituto e dei voti professati, la Serva di Dio è stata ben distinta ».

Sed ut singillatim de huius virtutis partibus alloquamur,, primum dicendum esset de Ioannae Antidae in Deum heroica iustitia ; verum quod ad hanc rem attinet, plura iam enarravimus, pluraque excussimus testimonia, quum superius de fide pertractatum est. Ad ea igitur vos PP. AA., eo quo decet obsequio, delegamus : attamen in memoriam vestram, spectatissimam Dei Famulae religionem redigere liceat, qua Ipsa Deum ac Deiparam Sanctosque indigetes colebat, diligentiam qua sorores in meritum eorum studium atque observantiam inducebat, cultum denique insignem quo solebat coelestes epulas concelebrare, verba III Testis usurpando : « Neil' attendere all' orazione ella distinguevasi per lo spirito di straordinario fervore, e soleva sempre esortare le sue suore al fervore e al raccoglimento nell'attendere all'orazione. Verso i misteri della passione di N. S. nutrì speciale devozione, e mi consta che

(1) **Sequitur processus beatificationis ven. Ioannae Touret, cuius initium est pag. 229.**

quando recitava con le suore la corona del Rosario soleva con grande fervore e penetrazione del suo spirito spiegare con appositi sermoncini ogni mistero, e distinguevasi specialmente in questo suo fervore e penetrazione allorché spiegava i misteri dolorosi ». Quibus etiam superaddendum id quod Testis I asseruit: « Nutriva pure grande divozione al nostro protettore S. Vincenzo de' Paoli, e nelle regole che essa scrisse impose a noi T obbligo di recitare dopo il refettorio una litania in cui sono invocati i Santi protettori del nostro Istituto, ciò che manifesta la speciale divozione che la stessa Serva di Dio aveva verso di essi ». Et Testis II: « Anche verso gli Angeli ed i Santi, specialmente verso coloro dei quali parlano le nostre regole come S. Giuseppe, S. Giovanni, S. Gennaro, S. Luigi Gonzaga e S.Vincenzo de'Paoli, nutrì speciale devozione; e debbo deporre per quello che essa operò, che dello spirito di S. Vincenzo de'Paoli ella partecipò largamente». Testis denique XVII: « Pose il noviziato del nostro Istituto sotto la protezione di S. Giuseppe. Ne'suoi viaggi, specialmente durante il periodo della rivoluzione francese, ponevasi sotto la custodia e difesa del suo Angelo Custode. Anche speciale devozione nutrì verso S. Vincenzo de'Paoli, sotto la cui protezione fondò l'Istituto: Santo che soleva chiamare il padrone della casa dell' Istituto ».

De pietate in patriam nihil admodum proferam, cum nullus Testis Dei Ancillam nominatim Galliam adamasse dicat: astres quas Ipsa in vitae perpetuitate gessit, et praesertim Institutum sororum a Caritate in natale solum flagrantissimam huius Virginis caritatem demonstrant. Verum si illam Philosophi sententiam existimandam putamus: *Unicuique patria sua carior est, dum supra omnia salvam fore quaerit* (Cass. epist. 39), heroidi nostrae procul dubio carissima Gallia fuit, cuius ad utilitatem ac bonum totam impendit vitam, cuique tam insignem congregationem testamento reliquit: quinimo hoc maximum beneficiorum non iniuria dici potest; congregatio enim sororum a Caritate, a Ioanna Antida Touret auxilium egenis afferre cognovit, vel stipem pauperibus erogando, vel iuvando aegrotantes, vel, quod caput est, pueros atque puellas, ineruditos maleque moratos litterarum rudimenta et bonos mores ita edocendo, ut quandoque optimi cives ac bene de patria meriti fieri possent.

Pari sollicitudine familiae quoque prospexit, maximam de rebus domesticis curam suscipiens, quantum ex unanimi testium

professione intelligere possumus, postquam, puella adhuc, amantissime genitricis amore orbata fuit. Sat est ad rem XXXII Testis verba proferre: « In riguardo alla sua casa paterna, essa specialmente quando alla sua età di 16 anni perdette la madre, usò ogni cura ».

Fertur etiam in historia, quam de Ioanna nostra prodidit sacerdos Henricus Calhiat, praeclarissima haec foemina, congregatione Fliarum a Caritate abrogata, in patriam redasse ibique Ioachimi fratris, qui perduellium societatem coiverat, caritate permota, eum ad bonam frugem reducere, licet frustra, enixa fuisse.

De obedientia atque observantia hic tantum nobis dicendum esse videtur Dei Ancillam, iis qui potestate, qui dignitate, qui honore praecedunt, semper paruisse, prae primis autem eos coluisse, qui vel religioni vel reipublicae praeerant, longe ante alios Romanum Pontificem, dein Episcopos et sacerdotes, populorum demum rectores, optimates ac proceres civitatis, quorum iussa semper et ubique facessit, salva tamen debita Ecclesiae fide, quam ut integram et inviolatam teneret vexationibus persaepe ac minis libentissimo animo occurrit. Tum vero res, quas Dei Famula obedientia gessit, speciatim proferemus, cum votorum observantiam commentabimur.

Quod autem spectat heroicarn in proximos iustitiam, plura ex acie confertissima testium collegimus, quorum alii comitatem Dei Ancillae humanitatemque collaudant, alii vero foeminae huic neminem umquam obtrectavisse mirantur; hic eius erga aemulos patientiam, ille mercedem laboris haud deduxisse operariis commendat: in tanta igitur laudatorum turba rauce haec oratio resonat inconcinna, quamobrem, ne actio causae debilitetur, liceat nobis illorum verba usurpare atque producere. A Teste igitur II exordiamur: «Per la giustizia verso gli altri, ait iste, depongo che ella fu di una giustizia esemplare e rigorosa. Spesso la S. d. D. era angustiata nel non ricordare da chi avesse ricevuto determinati aiuti temporali e per delicatezza di spirito temeva non rispondesse l'impiego di que'mezzi allo scopo prefisso dagli oblatori ». Et Testis III ait: « Per la giustizia verso gli altri posso deporre per quello che in parte consta a me stessa, e per quello che ho attinto dalla succennata tradizione, che la Serva di Dio fu sempre sollecita di retribuire convenientemente il lavoro degli artisti, delle cui opere si valeva, come

pure depongo non avere mai inteso che la S. d- D. abbia mai detratto all' altrui reputazione e abbia mai detto parola che accennasse a critica o mormorazione qualsiasi »; quod etiam XVII Testis confirmât: « Per la giustizia verso gli altri depongo, com'è un notorio fra noi, che la S. d. D. aveva i suoi registri nei quali con grande accuratezza scriveva tutto quello che rifletteva su le opere a lei prestate e che soleva sempre retribuire con precisione e fedeltà. Dall' insieme delle lettere della S. d. D. che in parte ho letto, ho compreso, che essa fu assai misurata e circospetta in quanto riguarda la stima e la fama altrui ». Audiamus etiam Testem XII: « Per la giustizia verso gli altri è un notorio, che ella non fece mai un lamento per i mali che soffri, sopratutto da parte dei rivoluzionarii, e da parte di coloro che promossero lo scisma delle case del suo Istituto, dopo che furono le regole approvate dalla S. Sede, colle modificazioni che io ho dichiarato di sopra, ed in tutto fu profondamente rassegnata al divino volere ».

Ad virtutem iustitiae pertinet etiam officia ac munera explere, tum quae ius naturale omnes homines docuit, tum quae divina atque ecclesiastica praecepta iubent, tum demum quae unicuique sua conditio, status atque attributiones praecipiunt. In his itaque mire inclaruit Ioanna Antida nostra, quae a tenera aetate ad mortem, nil sibi obiiciendum reliquit. Igitur, ne longus sim, nonnulla colligamus ex his quae testes universi asseverant. En, exempli causa, verba X Testis, quae omnem breviter iustitiam huiusmodi complectuntur: « Da quello che ho inteso dalle surriferite persone, so che la Serva di Dio fu un esemplare di perfetta osservanza de'precetti di Dio e della Chiesa, dei voti professati e di quanto la riguardò ». Eadem clarius enuntiat Testis XVII: « La Serva di Dio, secondo ho accennato di sopra, fu la Madre generale del suo Istituto, vita sua durante, e secondo ho rilevato dalla costante tradizione ella ebbe tutte le doti di santa superiora, distinguendosi per esimia prudenza, carità e per esemplare osservanza che promosse sopratutto col suo esempio, per modo che essa fu assai amata dalle sue suddite ». Ita unanimiter ceteri testes consentiunt: quare heroicam Dei Famulae iustitiam satis comprobatam censentes, vestro iudicio PP. AA. causam iudicandam permittimus.

DE HEROICA FORTITUDINE.

Nemo profecto est, qui praeclaras Ioannae Antidae res gestas huc usque editas attente perpenderit, vel huius causae volumen tantummodo evolverit, cuius in cogitationem caderit eam fortitudine destitutam fuisse: heroica enim haec virtus, una simul cum caritate, in omni vita ac moribus illius, ita refulget, ut ex his tantum digna videretur, quae ad coelestium promoveatur honores. Verum quid aliud fortitudo est, nisi animi vis, quae in aperto et propatulo profertur, *quando,* iuxta D. Ambrosii sententiam, *unusquisque se ipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, non adversis perturbatur, non extollitur secundis?* (De Officiis c. 36). Mirabile dictum, in quo doctor~amplissimus speciem inclusit huius heroidis nostrae, quae nativam sexus imbecillitatem mascularum virtutum usu atque exercitio mirifice corrobora vit! Adest Testis II, quae veridico sermone sic rem adumbrat: «Ammirabile altresì si fu la fortezza nella S. d. D., giacché, secondo ci ha rivelato la costante tradizione, essa fu ferma ed irremovibile nell'adempimento fedele de'suoi cristiani doveri, dai quali non declinò giammai malgrado le persecuzioni e i mali trattamenti che dai rivoluzionarii ebbe a soffrire, non escluso lo stesso pericolo della vita; ed è un notorio nel nostro Istituto, che ella non curò la sua vita allorché sì trattò di fare quello che tendeva alla maggior gloria di Dìo ed il bene altrui. Nel quale esercizio di virtù cristiane, secondo insegna la surriferita tradizione, la S. d. D perseverò costantemente fino alla morte ». Sed explanatius et distinctius res perpendenda est.

Primum nullis illecebris Dei Famula debilitata est, quae nec parentis, nec fratrum precibus cessit, neque voluptatibus affecta est, quinimo persaepe summa fide affirmavit se divinam vocationem omni pacto assecuturam fore. Ita Testis II : « Il padre da sua parte, come altri parenti, ostacolarono la volontà della S. d. D. volendo specialmente il padre farla passare a marito, ma la Serva di Dio fu ferma nella sua risoluzione, solendo rispondere che neppure con un re essa si sarebbe indotta a maritarsi». Quod etiam XXIX Testis confirmat: « La stessa tradizione afferma che la Serva di Dio essendo già Figlia della

carità soffrì molte tentazioni che l'invitavano allo stato mondano, ma essa fu ferma neh'intrapresa carriera ».

Ast duram ac difficilem et asperam sibi elegerat viam! Nam paullulum temporis aberat postquam in congregatione Filiarum a Caritate se Deo voverat atque dicaverat, quum aestus populorum exarsit, unde atrox ac immitis vexatio contra regem, contra optimates, contra Catholicam Ecclesiam exorta est, flagitiis, rapinis, necibus feta. Fortiter impetum hostium Dei Famula excepit, quasi turris alta manens, aquilone insurgente, eamque non minae, non vulnera, non vitae discrimen perturbarunt;, neque ab incoepto deterruerunt. Huius heroicae fortitudinis argumentum a II teste accipite : « Rifulse sopra tutto la sua fortezza cristiana nelP essersi sempre rifiutata di dare il giuramento della costituzione civile del clero, giuramento che le fu ripetutamente imposto, e che la S. d. D. non volle affatto prestare, contenta di soffrire ogni male per serbarsi fedele a Dio e alla Chiesa. Con eguale costanza e fermezza la S. d. D. non volle giammai riconoscere quei Preti, che in allora aderirona alla costituzione del clero e si resero scismatici, nè mai volle assistere alla loro messa e in qualsiasi modo partecipare con essi». Quid plura? sacerdotibus exagitatis opem auxiliumque ferebat, quamvis sciret se maximum obire periculum si quis flagitiosorum hominum invidia, aut odio pia secreta primoribus reseraret, vel etiam inscius bonoque animo delatoribus, persaepe bonorum virorum personam susscipientes, imprudenter proderet: « Non per tanto, ait Testis XII, la Serva di Dio fu ferma neh' adempimento de' suoi doveri e fedelissima alla sua vocazione e senza farsi imporre da qualsiasi pericolo riceveva in casa sua i preti perseguitati, ne convertì uno scismatico e secretamente continuò le sue visite ai poveri ». Addite quoque, si Iubet, Testem XIII: « Mi aggiunse la detta Suora che la S. d. D. Thouret aveva cercato di far convertire un prete infermo il quale aveva dato il giuramento in allora imposto, e che sotto le sue vesti soleva portare nascosti gli arredi sacri per far celebrare la messa ai preti cattolici che vivevano nascosti perchè perseguitati ».

(sequitur)

EPISTOLA ENCYCLICA Sanctissimi Domini Nostri Leonis divina providentia Papae XIII de democratia christiana.

Graves de communi re oeconomica disceptationes, quae non una in gente iam dudum animorum labefactant concordiam, crebrescunt in dies calentque adeo, ut consilia ipsa hominum prudentiorum suspensa merito habeant et sollicita. Eas opinionum fallaciae, in genere philosophandi agendique late diffusae, invexere primum. Tum nova, quae tulit aetas, artibus adiumenta, commeatuum celeritas et adscita minuendae operae lucrisque augendis omne genus organa, contentionem acuerunt. Denique, locupletes inter ac proletarios, malis turbulentorum hominum studiis, concitato dissidio, eo res iam est deducta, ut civitates saepius agitatae motibus, magnis etiam videantur calamitatibus funestandae.

Nos quidem, pontificatu vix inito, probe animadvertimus quid civilis societas ex eo capite periclitaretur; officiique esse duximus catholicos monere palam, quantus in socialismi placitis lateret error, quantaque immineret inde pernicies, non externis vitae bonis tantummodo, sed morum etiam probitati religiosaeque rei. Huc spectarunt litterae encyclicae *Quod Apostolici muneris,* quas dedimus die 28 decembris anno 1878. — Verum, periculis iis ingravescentibus maiore quotidie cum damno privatim publice, iterum Nos eoque enixius ad providendum contendimus. Datisque similiter litteris *Rerum novarum,* die 15 maii anno 1891, de iuribus et officiis fuse diximus, quibus geminas civium classes, eorum qui rem et eorum qui operam conferunt, congruere inter se oporteret; simulque remedia ex evangelicis praescriptis monstravimus, quae ad tuendam iustitiae et religionis causam, et ad dimicationem omnem inter civitatis ordines dirimendam visa sunt in primis utilia.

Nec vero Nostra, Deo dante, irrita cessit fiducia. Siquidem vel ipsi qui a catholicis dissident, veritatis vi commoti, hoc tribuendum Ecclesiae professi sunt, quod ad omnes civitatis gradus se porrigat providentem, atque ad illos praecipue qui misera in fortuna versantur. Satisque uberes ex documentis Nostris catholici percepere fructus. Nam inde non incitamenta solum viresque hauserunt ad coepta optima persequenda; sed

lucem etiam mutuati sunt optatam, cuius beneficio huiusmodi disciplinae studia tutius ii quidem ac felicius insistèrent. Hinc factum ut opinionum inter eos dissensiones, partim submotae sint, partim mollitae interquieverini In actione vero, id consecutum est ut ad curandas proletariorum rationes, quibus praesertim locis magis erant afflictae, non pauca sint constanti proposito vel nove inducta vel aucta utiliter; cuiusmodi sunt: ea ignaris oblata auxilia, quae vocant secretariatus populi; mensae ad ruricularum mutuationes; consociationes, aliae ad suppetias mutuo ferendas, aliae ad necessitates ob infortunia levandas; opificum sodalitia; alia id genus et societatum et operum adiumenta.

Sic igitur, Ecclesiae auspiciis, quaedam inter catholicos tum coniunctio actionis tum institutorum providentia inita est in praesidium plebis tam saepe non minus insidiis et periculis quam inopia et laboribus circumveniat Quae popularis beneficentiae ratio nulla quidem propria appellatione initio distingui consuevit : *socialismi christiani* nomen a nonnullis invectum et derivata ab eo haud immerito absolverunt. Eam deinde pluribus iure nominare placuit *actionem christianam popularem.* Est etiam ubi, qui tali rei dant operam, *sociales christiani* vocantur: alibi vero ipsa vocatur *democratia christiana,* ac *democratici christiani* qui eidem dediti; contra eam quam socialistae contendunt *democratiam socialem.* — Iamvero e binis rei significandae modis postremo loco allatis, si non adeo primus, *sociales christiani,* alter certe, *democratia christiana* apud bonos plures offensionem habet, quippe cui ambiguum quiddam et periculosum adhaerescere existiment. Ab hac enim appellatione metuunt, plus una de causa: videlicet, ne quo obtecto studio popularis civitas foveatur, vel ceteris politicis formis praeoptetur; ne ad plebis commoda, ceteris tamquam semotis rei publicae ordinibus, christianae religionis virtus coangustari videatur : ne denique sub fucato nomine quoddam lateat propositum legitimi cuiusvis imperii, civilis, sacri, detrectandi. — Qua de re quum vulgo iam nimis et nonnunquam acriter disceptetur, monet conscientia officii ut controversiae modum imponamus, definientes quidnam sit a catholicis in hac re sentiendum : praeterea quaedam praescribere consilium est, quo amplior fiat ipsorum actio, multoque salubrior civitati eveniat.

Quid *demoeratta socialis* velit, quid velle *christianam* oporteat, incertum plane esse nequit. Altera enim, plus minusve intemperanter eam libeat profiteri, usque eo pravitatis a multis compellitur, nihil ut quidquam supra humana reputet; corporis bona atque externa consectetur, in eisque captandis fruendis hominis beatitatem constituant. Hinc imperium penes plebem in civitate velint esse, ut, sublatis ordinum gradibus aequatisque civibus, ad bonorum etiam inter eos aequalitatem sit gressus: hinc ius dominii delendum; et quidquid fortunarum est singulis, ipsaque instrumenta vitae, communia habenda. At vero democratia christiana, eo nimirum quod christiana dicitur, suo veluti fundamento, positis a divina fide principiis niti debet, intimorum sic prospiciens utilitatibus, ut animos ad sempiterna factos convenienter perficiat. Proinde nihil sit illi iustitia Sanctius; ius potiundi possidendi iubeat esse integrum ; dispares tueatur ordines, sane proprios bene constitutae; civitatis eam demum humano convictui velit formam atque indolem esse, qualem Deus auctor indidit. Liquet igitur *democratiae socialis* et *christianae* communionem esse nullam : eae nempe inter se differunt tantum, quantum socialismi secta et professio christianae legis.

Nefas autem sit christianae democratiae appellationem ad politica detorqueri. Quamquam enim *democratia,* ex ipsa notatione nominis usuque philosophorum, regimen indicat populare; attamen in re praesenti sic usurpanda est, ut, omni politica notione detracta, aliud nihil significatum praeferat, nisi hanc ipsam beneficam in populum actionem christianam. Nam naturae et evangelii praecepta quia suopte iure humanos casus excedunt ea necesse est ex nullo civilis regiminis modo pendere; sed convenire cum quovis posse, modo ne honestati et iustitiae repugnet. Sunt ipsa igitur manenlque a partium studiis variisque eventibus plane aliena: ut in qualibet demum rei publicae constitutione, possint cives ac debeant iisdem stare praeceptis, quibus iubentur Deum super omnia, proximos sicut se diligere. Haec perpetua Ecclesiae disciplina fuit; hac usi romani Pontifices cum civitatibus egere semper, quocumque illae administrationis genere tenerentur. Quae quum sint ita, catholicorum mens atque actio, quae bono proletariorum promovendo studet, eo profecto spectare nequaquam potest, ut aliud prae alio regimen civitatis adamet atque invehat.

Non dissimili modo a democratia christiana removendum est alterum illud offensionis caput: quod nimirum in commodis inferiorum ordinum curas sic collocet, ut superiores praeterire videatur; quorum tamen non minor est usus ad conservationem perfectionemque civitatis. Praecavet id christiana, quam nuper diximus, caritatis lex. Haec ad omnes omnino cuiusvis gradus homines patet complectendos, utpote unius eiusdemque familiae, eodem benignissimo editos Patre et redemptus Servatore, eamdemque in hereditatem vocatos aeternam. Scilicet, quae est doctrina et admonitio Apostoli: *Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia et in omnibus nobis* (1). Quare propter nativam plebis cum ordinibus ceteris coniunctionem, eamque arctiorem ex christiana fraternitate, in eosdem certe influit quantacumque plebi adnotandae diligentia impenditur; eo vel magis quia ad exitum rei secundum plane decet ac necesse est ipsos in partem operae advocari, quod infra aperiemus.

Longe pariter absit, ut appellatione democratiae christianae propositum subdatur omnis abiiciendae obedientiae eosque aversandi qui legitime praesunt. Revereri eos qui pro suo quisque gradu in civitate praesunt, eisdemque iuste iubentibus obtemperare lex aeque naturalis et christiana praecipit. Quod quidem ut homine eodemque christiano sit dignum, ex animo et officio praestari oportet, scilicet *propter conscientiam,* quemadmodum ipse monuit Apostolus, quum illud edixit : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* (2). Abhorret autem a professione christianae vitae, ut quis nolit iis subesse et parere, qui cum potestate in Ecclesia antecedimi : Episcopis in primis, quos, integra Pontificis romani in universos auctoritate, *Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* (3). Iam qui secus sentiat aut faciat, is enimvero gravissimum eiusdem Apostoli praeceptum oblitus convincitur : *Obedite praepositis vestris, et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri* (4). Quae.

(1) Eph. IV, 4-6.
(2) Rom. XIII, 1, 5.
(3) Act. XX, 28.
(ti) Hebr. XIII, 17.

dicta permagni interest ut fideles universi alte sibi defigant in animis atque in omni vitae consuetudine perficere studeant: eademque sacrorum ministri diligentissime reputantes, non hortatione solum, sed maxime exemplo ceteris persuadere ne intermittant.

His igitur revocatis capitibus rerum, quas antehac per occasionem data opera illustravimus, speramus fore ut quaevis de christianae democratiae nomine dissensio, omnisque de re, eo nomine significata, suspicio periculi iam deponatur. Et iure quidem speramus. Etenim, iis missis quorumdam sententiis de huiusmodi democratiae christianae vi ac virtute, quae immoderatione aliqua vel errore non careant; certe nemo unus studium illud reprehendent, quod, secundum naturalem divinamque legem, eo unice pertineat, ut qui vitam manu et arte sustentant, tolerabiliorem in statum adducantur, habeantque sensim quo sibi ipsi prospiciant; domi atque palam officia virtutum et religionis libere expleant ; sentiant se non animantia sed homines, non ethnichos sed christianos esse; atque adeo ad *unum* illud *necessarium,* ad ultimum bonum, cui nati sumus, et facilius et studiosius nitantur. Iamvero hic finis, hoc opus eorum qui plebem christiano animo velint et opportune relevatam et a peste incolumem socialismi.

De officiis virtutum et religionis modo Nos mentionem consulto iniecimus. Quorumdam enim opinio est, quae in vulgus manat, *quaestionem socialem,* quam aiunt, *oeconomicam* esse tantummodo: quum contra verissimum sit, eam moralem in primis et religiosam esse, ob eamdemque rem ex lege morum potissime et religionis iudicio dirimendam. Esto namque ut operam locantibus geminetur merces; esto ut contrahatur operi tempus; etiam annonae sit vilitas: atqui, si mercenarius eas audiat doctrinas, ut assolet, eisque utatur exemplis, quae ad exuendam Numinis reverentiam adiciant depravandosque mores, eius etiam labores ac rem necesse est dilabi. Periclitatione atque usu perspectum est, opifices plerosque anguste misereque vivere, qui, quamvis operam habeant breviorem spatio et huberiorem mercede, corruptis tamen moribus nullaque religionis disciplina vivunt. Derne animis sensus, quos inserit et colit christiana sapientia; deme providentiam, modestiam, parsimoniam, patientiam ceterosque rectos naturae habitus : prosperitatem, etsi multum contendas, frustra persequare. Id plane

est causae, cur catholicos homines inire coetus ad meliora plebi paranda, aliaque similiter instituta invehere Nos nunquam hortati sumus, quin pariter moneremus, ut haec religione auspice fierent eaque adiutrice et comite.

Videtur autem propensae huic catholicorum in proletarios voluntati eo maior tribuenda laus, quod in eodem campo explicatur, in quo constanter feliciterque, benigno afflatu Ecclesiae, actuosa caritatis certavit industria, accommodate ad tempora. Cuius quidem mutuae caritatis lege, legem iustitiae quasi perficiente, non sua solum iubemur cuique tribuere ac iure suo agentes non prohibere; verum etiam gratifican invicem, *non verbo, neque lingua, sed opere et veritate* (1); memoresquae Christus peramanter ad suos habuit: *Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem, sicut clilexi vos ut et vos diligcdis invicem. In hoc eognoseent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (2). Tale gratificandi studium, quamquam esse primum oportet de animorum bono non caduco sollicitum, praetermittere tamen haudquaquam debet quae usui sunt et adiumento vitae. Qua in re illud est memoratu dignum, Christum, sciscitantibus Basptistae discipulis : *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* demandati sibi inter homines muneris arguisse causam ex hoc caritatis capite, Isaiae excitatà sententia: *Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur* (3). Idemque de supremo iudicio ac de praemiis poenisque decernendis eloquens, professus est se singulari quadam respecturum ratione, qualem homines caritatem alter alteri adhibuissent. In quo Christi sermone id quidem admiratione non vacat, quemadmodum ille, partibus misericordiae solantis animos tacite omissis, externae tantum commemorant officia, atque ea tamquam sibimetipsi impensa : *Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; infirmus^ et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me* (4).

Ad haec documenta caritatis utraque ex parte, et animae et corporis bono, probandae, addidit Christus de se exempla,.

(1) I loann. III, 18.
(2) loann. XIII, 34-35.
(5) Matth. XI, 5.
(4) Ib. XXV, 55-36.

ut nemo ignorat, quam maxime insignia. In re praesenti sane suavissima est ad recolendum vox ea paterno corde emissa: *Misereor super turbam* (1), et par voluntas ope vel mirifica subveniendi: cuius miserationis praeconium extat: *Pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo* (2). — Traditam ab eo caritatis disciplinam Apostoli primum sancte naviterque coluerunt; post illos qui christianam fidem amplexi sunt, auctores fuerunt inveniendae variae institutorum copiae ad miserias hominum, quaecumque urgeant, allevandas. Quae instituta, continuis incrementis provecta, christiani nominis partaeque inde humanitatis propria ac praeclara sunt ornamenta: ut ea integri iudicii homines satis admirari non queant, maxime quod tam sit proclive ut in sua quisque feratur commoda, aliena posthabeat.

Neque de eo numero bene factorum excipienda est erogatio stipis, eleemosynae causa; ad quam illud pertinet Christi: *Quod superest, date eleemosynam* (3). Hanc scilicet socialistae carpunt atque e medio sublatam volunt, utpote ingenitae homini nobilitati iniuriosam. At enim si ad evangelii praescripta (4), et christiano ritu fiat, illa quidem neque erogantium superbiam alit, neque affert accipientibus verecundiam. Tantum vero abest ut homini sit indecora, ut potius foveat societatem coniunctionis humanae, officiorum inter homines fovendo necessitudinem. Nemo quippe hominum est adeo locuples, qui nullius indigeat, nemo est egenus adeo, ut non alteri possit qua re prodesse: est id innatum, ut opem inter se homines et fidenter poscant et ferant benevole. — Sic nempe iustitia et caritas inter se devinctae, aequo Christi mitique iure, humanae societatis compagem mire continent, ac membra singula ad proprium et commune bonum providenter adducunt.

Quod autem laboranti plebi non temporariis tantum subsidiis, sed constanti quadam institutorum ratione subveniatur; caritati pariter laudi vertendum est; certius enim firmiusque egentibus stabit. Eo amplius est in laude ponendum, velle eorum animos, qui exercent artes vel operas locant, sic ad parsimoniam providentiamque formari, ut ipsi sibi, decursu aeta-

(1) Marc. VIII, 2.
(2) Act. X, 38.
(3) Luc. XI, 41.
(4) Matth. VI, 2-4.

tis, saltem ex parte consulant. Tale propositum, non modo locupletimi in proletarios officium elevat, sed ipsos honestat proletarios; quos quidem dum excitat ad clementiorem sibi fortunam parandam, idem a periculis arcet et ab intemperantia coercet cupiditatum, idemque ad virtutis cultum invitat. Tantae igitur quum sit utilitatis ac tam congruentis temporibus, dignum certe est in quo caritas bonorum alacris et prudens contendat.

Maneat igitur, studium istud catholicorum solandae erigendaeque plebis plane congruere cum Ecclesiae ingenio et perpetuis eiusdem exemplis optime respondere. Ea vero quae ad id conducant, utrum *actionis christianae popularis* nomine appellentur, an *democratiae christianae,* parvi admodum refert; si quidem impertita a Nobis documenta, quo par est obsequio, integra custodiantur. At refert magnopere ut, in tanti momenti re, una eademque sit catholicorum hominum mens, una eademque voluntas atque actio. Nec refert minus ut actio ipsa, multiplicatis hominum rerumque praesidiis, augeatur, amplificetur. — Eorum praesertim advocanda est benigna opera, quibus et locus et census et ingenii animique cultura plus quiddam auctoritatis in civitate conciliant. Ista si desit opera, vix quidquam confici potest quod vere valeat ad quaesitas popularis vitae utilitates. Sane ad id eo certius breviusque patebit iter, quo impensius multiplex praestantiorum civium efficientia conspiret. Ipsi autem considerent velimus non esse sibi in integro, intimorum curare sortem an negligere; sed officio prorsus teneri. Nec enim suis quisque commodis tantum in civitate vivit, verum etiam communibus: ut, quod alii in summam communis boni conferre pro parte nequeant, largius conferant alii qui possint. Cuius quidem officii quantum sit pondus ipsa edocet acceptorum bonorum praestantia, quam consequatur necesse est restrictior ratio, summo reddenda largitori Deo. Id etiam monet maiorum lues, quae, remedio non tempestive adhibito, in omnium ordinum perniciem est aliquando eruptura: ut nimirum qui calamitosae plebis negligat causam, ipse sibi et civitati faciat improvide. — Quod si actio ista christiano more socialis late obtineat vigeatque sincera, nequaquam profecto fiet, ut cetera instituta, quae ex maiorum pietate ac providentia iam pridem extant et florent, vel exarescant vel novis institutis quasi absorpta deficiant. Haec enim atque illa, utpote quae eodem

consilio religionis et caritatis impulsa, neque re ipsa quidquam inter se pugnantia, commode quidem componi possunt et cohaerere tam apte, ut necessitatibus plebis periculisque quotidie gravioribus eo opportunius liceat, collatis benemerendi studiis, consulere. — Res nempe clamat, vehementer clamat, audentibus animis opus esse viribusque coniunctis; quum sane nimis ampla aerumnarum seges obversetur oculis, et perturbationum exitialium impendeant, maxime ab invalescente socialistarum vi, formidolosa discrimina. Callide illi in sinum invadunt civitatis: in occultorum conventuum tenebris ac palam in luce, qua voce qua scriptis, multitudinem seditione concitant; disciplina religionis abiecta, officia negligunt, nil nisi iura extollunt, ac turbas egentium quotidie frequentiores sollicitant, quae ob rerum angustias facilius deceptioni patent et ad errorem rapiuntur. — Aeque de civitate ae de religione agitur res; utramque in suo tueri honore sanctum esse bonis omnibus debet.

Quae voluntatum consensio ut optato consistat, ab omnibus praeterea abstinendum est contentionis causis quae offendant animos et disiungant. Proinde in ephemeridum scriptis et concionibus popularibus sileant quaedam subtiliores neque ullius fere utilitatis quaestiones, quae quum ad expediendum non faciles sunt, tum etiam ad intelligendum vim aptam ingenii et non vulgare studium exposcunt. Sane humanum est, haerere in multis dubios et diversos diversa sentire: eos tamen qui verum ex animo persequantur addecet, in disputatione adhuc ancipiti, aequanimitatem servare ac modestiam mutuamque observantiam; ne scilicet, dissidentibus opinionibus, voluntates item dissideant. Quidquid vero, in causis quae dubitationem non respuant, opinari quis malit, animum sic semper gerat, ut Sedi Apostolicae dicto audiens esse velit religiosissime.

Atque ista catholicorum actio, qualiscumque est, ampliore quidem cum efficacitate procedet, si consociationes eorum omnes, salvo suo cuiusque iure, una eademque primaria vi dirigente et movente processerint. Quas ipsis partes in Italia volumus praestet institutum illud, a Congressibus coetibusque catholicis, saepenumero a Nobis laudatum: cui et Decessor Noster et Nosmetipsi curam hanc demandavimus communis catholicorum actionis, auspicio et ductu sacrorum Antistitum, temperandae. Item porro fiat apud nationes ceteras, si quis usquam eiusmodi est praecipuus coetus, cui id negotii legitimo iure sit datum.

Iamvero in toto hoc rerum genere, quod cum Ecclesiae et plebis christianae rationibus omnino copulatur, apparet quid non elaborare debeant qui sacro munere fungantur, et quam varia doctrinae, prudentiae, caritatis industria id possint. Prodire in populum in eoque salutariter versari opportunum esse, prout res sunt ac tempora, non semel Nobis, homines e clero allocutis, visum est affirmare. Saepius autem per litteras ad Episcopos aliosve sacri ordinis viros, etiam proximis annis (1), datas, hanc ipsam amantem populi providentiam collaudavimus, propriamque esse diximus utriusque ordinis clericorum. Qui tamen in eius officiis explendis caute admodum prudenterque faciant, ad similitudinem hominum sanctorum. Franciscus ille pauper et humilis, ille calamitosorum pater Vincentius a Paulo, alii in omni Ecclesiae memoria complures, assiduas curas in populum sic temperare consueverunt, ut non plus aequo distenti neque immemores sui, contentione pari suum ipsi animum ad perfectionem virtutis omnis excolerent. — Unum hic libet paulo expressius subiicere, in quo non modo sacrorum administri, sed etiam quotquot sunt popularis causae, studiosi, optime de ipsa, nec difficili opera, mereantur. Nempe, si pariter studeant per opportunitatem haec praecipue in plebis anima fraterno alloquio inculcare. Quae sunt: a seditione, a seditiosis usquequaque caveant; aliena cuiusvis iura habeant inviolata; iustam dominis observantiam atque operam volentes exhibeant; domesticae vitae ne fastidiant consuetudinem multis modis frugiferam; religionem in primis colant, ab eaque in asperitàtibus vitae certum petant solatium. Quibus perficiendis propositis sane quanto sit adiumento vel Sanctae Familiae Nazarethanae praestantissimum revocare specimen et commendare praesidium, vel eorum proponere exempla quos ad virtutis fastigium tenuitas ipsa sortis eduxit, vel etiam spem alere praemii in potiore vita mansuri.

Postremo id rursus graviusque commonernus, ut quidquid consilii in eadem causa vel singuli vel consociati homines efficiendum suscipiant, meminerint Episcoporum auctoritati esse penitus obsequendum. Decipi se ne sinant vehernentiore quodam caritatis studio; quod quidem, si quam iacturam debitae

(1) Ad Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum, die XXV novem an. MDGCCLXXXYIII.

obtemperationis suadeat, sincerum non est, neque solidae utilitatis efficiens, neque gratum Deo. Eorum Deus delectatur animo qui, sententia sua postposita, Ecclesiae praesides sic plane ut ipsum audiunt iubentes: iis volens adest vel arduas molientibus res, coeptaque ad exitus optatos solet benignus perducere. — Ad haec accedant consentanea virtutis exempla, maxime quae christianum hominem probant osorem ignaviae et voluptatum, de rerum copia in alienas utilitates amice impertientem, ad aerumnas constantem, invictum. Ista quippe exempla vim habent magnam ad salutares spiritus in populo excitandos; vimque habent maiorem, quum praestantiorum civium vitam exornant.

Haec vos, Venerabiles Fratres, opportune ad hominum locorumque necessitates, pro prudentia et navitate vestra curetis hortamur; de iisdemque rebus consilia inter vos, de more congressi, communicetis. In eo autem vestrae evigilent curae atque auctoritas valeat, moderando, cohibendo, obsistendo, ut ne, ulla cuiusvis specie boni fovendi, sacrae disciplinae laxetur vigor, neu perturbetur ordinis ratio quem Christus Ecclesiae suae praefinivit. — Recta igitur et concordi et progrediente catholicorum omnium opera, eo pateat illustrius, tranquillitatem ordinis veramque prosperitatem in populis praecipue florere, moderatrice et fautrice Ecclesia; cuius est sanctissimum munus, sui quemque officii ex christianis praeceptis admonere, locupletes ac tenues fraterna caritate coniungere, erigere et roborare animos in cursu humanarum rerum adverso.

Praescripta et optata Nostra confirmet ea beati Pauli ad Romanos, plena apostolicae caritatis, hortatio: *Obsecro vos.... Reformamini in novitate sensus vestri.... Qui tribuit, in simplicitate ; qui praeest, in sollicitudine; qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhaerentes bono: Caritate fraternitatis invicem diligentes; honore invicem praevenientes: Sollicitudine non pigri: Spe gaudentes; in tribulatione patientes; orationi instantes: Necessitatibus sanctorum communicantes; hospitalitatem sectantes. Gaudere eum gaudentibus, fiere cum ftentibus : Idipsum invicem sentientes; Nulli malum pro malo reddentes : Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus* (1).

(1) XII, 1-17,

Quorum auspex bonorum accedat Apostolica benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, Clero ac populo vestro amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 18 ianuarii anno 1901, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

LEO PP. XIII

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

DE CONSISTORIO HABITO DIE 17 DECEMBRIS 1900.

ALLOCUTIO SS.mi 0. N. Leonis PP. XIII

Venerabiles Fratres,

Prope iam exegimus piacularis anni urbana solemnia : spatiumque praeteritum cogitatione respicientes, plane sentimus atque intelligimus quantum benignitati divinae huiusce rei caussa debeatur. Dei quippe munere beneficioque maternam Ecclesiae indulgentiam conceptasque spes satis prosperus consecutus est exitus. De pietate populari, cuius extitit in Urbe toto hoc tempore tam luculenta significatio tamque multiplex, utique liberet attingere oratione aliquid hoc die atque hoc loco, nisi vobismetipsis, Venerabiles Fratres, testibus ac spectatoribus esse licuisset. Aliud igitur malumus, hortari nimirum et rogare vos ut, iunctis caritate animis, contendere a Deo suppliciter Nobiscum una velitis, ut quod ille opus inchoavit, idem cumulate perficiat, ipsoque custode et adiutore fructus ii, quos sacer annus eduxit, ne fugaces labantur, sed mansuri consistant, atque in maiorem amplioremque ubertatem fauste pubescant. Hoc vult et studet Ecclesia : hoc est maximum Nostrorum in summa senectute votorum.

Nunc vero pars sacrae celebritatis extrema postulat, ut Portae Basilicarum accepto a maioribus ritu obstruantur. Id Nos quidem ad continentem aedem Vaticanam exemplo decessorum Nostrorum perfecturi Deo opitulante sumus pridie na-

talis Domini. Qaoniamque peragi eodem die caeremonia eadem ad reliquas Patriarchales Basilicas per S. R. E. Cardinales consuevit, idcirco eligimus et nominamus Legatos Nostros a latere Venerabiles Fratres Nostros Lucidum Mariam S. R. E. Cardinalem Parocchi, Episcopum Portuensem et Sanctae Rufinae, qui Portam Sanctam Basilicae Sancti Pauli Apostoli Nostro nomine claudat: item Franciscum titulo Sanctae Mariae *in Arameli* S. R. E. Presbyterum Cardinalem Satolli, Basilicae Lateranensis Archipresbyterum, qui portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat: tum Vincentium S. R. E. Cardinalem Vannutelli Episcopum Praenestinum, Basilicae Liberianae Archipresbyterum, qui Portam Sanctam eiusdem Basilicae Nostro nomine claudat. In nomine Patris, et Filii v£, et Spiritus Sancti. Amen.

Iucunda ista quidem et ad solatium apta: verumtamen plura aliunde ingrata premunt ac tristia. Maximam sollicitudinum caussam nostis intestinam esse atque insidere domi. Qui enim possumus non solliciti esse, non angi in hoc rei italicae publicae cum Ecclesia dissidio? Si multa dudum incumbunt perpessu gravia, graviora etiam quotidie pertimescimus ab hostilibus animis, ab infestis legibus. Illud vero in primis calamitosum, quod, quae vis Pontificem exuit principatu iusto ac legitimo, et cum libertate sacri muneris eius coniuncto, eadem, continenter urgens, tenere pergit alienae obnoxium potestati alienoque arbitrio. Huius in Nobis acerbitatis sensum ea res renovavit, quae paulo ante in administratione rerum italicarum gerebatur, cum scilicet in alium ex alio transmissum vidimus imperium Urbis, perinde ac sit iure quaesitum, quod est iniuria partum. His igitur circumfusi incommodis tam gravibus, officiique conscientia permoti, continuationem querimur iniuriae: salvum et incolume Sedis Apostolicae ius esse volumus: illudque nec productione temporis, nec possessorum successione, intercidere aut minui ullo modo posse, testamur.

Alio hinc cogitatione curaque pro munere Nostro conversa, referendum ad vos hoc ipso die censemus de Antistite Ecclesiae Babylonensis Chaldaeorum sanciendo. Cum venerabilis frater Georgius Ebed-Jesu Khayyath postremus eius Ecclesiae Patriarcha mense Novembri superioris anni naturae cessisset, Archiepiscopi et Episcopi chaldaici ritus in Synodum legitimo iure congregati in templum S. Meskintae civitatis Mausiliensis

princeps, venerabilem fratrem Iosephum Emmanuelem Thomas, Episcopum Seerthensem, in locum demortui suffragiis de more latis subroga vere. De re tota litteras dederunt ad Nos Episcopi suffragatores : itemque dedit Patriarcha electus, adiecta fidei catholicae suique in Romanam Apostolicam Ecclesiam obsequii professione. Quibus eisdem litteris cum is, tum illi postulant ut electionem confirmare, sacrique Pallii honorem electo decernere auctoritate apostolica velimus.

Iamvero venerabilis fratris Iosephi Emmanuelis Thomas virtus multiplex in muneribus eluxit ad hanc usque diem integre gestis, praesertim vero in episcopatu Seerthensi, quem non paucos annos naviter ac prudenter administra vit. Ratio igitur erat cur confideremus, altiore in gradu positum de Ecclesia posse ac de communi animorum salute magis etiam, quam antea, mereri. Quamobrem ad Sacrum Consilium Nostrum fidei christianae propagandae, negotiis Orientalium Ecclesiarum praepositum, caussam reiecimus, deque ipsius sacri Consilii sententia Venerabilem Fratrem supra dictum in Patriarcham Babylonensem Chaldaeorum confirmandum, eique Pallium de beati Petri corpore sumptum hodie concedendum censuimus. Itaque auctoritate omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra confirmamus et approbamus electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus chaldaici ritus factam de persona Venerabilis Fratris Iosephi Emmanuelis Thomas, eum praeficientes in Patriarcham et Pastorem Ecclesiae Babylonensis Chaldaeorum, prout in decreto et schedula Consistorialibus exprimetur: contrariis quibuscumque non obstantibus. In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

LEO PP. XIII.

Sanctissimus Pater, praemissa relata allocutione, proposuit sequentes Ecclesias:

***Tiiiclarem Ecclesiam Episcopalem Caesareae Philippi seu Paneadis* sub Archiepiscopo Tyrio, vacan, per promotionem R. P. D. Cyrilli Macaire ad Patriarchalem Ecclesiam Alexandrinam Coptorum, favore R. D. Iuliani Cabras, Presbyteri archidioeceseos Turritanae, qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem R. P. D. Didaci Marongiu, Archiepiscopi Turritani.**

***Metropolitanam Ecclesiam Mutinen.* cum ei in Commendami adnexa in perpetuum Abbatia S. Silvestri Nonantulae, nullius dioecesis, vacan, per obitum**

bo. me. Caroli Borgognoni, ultimi illarum Archiepiscopi et Abbatis Commendatam extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Natalis Bruni, Presbyteri Placentinae dioeceseos. Qui ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo *Nociveglia* nuncupato Placentinae dioeceseos progenitus et in quadragesimo quarto aetatis suae anno constitutus, Romae inter alumnos Collegii SS. Ambrosii et Caroli cooptatus, ac doctorali laurea in sacra theologia dudum donatus est.

Metropolitanam Ecclesiam Bonearensem seu de Buenos Aires in Republica Argentina vacat, per obitum bo. me. Uladislai Castellano, ultimi Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Mariani Antonii Espinosa, Episcopi de Plata.

Cathedralem Ecclesiam Damanensem. cui adnexus est titulus Archiepiscopalis Cranganorensis, vacat, per obitum bo. me. Antonii Petri da Costa, ultimi illius Antistitis extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Sebastiani Iosephi Pereira, Episcopi titularis Epiphaniensis, ad presentationem Serenissimi Caroli I, Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissime

Ecclesiam titularem Episcopalem Colossen. sub Archiepiscopo Laodiceno, vacan, per translationem R. P. D Antonii Mariae Grasselli ad unitas Sedes Cathedrales Viterbiensem ac Tuscanensem, favore 11. D. Henrici Marx, Presbyteri dioeceseos Vratislaviensis. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem Emi Kopp, Episcopi Vratislaviensis.

Cathedralem Ecclesiam Paderbornen. vacat, per promotionem R. P. D. Theophili Huberti Simar ad Metropolitanam Sedem Coloniensem, favore R. P. D. Guilelmi Schneider, Presbyteri dioeceseos Paderbornensis, a RR. DD. Canonicis et Capitulo Paderbornensibus iuxta Apostolicas Litteras « *De salute animarum* » electi seu postulati.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Arethusin. sub Archiepiscopo Apameno, vacan, per obitum bo. me. Hyacinthi Nicolai, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Antonii Iosephi Gomes Cardoso, Presbyteri archidioeceseos Bracharensis.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Theodosiopolitan. vacan, per obitum bo. me. Iosephi Sembratowicz, ultimi illius Archiepiscopi apud romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Petri Maglione, Episcopi Caputaquensis et Vallensis.

Cathedralem Ecclesiam Caputaquen. et Vallen, vacan, per promotionem R. P. D. Petri Maglione ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Theodosiopolitanam, favore R. D. Pauli Iacuzio, Presbyteri archidioceseos Salernitanae.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Sareptan. sub Archiepiscopo Tyrio, vacan, per obitum bo. me. Pauli Palasthy, ultimi illius Episcopi, extra roma^nam curiam defuncti, favore R. D. Philippi Genovese, Presbyteri dioeceseos Cavensis.

Ecclesiam de Piata in Republica Argentina, Americae Meridionalis, vacat, per promotionem R. P. D. Mariani Antonii Espinosa ad Metropolitanam Sedem Bonaerensem, favore R. P. D. Ioannis Nepomuceni Terrero, Episcopi titularis Delcensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Nyssenam, sub Archiepiscopo Caesarien., vacat, per successionem R. P. D. Bartholomaei Bacilieri ad Sedem Cathedralem Veronensem, favore R. D. Francisci Giacci, presbyteri dioeceseos Tu-

sculanae. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem Emi ac Rmi Domini Seraphini S. R. E. Card. Vannutelli, Episcopi Tusculani.

Metropolitanam Ecclesiam Calaritan. vacan, per obitum bo. me. Pauli Iosephi Mariae Serci Serra, ultimi illius Archipraesulis, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Petri Balestra ex Ordine Minorum Conventualium, Episcopi Aquensis.

Cathedralem Ecclesiam Mazarien. vacat, per obitum bo. me. Antonini Mariae Saeli, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Caietani Quattrocchi, Episcopi titularis Europensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Eirenopolitan. sub Archiepiscopo Seleuciensi, vacan, per obitum bo. me. Aloisii Matera, ultimi illius Episcopi apud romanam curiam defuncti, favore R. D. Anatolii Nowak, Presbyteri dioeceseos Cracoviensis. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem R. P. D. Ioannis Kniaz de Kozielsko Puzyna, Principis Episcopi Cracoviensis.

Metropolitanam Ecclesiam Mechoacanen. in Republica Mexicana, vacat, per obitum bo. me. Ignatii Arciga, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Athenogenis Silva, Antistitis Colimensis.

Ecclesiam Cathedralem Campecorensem in Republica Mexicana, vacat, per translationem R. P. D. Francisci Planearte ad Sedem Cathedralem Cuernavacensem, favore R. D. Romuli Betancourt, Presbyteri archidioeceseos Mechoacanensis.

Cathedralem Ecclesiam Iucatanen. seu Emeriten. in Republica Mexicana,, vacat, per translationem R. P. D. Iosephi Alva ad Sedem Cathedralem de Zacatecas, favore R. D. Martini Tritschler et Cordova, Presbyteri dioeceseos Tlascalen.

Cathedralem Ecclesiam Ariminen. vacan, per promotionem R. P. D. Dominici Fegatelli ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Scythopolitanam, favore R. D. Vincentii Scozzoli, Presbyteri dioeceseos Foroliviensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Samosaten. sub Archiepiscopo Hieropolitano. vacan, per obitum bo. me. Gerardi Soubrier, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi Medardi Kohl, Presbyteri dioeceseos Sabariensis. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem Emi ac Rmi Domini Claudii S. R. E. SS. Silvestri et Martini in montibus Presb. Card. Vaszary, Archiepiscopi Strigoniensis.

Metropolitanam Ecclesiam Leopolien. latini ritus, vacan, per obitum bo. me. Severini Morawski, ultimi illius Archipraesulis extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi Bilczewski, Presbyteri dioeceseos Cracoviensis.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Scythopolitan. vacan, per obitum bo. me. Mariani Gavasci, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Dominici Fegatelli, Episcopi Ariminensis.

Cathedralem Ecclesiam Liburnen, vacan, per obitum bo. me. Iulii Matteoli, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Sabbatini Giani, Presbyteri dioeceseos S. Miniati.

Metropolitanam Ecclesiam Leopolien. ritus graeco-rutheni cum ei adnexo titulo Archiepiscopalis Ecclesiae Halicien. vacan, per obitum bo. me. Iuliani Kuilowski, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Andreae Szeptycki, Ordinis S. Basilii Magni, Episcopi Stanislaopolitani, eiusdem ritus graeco-rutheni.

Cathedrales Ecclesias Aquinaten., Soran. ac Pontis Curvi invicem perpetuo canonice unitas, vacan.'per obitum bo. me. Luciani Bucci, ultimi illarum Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Antonii Iannotta, Presbyteri dioeceseos S. Agathae Gothorum.

Cathedralem Ecclesiam Leonen, in Republica Mexicana, vacat, per promotionem R. P. D. Iacobi Garza Zambrano ad Metropolitanam Sedem Linarensem, favore R. D. Leopoldi Ruiz, Presbyteri archidioeceseos Mexicanae.

Metropolitanam Ecclesiam Salisburgen. vacan, per obitum clar. me. Ioannis S. R. E. dum viveret Presbyteri Cardinalis Haller, ultimi Archipraesulis, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Ioannis Katschthaler, Episcopi titularis Cybistrensis, a RR. DD. Capitulo et Canonicis Salisburgensibus in Archiepiscopum electi seu postulati.

Cathedralem Ecclesiam Premislien. latini ritus, vacan, per obitum bo. me. Lucae Solecki, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Sebastiani Pelczar, Episcopi titularis Milepolitani.

Patriarchalem Ecclesiam Babylonen. Chaldaeorum vacan, per obitum bo. me. Georgii Ebed-Iesu Kheyyath, ultimi illius Patriarchae, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Emmanuelis Thomas, Episcopi Sertensis Chaldaeorum, a RR. PP. DD. Episcopis Catholicis, eiusdem ritus in cathedrali ecclesia S. Meskintae, urbis Mausiliensis rite congregatis, electi seu postulati.

EX SECRETARIA BREVIUM

BREVE, quo indulgentia centum dierum conceditur, quolibet die lucranda, recitantibus submissam orationem pro conversione hebraeorum et turcarum.

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quum, sicuti Nobis relatum est, a quodam Sacerdote Congregationis Clericorum Discalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Iesu Christi pia oratio Sacratissimis Iesu Mariae Cordibus pro conversione Hebraeorum et Turcarum scripta sit, et admotae cum sint preces Nobis ut eandem orationem, cuius exemplar in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari iussimus et cuius prima vocabula « *O amantissimo ed amabilissimo Cuore di Gesù»* postrema vero sunt « ne' *secoli de' secoli* », indulgentiis ditare velimus: Nos, ut populus christianus salutem proximorum suorum a Deo exoret, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui corde saltem contriti supradictam precem quocumque idio-

mate, dummodo versio sit fidelis, recitaverint, quolibet die centum tantum dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas poenitentiarum relaxationes etiam animabus Fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus perpetuo valituris, servato tamen tenore nuperrimae Constitutionis Nostrae de suspensione Indulgentiarum proximo anno Iubilaei. Praecipimus autem ut praesentes nullae sint, nisi earum exemplar exhibeatur Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae : atque praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 18 decembris 1899, Pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

Pro Dno CARD. MACCHI

NICOLAUS MARINI, *Substitutus.*

L. * S.

Praesens exemplar exhibitum fuit S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 11 ianuarii 1900.

IOSEPHUS M. Can. COSELLI, *Substitutus.*

PREGHIERA

ai Sacri Cuori di Gesù e di Maria per la conversione degli ebrei e dei turchi.

O amantissimo e amabilissimo Cuore di Gesù, prostrati innanzi a Voi, ardentemente vi supplichiamo di spandere nella Chiesa e nel mondo quei fiumi di acqua viva che da Voi scaturiscono come da fonte inesausta per salire alla vita eterna. O Gesù, Figlio di David e Figlio di Dio vivo, abbiate compassione di noi figli del Vostro Cuore trafitto ! Deh! non ci togliete, come pure meriteremmo per le nostre colpe e ingratitudini, il dono della Vostra Santissima Fede; non vi nascondete ai no-

•stri occhi Voi, che siete la vera nostra luce e l'unica nostra speranza, ma rimanete con noi, o Signore, mentre più si addensano le tenebre degli errori, e riempiteci di quel fuoco di carità che siete venuto a portar sulla terra e volete che si accenda nel cuore di tutti gli uomini.

O Gesù, sacrificato per noi sull'Altare della Croce, tirateci a Voi, e con noi tirate pure gli Ebrei ed i Turchi, per i quali ancora versaste già il Vostro Sangue sino all'ultima stilla.

Deh! questo Sangue invocato un dì in maledizione dagli uni, scenda in benedizione sopra il loro capo, e li salvi ! Questo Sangue disprezzato e profanato dagli altri, mandi per essi un grido di misericordia e li purifichi! Sovvenite, o Signore, ve ne scongiuriamo, sovvenite ai poveri figli d'Isacco e d'Ismaele, per i quali ancora voleste sostenere la Vostra dolorosissima Passione e Morte. Vi parlino in loro favore quelle Piaghe Santissime che nelle Mani, nei Piedi e nel Costato tenete ancora vive ed aperte come prezzo del comune riscatto. Alle loro voci potenti si uniscano pur quelle che escono dal Cuore della Vostra dolcissima Madre. Questo Cuore trafitto dalla spada del dolore, immerso in un mare di pene, martirizzato col Vostro appiè -della Croce, noi Vi offriamo, o Gesù, per la salvezza di tanti infelici.

O dolce Cuore di Maria, dite a Gesù quel che non sappiamo, nè possiamo dir noi, ed Egli vi esaudirà... Che se per vincere le resistenze di quelli per cui vi preghiamo è necessario un miracolo, questo, o Vergine Immacolata, noi vi chiediamo per l'amore immenso che Voi portate a Gesù. Ah ! sì, degnatevi di apparire agli Ebrei ed ai Turchi come già appariste a Ratisbonne, e ad un cenno della Vostra destra essi subito come lui saranno convertiti...

Oh! venga, venga presto un tal giorno, in cui la Triade sacrosanta regni per Voi in tutti i cuori, e tutti conoscano, amino e adorino in ispirito e verità il Frutto benedetto del vostro seno, Gesù, che col Padre e con lo Spirito Santo vive e regna nei secoli de' secoli. Così sia.

BREVE, quo indulgentia tercentum dierum conceditur recitantibus subiectam in; calce orationem *Mariae Auxiliatrix* **dicatam.**

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Oblatis Nobis precibus a dilecto filio Caesare Cagliero Procuratore Generali Congregationis Salesianorum benigne annuentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis Fidelibus ex utroque sexu ubique terrarum degentibus, qui corde saltem contriti quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, orationem recitent Mariae Auxiliatrici dicatam, quae vulgari lingua incipit verbis: « O *santissima ed Immacolata Maria* » et desinit in haec verba « *possiamo andare a farci corona nel bel paradiso. Così sia* », iuxta exemplar quod a Sacrorum Rituum Congregatione probatum in Tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari iussimus, qua vice id agant, trecentos de poenalium dierum numero in forma Ecclesiae solita per praesentes expungimus, et largimur ipsis, liceat hac Partiali Indulgentia functorum vita labes poenasque, si malint, expiare. Verumtamen praecipimus ut harum Litterarum authenticum exemplar deferatur (quod nisi fiat nullas easdem esse volumus) ad Secretariam Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, iuxta decretum ab eadem Congregatione sub die 19 ianuarii 1756 latum et a s. m. Benedicto PP. XIV Praedecessore Nostro die 28 dicti mensis approbatum, utque earumdem Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris,, servato tamen tenore Nostrae Constitutionis de suspensione Indulgentiarum vertente hoc anno universalis Iubilaei. Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 10 martii 1900, Pontificatus Nostri anno vigesimotertio.

L. * S.

Pro Dno CARD. MACCHI

NICOLAUS MARINI, *Substitutus.*

Praesentium Litterarum Apostolicarum exemplar exhibitum fuit Secretariae Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. In quorum fidem.

Datum Romae ex eadem Secretaria die 17 martii 1900.

Ios. M. Can. COSELLI, *Substitutus.*

PREGHIERA A MARIA AUXILIATRICE.

Santissima ed Immacolata Vergine Maria, Madre nostra tenerissima e potente Aiuto dei Cristiani, noi ci consacriamo interamente al vostro dolce amore ed al vostro santo servizio. Vi consacriamo la mente co' suoi pensieri, il cuore co' suoi affetti, il corpo co' suoi sentimenti e con tutte le sue forze, e promettiamo di voler sempre operare alla maggior gloria di Dio ed alla salute delle anime.

Voi intanto, o Vergine incomparabile, che siete sempre stata PAusiliatrice del popolo Cristiano, deh! continuate a mostrarvi tale specialmente in questi giorni. Umiliate i nemici di nostra santa Religione e rendetene vani i malvagi intenti. Illuminate e fortificate i Vescovi ed i Sacerdoti e teneteli sempre uniti ed ubbidienti al Papa, Maestro infallibile; preservate dall'irreligione e dal vizio l'incauta gioventù; promovete le sante vocazioni ed accrescete il numero de' Sacri Ministri, affinchè per mezzo loro il regno di Gesù Cristo si conservi tra noi e si estenda fino agli ultimi confini della terra.

Vi preghiamo ancora, o dolcissima Madre, che teníate sempre rivolti i vostri sguardi pietosi sopra l'incauta gioventù esposta a tanti pericoli, e sopra i poveri peccatori e moribondi; siate per tutti, o Maria, dolce speranza, Madre di Misericordia e Porta del Cielo.

Ma anche per noi Vi supplichiamo, o gran Madre di Dio. Insegnateci a ricopiare in noi le vostre virtù, in particolar modo l'angelica modestia, l'umiltà profonda e l'ardente carità, affinchè, per quanto è possibile col nostro contegno, colle nostre parole, col nostro esempio rappresentiamo al vivo in mezzo al mondo Gesù benedetto vostro Figliuolo, e facciamo conoscere ed amare Voi, e con questo mezzo possiamo riuscire a salvare molte anime.

Fate altresì, o Maria Auxiliatrice, che noi siamo tutti raccolti sotto il vostro manto di Madre, fate che nelle tentazioni noi v'invochiamo tosto con fiducia; fate insomma che il pensiero di Voi, sì buona, sì amabile, sì cara, il ricordo dell'amore che portate ai vostri divoti ci sia di tale conforto da renderci vittoriosi contro i nemici dell'anima nostra, in vita ed in morte, affinchè possiamo andare a farvi corona nel bel Paradiso-

Così sia.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

MARSORUM

IURIUM

Die 1 Septembris 1900.

Sess. 22, cap. 36, de Ref.

COMPENDIUM FACTI. Ioannes Ricciotti archidiaconus Ecclesiae Cathedralis Marsorum, an. 1898 Canonico Dominica Tabassi sui testamenti executore electo, reliquit ducata quingentum, quae debito modo unirentur massae capitulari, ut Archidiaconi successores obtineant distributiones quotidianas^ sicut ceteri Canonici.

Nunc, ut status quaestionis melius innotescat quaedam praemittenda sunt.

Etenim Capitulum Ecclesiae Cathedralis Marsorum decem videtur constare Canonicis, atque Archidiacono, qui in Dioecesi maiorem et quidem unicam obtinet dignitatem. Modo quatuor vacant canonicatus, adeo ut idem Archidiaconus sexque Canonici tantum Capitulum efforment.

Animadvertunt Canonici, Archidiaconum nuper electum, in conventibus agendis nullam habere vocem ; in quibusdam tamen gravioribus negotiis suum usque expetitum fuisse consilium.

Igitur demortuo Archidiacono I. Ricciotti, cum die 29 Iunii an. 1899 Aloysius Canonicus Colantoni Archidiaconi dignitatem adeptus esset, nihil ipsi potius fuit, quam ut legatum ab antecessore relictum, sibi ut primo legatario exclusive vindicaret.

Nihilominus hodiernus Archidiaconus dum sui decessoris aggrediebatur exequi supremam voluntatem, adversarios expertus est duos ipsius Ecclesiae Cathedralis Canonicos, scilicet Gabrielem Cipriani Can. Theolog., nec non Can. Lucam Rossi Poenitentiarium.

Isti enim contendunt Capitulum, inito ad hoc die 1 Ianuarii an. 1899 consilio, legatum Ricciotti recepisse ea tantum lege, ut Archidiaconi in distributionibus quotidie ab ipso Capitulo erogandis, plus haud exigere valerent quam 72 lib., quae supersunt deductis missis, et 24 libellis pro vectigalibus solvendis. Neque aliter intelligi fas esse aiunt legantis voluntatem, cum notum sit, canonicos in his distributionibus plus percipere quam 72 lib. — Item contendunt ut vacante archidiaconatu, praedicta summa eidem Capitulo cedat; tum etiam eam partem redituum quam, propter absentiam, Archidiaconi minime lucrantur.

Praeterea iidem Canonici animadvertere satagunt: *a)* nullum ius esse Archidiacono quemadmodum *relate ad tertiam sui beneficii partem,* ita et *saper ipsum legatum* proprias a choro absentias adnotare ; *b)* pariter nec probari posse, Archidiaconi distributiones, utpote potiori dignitate pollentis, maiores debere esse, prout ipse defendere nititur, illis quibus Canonici fruuntur, tertia scilicet parte ; eo vel magis quod ex consuetudine Archidiaconus aequalem percipit partem sicut ceteri Canonici in distributionibus adventitiis, scilicet in Missis, Triduis, Vesperis etc. ; *c)* denique cum Archidiaconatus a die 1 Ian. an. 1899 ad diem 29 Iunii eiusdem anni vacasset, integrum fuisse Capitulo, ostendunt, ut ipsum eiusdem legati medietate frueretur. Quare, aiunt, illa legati verba « affinchè gli Arcidiaconi miei successori abbiano dritto alle distribuzioni quotidiane come gli altri canonici », prout

natura et finis ipsius legati, nec non mens ipsa legantis expostulant, ita accipienda esse ut reditus summae legatae impendantur ad comparandas distributiones Archidiacono, qui antea nullas habebat.

E contra Archidiaconus pro viribus contendere nititur, legatum Ricciotti sibi exclusive cedi debere, neque Capitulo ius esse illo frui, nisi eodem Archidiaconatu *vacante.* Insuper cum ipse nullum ius habeat quoad massam capitularem, sed propria gaudeat praebenda, et quidem independente seu - autonoma - usque ab an. 1860, prout ipsi Capitulares nuper recognoverunt ; profecto tum eidem licitum erit de suis e choro absentas referre; tum si ipso absente, aliquid ex memorato supersit legato, nullum sane Capitulo ius erit illo frui, sed fabricae Ecclesiae vel cuidam pio usui iuxta Concilium Tridentinum impendendum iuxta *Sess. XXII, cap. 3 de Reform.* Agitur enim de dignitatibus massam pro distributionibus a massa Capituli distinctam habentibus.

Praeterea nonnulla iura quae sibi modo non competere videntur, vindicare ipse studet. Ac primo ut eidem facultas detur Capitulum convocandi, in eoque decretorium ferendi suffragium. — Item ut in sacris obeundis eidem adsint inservientes duo ex canonicis iunioribus, iuxta definitivas S. C. R. decisiones. — Pariter ut in funeribus explendis, atque in habendis supplicationibus, plus percipiat quam ceteri canonici, prout ex usibus et consuetudinibus ab ipso Capitulo approbatis liquet, an. 1891: idque contra supradictos duos canonicos tertia harum distributionum parte ipsum privare volentes. — Tandem vehementer exoptat, ut collapsa in sacris explendis muneribus ipsius Capituli disciplina, in pristinum restituatur, praesertim cum quidam .ex ipsis canonicis propriae dignitatis, qua in Capitulo gaudent, pene immemores videantur.

Posthabitis quaerelantium instantiis quoad nonnulla, quae in formalem controversiam adduci nunc nequeunt, iudicialis quaestio instituitur de legato ab Archidiacono Ricciotti relicto et de iuribus inde comparatis, respective sive Archi-

diacono sive Capitulo, et de conditione iuridica Archidiaconi in Capitulo Cathedrali Marsorum, de qua sermo in primis, faciendus est, ut via sternatur facilior solutioni aliorum dubiorum.

Re sane vera Archidiaconus vult et efflagitat ut EE. Patribus perspecta fiat eius anormalis status in Capitulo Cathedrali, unde, ipse asserit, detrimentum capit, equidem maximum, disciplina capitularis. Nam Archidiaconus hactenus in functionibus choralibus partem habet, sed nullam obtinet in conventibus et in actibus vere capitularibus, in quibus auctoritatem non exercet ullam, quamvis aliquando vocatur ad conventus capitulares, sed veluti honoris causa, ei attributo voto tantum consultivo. — Interim vero dolet Archidiaconus, magnos inolevisse abusus in Capitulo Cathedrali et scandala oriri in ipsis sacris obeundis muneribus quae ipse facile et libenter compesceret si necessaria uteretur auctoritate.

Disceptatio Synoptica.

Quia contendentes nou constituerunt procuratores neque ad dubia contestanda, neque ad exornandas suas allegationes, quocirca *ex officio* quaestiones in haec dubia comprehenduntur, nimirum : I. *An Archidiacono ius competat convocandi capitulum et dandi in conventibus capitularibus votum decretorium, vel potius haec iura modo ei tribuere expediat in casu.* II. *An legatum Ricciotti ita executioni demandandum sit, ut Archidiaconus distributiones quotidianas desumat tantum ex reditibus legati, vel etiam a Massa Capitulari cui legatum Ricciotti adiungendum sit in casu.* III. *An distributiones quas non lucratur Archidiaconus accrescant ceteris canonicis pro rata servitii vel fabricae Ecclesiae aut* ALTERI PIO LOCO *applicandae sint, arbitrio Episcopi, in casu.*

Quibus praehabitis modo inquirendum est de conditione Archidiaconi in Capitulo Cathedrali Marsorum. Iamvero ipse Archidiaconus fatetur numquam Archidiáconos proprie ex-

titisse de capitulo, sed tamen nonnullos adducit conventus capitulares, in quibus ipse rite advocatus suum dedit suffragium, idemque, iuxta ipsum, non *consultivum,* sed *decretorium* ; unde ipse evincere studet, Archidiacono partem in capitulo competere et nonnisi iniuria hactenus illi fuisse denegatam.

Verum tum ex ipsa attestatione Archidiaconi, nec non ex adiunctis factorum quae enunciat, tum ex unanimi assertione aliorum canonicorum, haud dubia est conclusio, nempe Archidiacono in capitulo partem non competere. — Equidem haec conditio est omnino extraordinaria in Italia, sed non est remota a iure communi. Revera Archidiaconus est dignitas, dignitates autem, ordinario iure, capituli partem non faciunt, quippe dignitatis qualitas seu iurisdictio desumitur a praebenda cui est adnexa ; qualitas autem canonici non dérivât nisi a praebenda quae sit *canonicalis.* Quare Leurenius ita disserit, *Forum eccles,* in tit. XI lib. III *Decretalium:* « Soli canonici constituunt capitulum seu sunt capitulares ita ut etiam Praepositi dum non sunt canonici non constituant una cum canonicis capitulum. Idem est de aliis dignitatibus si canonicali praebenda careant. De iure communi dignitates non sunt de capitulo, nisi in eorum erectione exprimatur concessio stalli in choro et vocis in capitulo, vel nisi statuto vel consuetudine disponatur quod sint de capitulo ». Et Card. Petra, *Comment, in l^am Const. S. Leonis Magni,* tradit: « In Ecclesia saeculari nomine capituli venire tantum canonicos, regulariter est dicendum. *(Rota decis. 144 n. 2 part. 19 recentium).* Unde excluduntur dignitates quae non dicuntur de capitulo, *quamvis in Italia de consuetudine* dicantur de Capitulo... Et sic regula extra Italiam est, ut dignitates non sint de capitulo, in Italia vero quod sint, utraque tamen regula limitatione accipiente ex usu ».

Nihilominus dignitates, veluti nativo iure, partem habent in functionibus capitularibus. Porro inter praerogativas dignitatum, prima est ut choro, inter canonicos, adsint.

Bouix *De capitulis pag. 73,* agens de praerogativis dignitatum, tradit: « Etiam ubi non sunt de capitulo, antecedunt canonicos tum in choro, tum in aliis actibus extra capitulum (Card. de Luca. *De praeem. diseurs. 19, n. 11).* Si sint de capitulo praecedunt etiam in actibus capitularibus ».

Eruditi adlaborant in perquirendam rationem historicam huius specialis constitutionis dignitatum relate ad capitula cathedralia et diversi diversa referunt, uti videre est apud Thomassinum *De veteri et nova discipl. P. 1 lib. 3 c. 70.* Verum haec ratio, uno vel alio tramite, derivare non potest nisi ab eorum conditione iuridica. Iamvero iure Decretalium et ex munere ordinario dignitatibus competebat iurisdictio in universam dioecesim, ut explicat Barbosa *De canonicis cap. 4 n. 14 seq.,* quippe dignitates explebant munia quae postea demandata sunt Vicario generali. Proinde dignitates non secus ac Episcopus, iure ordinario et ex officio suo, adhaerebat Ecclesiae Cathedrali et partem habebant potiorem, post Episcopum, in sacris functionibus, quamvis capituli pars non essent.

Postquam dignitates effectae sunt *ventosae, titulus sine re, magni nominis umbrae,* uti passim appellantur in foro, ut aliquod sustentaculum invenirent propriae existentiae, facile habuerunt perfugium in capitula cathedralia, quae titulo dignitatum honestata sunt. Quare vehementer laudabilis est consuetudo diu inolita in Italia ut huiusmodi dignitates accenseantur canonicis et capitulo comprehendantur. Ad rem haec advertit Bouix *I. c. p. 59:* « Dignitates quidem admitti in gremium capituli decet valde, et honorificum est capitulo nedum noxium ». Hoc sane in praesentiarum magnopere efflagitat Archidiaconus qui in votis habet, suam operam praebere et in hoc incumbere ut capituli disciplina firmiter observetur et decor in dies augescat.

Modo aliquid disserendum est de legato Ricciotti. In primis videtur dubitari non posse, prouti asserunt etiam quatuor Canonici, quorum animadversiones modo retulimus,

legatarium in themate non esse Massam Capitularem, bene vero ipsum Archidiaconum; massae autem Capitulari fuisse a legante inscriptum ipsum legatum ut immune aut securius esset a faucibus fìsci. Ceterum quia onus 24 missarum legans attribuit Archidiacono, eidemque reliquam summam legatala attribuit pro desumendis distributionibus, pronum est deducere, legatarium esse ipsum Archidiaconum, non Massam Capitularem.

Huius conclusionis iuridica consequentia haec est, nimirum distributiones quas non lucratur Archidiaconus non ceteris accrescere, sed cuidam piae causae attribuendas esse ab Episcopo. Sane S. C C . *in Caurien.* die 7 Nov. 1621 censuit: « Ubi in Ecclesia adsunt dignitates quae habent fructus distinctos a massa capitulari, quorum certa pars assignata fuit in distributiones quotidianas iuxta dispositionem S. Conc. Trid. *in sess. 22, cap. 3, de Ref., huiusmodi distributiones quae emittuntur ah his qui competens servitium non praestiterint, esse primo applicandas ecclesiae cathedralis Fabricae* QUATENUS INDIGEAT, ac nisi indigeat tunc demum esse in facultate Episcopi, illas alteri pio loco suo arbitrio applicare ».

Verum difficultatem facit caput 3, *De ref., sess. 21* Conc. Trid. in quo edicitur: « Statuit S. Synodus in Ecclesiis tam cathedralibus quam collegiatis in quibus nullae sunt distributiones quotidianae vel ita tenues ut verisimiliter negliguntur, *tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et ohventionum tam dignitatum quam* canonicatuum, personatuum. . . . .separari debere et in distributiones quotidianas converti *quae inter dignitates et ceteros divinis interessentes proportionaliter iuxta divisionem ab Episcopo etiam tamquam Apostolicae Sedis legato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur ».* Sed hi textus qui prima fronte videntur inter se pugnare ita facile conciliantur a Bened. XIV *in Inst. eccles. 107, § 7:* « Sed omnis repugnantiae species tollitur si discrimen statuatur inter dignitates quae proventus suos ex massa Capitulari

percipiunt et inter dignitates quae secretos ab eadem massa proventus habent. Itaque iuxta Concilium, distributiones primarum dignitatum inter praesentes dividendae sunt, distributiones autem aliarum dignitatum *Fabricae Ecclesiae seu alteri loco Pio* conferendae. Haec habet Fagnanus auctoritate S. Cong. adductus quae eamdem rem non semel definivit ».

Praeterea inquiri debet an iure sibi Archidiaconus vindicet morem adnotandi suas fallentias easque Capitulo denunciandi non adhibita opera*punctatorum* Capituli. Iamvero munus *punctatorum* est relativum obligationi, ex parte canonicorum vel aliorum piorum locorum, lucrandi distributiones quas amittunt ceteri chori servitio non assidui, sed in textu Concilii Tridentini de ratione notandi et mulctandi fallentias verbum non fit. — De *punctatoribus* ita disserit Bened. XIV *de Syn. lib. 4*, *cap. 4, n. 2:* « Verum facile eluderentur tot salutares constitutiones nisi in singulis cathedralibus et collegiatis ecclesiis certi designati forent canonici seu alio quocumque nomine nuncupantur, beneficiarii, quibus onus incumberet accurate adnotandi quotquot in choro aliisque sacris functionibus desiderantur et a qua nominatim divini officii parte hic aut ille se subducet ». Et Barbosa *I. c. cap. 34, n. IS* docet : « Pimctator est creandus ac constituendus qui notet eos qui non intersunt divinis, et... librum ostendere debebit cum Episcopo videbitur ». Modo deliberabunt EE. PP. an consuetudinem tercentenariam, quam sibi invocat Archidiaconus, vi cuius ipse hactenus notavit et denunciavit suas fallentias, an producere et confirmare expediat etiam quoad distributiones ex legato Ricciotti. Canonici contradicunt, sed maxime spe et ratione innixi, ipsos lucraturos esse distributiones non tantum quum *vacat* praebenda, sed etiam quum praebendatus has non lucratur propter *absentiam.* Verum ex non dubia legantis voluntate, et potissimum ex praescriptione canonum, iuxta textus allegatas, videntur- huiusmodi distributiones, quas non lucratur Archidiaconus, ab Episcopo destinandae esse alicui *piae causae.*

Quare Episcopus, pro potestate qua pollet etiam, qua Delegatus Sanctae Sedis prouti iubet et constituit Conc. Trid. in textu citato decernere debet an fallentiae adnotandae sint per *fundatores* vel an praestet, pro recepto more, attendere, in singulum annum, attestationem ipsius Archidiaconi.

Quibus animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An Archidiacono ius competat convocandi Capitulum et dandi in conventibus capitularibus votum decretorium, vel potius haec iura modo ei tribuere expediat in casu.*

II. *An legatum Ricciotti ita executioni demandandum sit ut Archidiaconus distributiones quotidianas desumat tantum ex reditibus legati, vel etiam a Massa Capitulari, cui legatum Ricciotti adiungendum sit in casu.*

III. *An distributiones quas non lucratur Archidiaconus accrescant ceteris canonicis pro rata servitii vel potius destinandae sint* FABRICAE *Ecclesiae vel* ALTERI PIO LOCO, *arbitrio Episcopi, in casu.*

RESOLUTIO. S. C. C. re disceptata sub die 1 Sept. 1900, censuit respondere:

Ad I. *non proposita.*

Ad II. *distributiones Ricciotti deberi Archidiacono tantum ratione servitii.*

Ad III. *negative ad primam partem, affirmative ad. secundam.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGULARIUM

LITTERAE CIRCULARES, quibus Ordinarii locorum monentur, ut sub sigillo et directe ad Sacram Congregationem mittant litteras commendationis favore institutorum, simplicium votorum, exposcentium apostolicam approbationem.

Perillustris ac Reverendissime Domine uti Frater,

Usuvenit postremis hisce temporibus, ut Moderatores seu Moderatrices Institutorum vota simplicia nuncupantium hanc S. Congregationem Episcoporum et Regularium adeuntes, ad effectum impetrandi Decretum laudis vel approbationem respectivi Instituti sive constitutionum, una cum supplici libello allègent etiam commendatitias litteras patenter ipsis datas ab Ordinariis locorum, in quibus proprii Instituti sodales commorantur. Porro, per huiusmodi agendi rationem, contingere facile potest, ut Sacrorum Antistites haud plena gaudeant libertate plane aperiendi animi sui sensum, et aliquando forsan impediantur quominus S. Congregationem distincte doceant de nonnullis rerum adiunctis, quae ad recte iudicandum de precum merito utilia vel etiam necessaria forent.

Quare haec eadem S. Congregatio, quo tutius in re tam gravi procedi possit, omnes et singulos Ordinarios monendos esse censuit, ut quotiescumque, in posterum, ab Institutis votorum simplicium postulentur commendationes ad assequendum Decretum laudis seu approbationem Apostolicam, litteras ipsis oratoribus patenter ne tradant, sed eas cum opportunis informationibus et proprio voto, pro rei veritate et iustitia, directe ad S. Congregationem, sub sigillo, transmittant.

Haec itaque, pro meo munere, significo Amplitudini Tuae, cui fausta omnia a Domino adprecor.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 22 Iunii 1900.

F. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

A. PANICI, *Secretarius.*

EX S. CONGREGATIONE STUDIORUM

DECRETUM : oportet ut ad S. Congregationem studiorum mittatur exemplar cuiusvis Operis quod publicetur a personis, universitatibus catholicis addictis.

Mme ac Revme Domine,

Summopere laetandum in catholicis Athenaeis vel Facultatibus canonice erectis viros adesse, qui, editis operibus, sacras praesertim disciplinas illustrant et ab insectatorum erroribus, nimis hoc aevo effrenate disseminatis, strenue vindicare satagunt, ut inde catholica veritas, omnium scientiarum amica, magis magisque splendescat.

Quum autem quidquid praeclarum in lucem profertur ex praedictis Facultatibus, in decus ac solatium quoque cedat huius S. Congregationis, studiis regundis praepositae, facile comperitur quam maxime intersit, ut eadem S. Congregatio cognoscat quae evulgantur opera ab iis, qui eisdem Facultatibus sunt. addicti. Ne horum opera in posterum manibus aliorum et praesertim discipulorum versentur, quin perspecta sint huic S. Congregationi, quod prudenti consilio cautum fuit in percelebri Constitutione felic record. Leonis XII, quae incipit *Quod divina Sapientia,* in mentem omnium revocandum censuimus, videlicet, ut quique vel docendi vel alio munere funguntur apud Athenaea vel Facultates quae iure ad nos pertinent, unum exemplar cuiusque operis quod ediderint, ad Sacram Congregationem, veluti argumentum obsequii, mittere teneantur.

Cum de re agatur haud levis momenti, Cancellarii cuiusque Facultatis, ea qua par est sedulitate, curabunt ut huiusmodi lex omnibus innotescat atque insuper ut mittantur etiam ephemerides quaecumque stato tempore prodeunt.

Datum a Secretaria Sacrae Congregationis Studiorum die 10 Februarii 1900.

FRANCISCUS CARD. SATOLLI, *Praefectus.*

ASCENSUS DANDINI, *a Secretis.*

DUBIA et resolutiones quoad collationem graduum Licentiae et Laureae.

Eme et Revme Domine,

In responsione data ab ipsa Sacra Congregatione Studiorum per Secretarium eiusdem, die 11 Iulii 1899, Revmo Archiepiscopo Hispalensi declaratur, sensum art. 65 statutorum illius Seminarii circa alienos alumnos accedentes ad gradus academicos suscipiendos, non esse, ut teneantur solido biennio scholas frequentare pro gradu Licentiae, sed tantum pro Laurea doctorali. Porro ex Instructione Sacrae Congregationis data die 30 Iunii 1896 « Qui ex alienis Dioecesibus sese conferunt penes quinque Seminaria, ut gradibus academicis insigniantur, praeter districtu examina superanda, oportet, ut solido biennio Facultatum cursum frequentaverint, exhibito prius testimonio Theologiae cursum in propriis Dioecesibus explevisse ». Et in art. 50 statutorum huius Seminarii Compostellani dicitur: « Qui ex alienis Dioecesibus gradibus academicis nobilitari cupiunt, penes hoc Seminarium sese conferre debent, ut solido biennio Facultatum cursus ibidem institutos frequentent, nisi a Sacra Studiorum Congregatione dispensentur; exhibito tamen semper testimonio de superatis disciplinis, quae Facultati, in qua gradus obtinere peroptant, praecedere debent».

In Instructione iam citata legitur : « Qui Licentiae et Laureae gradu in Iure canonico insigniri velint, per solidum triennium Facultatis canonicae' scholas celebrare debent ».

In art. 38 statutorum huius Seminarii, haec leguntur : « Ratum sit, ut quinto insuper anno theologicis studiis serio incumbere pergant, non tam qui iuniore aetate a presbyteratu suscipiendo prohibentur, quam etiam, quicumque Licentiae, vel Doctoratus honore insigniri velint».

His positis, ab Eminentia Vestra humiliter peto ut sequentia dubia resolvere non dedighetur:

I°. An alumni proprii huius Seminarii Compostelllani possint suscipere gradum Licentiae in Sacra Theologia post annum quartum huius Facultatis, servatis adamussim statutis vigentibus.

2°. An alumni teneantur huius Seminarii scholas frequentare per *solidum biennium* pro suscipienda Laurea doctorali, et

tantum per annum pro gradu Licentiae, dummodo disciplinas superaverint quatuor annis respondentes.

3°. An alumni proprii possint suscipere gradum Licentiae in Iure canonico post annum secundum huius Facultatis.

4°. An alieni possint suscipere gradum Licentiae in Iure canonico si per annum frequentaverint scholas huius Seminarii, dummodo superaverint disciplinas anno secundo respondentes.

Et Deus, etc.

Eme ac Revme Domine Mi Obme,

Ut recte diluantur dubia quae ex citatis locis vel Statutorum, vel Instructionis huius Sacrae Congregationis oriri videntur, duo firmiter tenenda sunt, quae ubique vigent, scilicet 1. quod Laurea praestantior ac nobilior sit Licentia, quamvis utrique plures, non vero omnes, effectus sint communes; 2. quod apud omnes Facultates canonice erectas Licentia generatim conferri solet studiorum cursu nondum absoluto, id est in penultimo anno cursus, Laurea vero in postremo, cum pro corónide studiorum habeatur.

Ex hisce igitur duobus sponte sua fluit solutio dubiorum, quae orta sunt circa tempus quod insumendum est pro unoquoque gradu assequendo, tam ab iis qui extra facultates canonice erectas curriculum peregerunt, quam ab iis qui apud easdem Facultates curriculum inceperunt et absolverunt. Priores enim qui solidum biennium scholas Facultatis celebrare tenentur, post primum annum Licentiam assequi possunt, post secundum vero Lauream; posteriores autem in penultimo anno cursus, Licentiam, in postremo Lauream. Quoties igitur vel in Instructione vel in Statutis sermo est de solido biennio insumiendo pro assequendis gradibus, verba ita accipienda sunt, ut pro utrisque gradibus cumulative biennium requiratur, non vero disiunctive, nam pro Licentia sat est ut per unum dumtaxat annum scholae Facultatis celebrentur: quod etiam ex disparitate valoris, quem gradus habent, clarius evadit. Siquidem cum Laurea sit praestantior Licentia, aequum prorsus non est ut pro hac eaedem temporis et studiorum conditiones requirantur, ac pro Laurea quae aliquid amplius postulat atque exigit. Quare tum ex intima natura rei, tum ex communi usu, sequitur quatuor dubia ab Eminentia Tua proposita, affirmativo responso omnia dimittenda esse.

Quam diutissime sospitet Deus Eminentiam Tuam, cuius manus humillime deosculor.

Romae die 21 Martii 1900.

Humillimus Obsmus servus verus

FRANCISCUS CARD. SATOLLI, *Praefectus.*

As. DANDINI, *a Secretis.*

Emo ac Rmo Domino
Card. Archiepiscopo Compostellana.

EX S. GONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM: utrum in casibus urgentibus, quibus culpae S. Sedi reservatae, absolvi queunt, loco dein scribendi ad S. Poenitentiariam, liceat recursum habere ad eum qui facultate praeditus est.

Beatissime Pater,

In casibus urgentioribus.... (Decr. S. Officii 20 iunii 1886), (1) dari potest absolutio a reservatis S. Sedi, sub poena tamen reinciden tiae nisi absolutus infra mensem ad Sanctam Sedem recurrat, eius mandata suscepturus.

Ubi tamen Episcopi facultatem habent delegatam absolvendi a praedictis reservatis, qualis solet ipsis concedi per quinquennale folium S. Congr. de Propaganda Fide (F. X) sub n. 10, dubitatur de necessitate recursus immediati ad S. Sedem.

Quaerit igitur Episcopus N. N., ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus:

I. Utrum sufficiat in casu absolutionis, ut supra concessae, recursus ad Episcopum facultate absolvendi instructum; et quatenus affirmative:

II. Utrum sufficiat etiam in casu eodem recursus ad Vicarium generalem Episcopi, tamquam ad Ordinarium, facultatum episcopalium absolvendi, de iure participem;

III. Utrum generatim sufficiat recursus ad quemlibet Sacerdotem habitualiter subdeiegatum ab Ordinario ad absolvendum ab his papalibus reservatis, a quibus poenitens fuerit accidentaliter, ut supra, vi decreti S. Officii 1886, absolutus?

Et Deus etc.

(1) Recole Vol. XIX, pag. 46.

Feria IV, die 19 Decembris 1900.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita,, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRmi Patres respondendum mandarunt:

Ad I et II. Affirmative, facto verbo eum Sanctissimo.

Ad III. Negative.

Feria VI vero, die 19 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SSmi D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus D. N. resolutionem EEiïiorum ac RRiñorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. I. Notarius.*

DUBIUM: utrum forma recitata super ordinandos numero singulari, vitiet ordinationis validitatem.

Beatissimo Padre,

Il sottoscritto Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone il seguente fatto.

Un sacerdote ricorda benissimo che nell'atto di sua ordinazione presbiterale non toccò da solo, com'è prescritto nel pontificale Romano, la doppia materia del pane e del vino, ma in unione di altri ordinandi, non ostante che fu usata dal Vescovo consacratore la formóla in singolare *Accipe* etc. Ora quel sacerdote, turbato di coscienza sulla validità della sua ordinazione, aspetta con grandissima premura una risposta per sua tranquillità.

Che ecc.

Feria IV, 16 Ianuarii 1901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis praedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum decreverunt :

Acquiescat.

Sequenti vero Feria VI, die 18 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P.D. Assessore S. Officii habita, SSmus D. N. responsum EEmorum ac RRmorum Patrum approbavit.

I Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

NORMAE quoad dispensationes matrimoniales.

Affinchè questo S. Tribunale delia Penitenzieria Apostolica, nell'esercizio della potestà, in via provvisoria ad esso *esclusivamente* attribuita, di accordare in foro esterno le dispense matrimoniali *per i poveri o quasi poveri,* si attenga fedelmente alle norme che gli vennero prescritte, si rende noto agli Spedizionieri Apostolici ed Agenti di affari ecclesiastici, con incarico di comunicarlo alle Curie ecclesiastiche da loro assistite:

I° che le testimoniali dei Vescovi debbono contenere *l'espressa dichiarazione della povertà o quasi povertà dei supplicanti,* giudicata secondo le norme in uso ed *onerata super hac re Ordinariorum conscientia;*

2° che il Vescovo dovrà firmare la testimoniale, ed in caso di legittimo impedimento potrà firmarla un Delegato *ad hoc specialiter deputatus,* sia questi il Vicario Generale o altro Sacerdote, facendo espressa menzione del legittimo impedimento del Vescovo e della sua speciale delegazione.

Dalla S. Penitenzieria Apostolica, li 5 Febbr. 1900.

A. CARCANI, & *P. Regens.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

VERONEN. Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Magdalenae marchionissae De Canossa fundatricis instituti Filiarum a Charitate.

Ad instantiam Rmi Dñi Michaelis Bruni Procuratoris Generalis Congregationis Missionariorum a Pretioso Sanguine D.N.I.C, et Causae Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Magdalenae Marchionissae de Canossa Postulatoris, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Lucidus M. Parocchi Episc. Portuensis et S. Rufinae, eiusdem Causae Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis Rotalibus, subsignata die ad Vaticanum habitis iuxta peculiares Apostolicas dispositiones annis 1878 et 1895 editas, sequens Dubium discutiendum proposuit: « *An constet de validitate et relevantia Processuum tam Apostolica quam Ordinaria Auctoritate constructorum, testes sint rite ac recte examinati et iura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur?* »

Et Sacra eadem Congregatio, audito voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, reque mature perpensa, rescribendum censuit: « *Constare,* expunctis tamen testibus non repetitis in Processu Apostolico, et demptis attestationibus extraiudicialibus ; quoad vero Processiculum Venetiis conditum *dilata* et *ad mentem* ». Die 26 Iunii 1900.

Quibus omnibus SSrno Dno Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua resolutionem Sacrae eiusdem Congregationis approbavit. Die 9 Iulii eodem anno.

CAIETANUS CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Datarius,*
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

DIOMEDES PANICI, ARCHIEP. LAODICEN., *Secretarius.*

DUBIUM quoad festum duplex vel semiduplex perpètuo redactum ad ritum simplicem.

Cum propositum fuerit dubium: Utrum festum duplex vel semiduplex, quod perpetuo redactum est ad ritum simplicem, considerari debeat uti simplificatum vel uti simplex. — Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario atque audito voto Commissionis Liturgicae respondendum censuit:

Negative ad primam partem, *Affirmative* ad secundam; servatis Rubricis (1).

Atque ita rescripsit die 7 Decembris 1900.

D. CARD. FERRATA *Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laoolicen. Secret.*

TAURINEN, beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Iosephi Benedicti Cottolengo canonici sacerdotis fundatoris instituti Taurinensis parvae domus a Divina Providentia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis in gradu her oleo, in casu et ad effectum de quo agitur.

Christianae sanctitatis principium et fons, amor in Deum, viros omni tempore protulit de nominum societate tam praeclare méritos, ut longo intervallo post se reliquerint eorum

(1) Distinctio inter simplificatum et simplex festum, uti notum est peritis, haec est, quod illud ius habet ad tres consuelas commemorationes, in primis nempe Vesperis et secundis, atque ad Laudes: istud vero ad duas, nempe in primis tantum Vesperis et Laudibus. Hoc tamen Decreto S. R. C. declarat, Simplificatum perpetuo mutare naturam suam, seu de Simplificato in Simplicem transire: quod idem est ac dicere, Simplificatum in perpetuum non amplius ad tres, sed ad duas tantum commemorationes ius habere, uti Simplicem. Quod nil sapientius credimus; si enim antiquum ius servaret trium commemorationum, praeter confusionem, quam uti patet, eiusmodi Simplificatum induceret, nova exurgeret distinctio, de qua Rubricae silent,hoc est: Simplificatum *per accidens,* Simplificatum *perpetuo ei Simplex.* Quam volens Sacrorum Rituum Tribunal arcere, iure merito statuit, *Simplificatum perpetuo* esse uti *Simplicem* considerandum, seu esse Simplicem, et ius habere ad duas tantum commemorationes, in primis Vesperis et Laudibus.

vel perarduos conatus, qui caritatem sibi fingunt a pietate et Religione seiunctam. Neque alia profecto germana esse caritas potest, quam quae Deum hominemque complexa, illum quidem propter se diligendum proponit, hunc propter Ipsum Deum. Ut enim scribit S. Laurentius Iustinianus, « *amor Dei amorem proscimi generat, et amorem proximi ealefaeit amor Dei»* (Serm. post Ascens.). Itaque, ex quo divina illa vox insonuit, *« mandatum habemus ut qui diligit Deum diligat et Fratrem suum* » (I Io. IV, 21); statim Christi caritas visa est haereditas esse filiorum Ecclesiae. Inter huiusmodi viros, qui divinae imaginem providentiae erga afflictum humanum genus expressius retulerunt, iure est accensendus Ven. Servus Dei Iosephus Benedictus Cottolengo, *cuius memoria in benedictione est,* propter ea quae illius extant caritatis monumenta splendidissima.

Ortum habuit Barderate in oppido Taurinensis Dioecesis quinto nonas Maias an. 1786. A piissimis parentibus summa diligentia custoditus atque institutus, vitam ab infantia ad obitum transegit innocentissimam. Adolescentia vero non tam praeparatio futurae sanctitatis fuit, quam praesentis, eiusque maturae, exercitatio. Vividiorem sortitus indolem, oborto rationis primo quasi diluculo ita Compescuit, ut egregio virtutum nexu miram patientiam et animi suavitatem coniunxerit fortitudine, dignusque sit habitus quem *angelum familiae* appellarent. Annorum vix octo, de infirmis opitulandis cogitare coepit; cui idcirco aptari illa possunt: *ab infantia mecum créait miseratio* (Iob31). Nam quum domi eum reperissent cubiculi spatia dimetientem baculo, ex eoque quaesissent, quid rei ageret, propositum sibi esse, ait, valetudinaria satis ampla instituere. Hac ceterisque virtutibus in exemplum praelucens, exacto studiorum curriculo partim Barderate, partim in Astensi Seminario laureamque doctoris assequutus in sacris disciplinis, auctus est Sacerdotio. Quo cum actuose fungeretur ac perutiliter, nihil tale quaerens nec opinatus, ob egregia virtutis ac doctrinae merita, inter socios Congregationis Theologorum Corporis Domini adlectus est, meruitque nomine « *boni Canonici* » vulgo designari. Verum, Deo sic disponente, proprior eius ingenio palestra patuit per institutam a se *Parvam Domum* excipiendis infirmis ac miseris omne genus, titulo *Divinae Providentiae ;* cuius aedis in ingressu inscriptum voluit « *Caritas Christi urget nos* ». Magnanimum sane opus ac saluberrimum, quod exiguis profectum

initiis, ad maximarum rerum incrementa pervenit. Ibi *omnibus omnia factus,* cuiusvis conditionis aegrotos in unum congregavi^ aluit, curavit. Pauperes intuens tamquam Christi personam venerabundus complectebatur, nudato capite adibat, exquisitissimis officiis cumulabat. Tantae vero messi ne operarii umquam deessent, simulque ut multiplex sterneretur quamplurimis via aeternae procurandae salutis, virtutes ipse suas in copiosissimum sacrarum virginum piorumque virorum agmen transfudit, institutis in eum finem coetibus ac familiis compluribus, cum suis quibusque legibus ac vestibus. Inter haec, gravissimis laboribus exantlatis, exitum invenit plane dignum tantae caritatis viro ; quippe « *maiorem hae dilectionem nemo habet ut animam suam poned quis pro amicis suis* ». Itaque typho et cholera morbo desaeviente, quum se in apertum vitae periculum coniecisset, eodem ipse morbo correptus, victima caritatis obiit placidissime Cherii pridie calendas Maias anno 1842.

Eius opinio sanctitatis quum post excessum percrebuisset in dies, ipsique Regi ac Primatibus ex clero omnique Ordini civium insedisset altissime, ita ut signis et monumentis fuerit etiam honestatus publice eiusdem Causa Beatificationis apud S. Rituum Congregationem promoveri coepta est. Collectis igitur probationibus et sedulo expensis, ceterisque ad iuris normam exactis, triplex de virtutibus in summo gradu Venerabilis Iosephi Benedicti Cottoiengo instituta est actio; primum in antepraeparatoriis Comitiis undecimo calendas Ianuarii an. 1896 penes Rmum Cardinalem Aloisium Oreglia a Sancto Stephano Episcopum Ostiensem et Veliternum, Causae Relatorem ; deinde in Coetu praeparatorio in Aedibus Vaticanis decimo quarto calendas Ianuarii an. 1899; denique in generali Conventu coram SSmo D. Nostro Leone Papa XIII in iisdem Vaticanis Aedibus habito quinto calendas Decembris mox elapsi, in quo ab eodem Rmo Cardinali proposito dubio: « *An constet de virtutibus theologalibus. Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur* ». Rmi Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi et Patres Consultores suam ex ordine aperuere sententiam. Quorum suffragiis rite perpensis Beatissimus Pater, auspicatissimis his verbis Conventum di-

misit : « *Admirabiliter profecto patent summa Dei consilia, ut nempe in hoc saeculo iamiam occiduo et carnis prudentiae tantopere intento, Venerabilis* Iosephus Benedictus Cottolengo *floruerit. Eximius ille vir qui magna in Deum caritate incensus et divinae providentiae ope unice fretus, extitit in Italia Nostra aemulator* Vincentii a Paulo *tum in miseris officiisque sublevandis, tum in eorum provehenda sempiterna salute. De excellentia virtutum eius, de quibus actum est in hodierno Coetu, iudicium Nostrum in tempus proximum reservamus. At vero iam nunc de hae causa felix auspicium capimus, fore ut discussae virtutes, quae adeo praelueent, viam optime communiant ad Beatorum Caelitum honores, si Deo ita placuerit, Venerabili Viro decernendos* ».

Hoc vero Dominico die in Sexagesima, Sacro religiosissime peracto, hanc Vaticanam Aulam nobiliorem ingressus est et Pontificio solio assidens Rmos Cardinales accivit Dominicum Ferrata SS. Rituum Congregationi Praefectum et Aloisium Oreglia a Sancto Stephano Causae Relatorem unaque cum illis R. P. Ioannem Baptistam Lugari S. Fidei Promotorem et me infrascriptum a Secretis, iisque adstantibus solemniter pronunciavit : « *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Ven. Servi Dei* Iosephi Benedicti Cottolengo *in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur* ».

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit 4 Idus Februarii an. 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA, *S. R.* C. *Praefectus.*

L. ijj S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laodicen. S. R. C Secretarius*

MONITUM. Sequitur processus beatificationis ven. ioannae Touret, cuius initium est pag. 229 et prosecutio pag. 379.

Interdum etiam Ioannam nostram circumvenire inimicus expertus est, sed in malam pestem ivit; cuius audaciam haec invictissima Virgo pedibus fregit, tentationem effugiens ac in eorum auctoritate delitescens, qui Dei vicem praestabant: «la S. d. D., ait Testis XIV, quando vide che le sue compagne Figlie della carità esistenti nella loro casa di Bray aderirono a quello che in allora si voleva, uscì dalla casa per non cimentare la sua coscienza. Indi presentatasi spontaneamente alla casa delle Figlie in Parigi, vi fu malamente ricevuta; ma quando quella Superiora comprese il motivo pel quale la S. d. D. aveva lasciate le sue consorelle ne fu lodata, e la Superiora stessa obbligò le Suore che avevano aderito alle pretese della rivoluzione, alla formale ritrattazione ». Item et Testis XXII: « in proposito mi narrò la suddetta suor Teresa Biset, che la S. d. D. stando in una casa del suo Istituto delle Figlie, saputo che i preti che ivi esercitavano il sacro ministero avevano dato il giuramento imposto dalla rivoluzione, lasciò quella casa e si recò alla casa madre in Parigi ».

Cum autem in puellas instituendas tota incumberet, eam perduelles, scelestissimi hominum, cogere putarunt ut non amplius Ecclesiae praecepta, sed quod ipsi vellent edoceret; frustra tamen; mandatis enim iniquis, herois nostra toto pectore totoque animo restitit, solitoque more incepta persécuta est: « In ispecie, ait XIII Testis, mi fece notare che fra le altre cose sofferte era stata pure tratta innanzi ai tribunali, volendosi a lei imporre che insegnasse nella scuola il catechismo compilato in allora: ma la Thouret con coraggio ed invitta fortezza rispose che essendo essa cattolica non poteva insegnare che il catechismo cattolico: per quel fatto soffri anche delle battiture».

Aliquis fortasse animo fìngere posset Dei Ancillam, rerum publicarum perturbatione pacata, religione iterum instaurata, condita iam ac firmata Sororum a cantate congregatione, huiusce in moderatricem generalem omnium suffragio, utriusque potestatis consensu adlectam, tandem aliquando quievisse, neque ultra eamdem virtutem praestandi occasionem fuisse. Sed, ne vos falsa teneat opinio, animadvertite; nam quod acerrimi christiani nominis hostes ausi non sunt, haud dubitarunt quin fa-

cerent homines probi ac spectatissimi, postquam leges atque ordo revixit. Qua de re, quum in vitae synopsi plura a nobis scripta sint, ne vestros animos plus aequo distrahere aut defatigare velle videa mur, nobis liceat, ad inanis repetitionis fastidium vitandum, hoc loco praecipua et illustriora, quae ad fortitudinem tantummodo spectant, commemorare. Sinite ergo, EE. PP., me hic excribere Testis III verba: « Avvenute le quali modificazioni (della regola) per disposizioni della S. Sede la S. d. D. ebbe a soffrire molte tribolazioni; giacché l'arcivescovo di Besanzone e 1' abbate Bacaffe che n' era il delegato credettero che la S. d. D. fosse stata la promotrice di quelle modificazioni, epperò arrivarono fino a staccare dall' Istituto la casa di Besanzone ed altre in Francia e proibirono in oltre che quelle Suore avessero accolto la Serva di Dio, la quale non tralasciò di fare tutte le pratiche dimostrative segnatamente della sua grande umiltà; ma nulla valse a mitigare l'animo di quell'Arcivescovo: ciò che arrecò gravi tribolazioni alla S. d. D. la quale mostrò bene il suo spirito di perfetta rassegnazione ai divini voleri e di eroica fortezza ». Et Testis X vera proinde narrat: « Per la quale modificazione del superiorato delle nostre case la S. d. D. ebbe molto a soffrire da parte dell' abb. Bacaffe e dall'Arcivescovo di Besanzone, credendo essi a torto che la S. d. D. fosse stata la promotrice della modificazione stessa. Ho detto a torto perchè è un notorio che la Sacra Congregazione per propria iniziativa la propose al S. Padre che F approvò. Intanto P Arcivescovo di Besanzone ordinò che la casa di Besanzone ed anche altre di Francia fossero separate dal resto dell'Istituto e tanto avvenne, recando questo scisma gravissime dispiacenze e tribolazioni alla S. d. D. la quale mostrò lo eroismo della sua fortezza di spirito e della sua rassegnazione ».

Laus igitur, quam Sacrae Litterae forti mulieri largiter tribuunt, heroidi nostrae summopere congruit; illius enim facinora vel quae tempore quietis in condenda congregatione absolvit, vel quae in aerumnis calamitatibusque strenue sustinuit, eximiam fortitudinem praeseferunt. Quamobrem iure meritoque cum XII Teste convenire possumus et ad mentem illius huic capiti finem imponere: «In tutto fu profondamente rassegnata al divino volere. Ciò dimostra la sua straordinaria fortezza, la quale fu una sua speciale prerogativa per modo che non dubito denominarla *mulierem fortem* ».

DE HEROICA TEMPERANTIA.

Temperantia, ait Cicero, *est quae in rebus aut expetendis, aut fugiendis rationem ut sequamur monet:* (De finibus bonorum et maiorum lib. I). Expetenda verum ab homine sunt quae utilitatem aliquam animo vel corpori pariunt, dummodo tamen Dei atque Ecclesiae praeceptis non adversentur: fugienda autem' quae, sive certo damno esse habentur, sive .quae damni tantum suspicione onerantur. Igitur in sese a nimia honestorum bonorum cupiditate abstinendo, atque in improbis iniquisque facilioribus omnino effugiendis tota haec virtus consistit, cuius Ioannam Antidam Thouret insigni documento prae caeteris fuisse, concordi affirmatione, testes universi comprobant. Etenim heroidem nostram parentis amorem satis iam accepimus divina vocatione temperasse, bona huius aevi sprevisse, atque ut pauperes saturarentur, cibo quoque pernecessario se defraudasse : posthinc etiam mulierem hanc praeclarissimam illis virtutibus floruisse vidimus, quibus animi cupiditates continentur: nunc vero de iis agendum, quae in hoc tantum capite recenseri iure possunt, quaeque frustra locum suum alibi nanciscerentur, prouti patientia, sobria et frugalis vita, rerum temporalium contemptio, modestia demum, in quibus omnibus Dei Famula emicuit.

Itaque quod ad rerum externarum contemptionem spectat, dicendum est nihil a teneris unguiculis Dei Ancillam appetivisse, nisi tantum ea quae aeternae salutis rationem haberent, qua ex re pueriles levesque ludos omnino vitavit, colloquia vana nullique profutura effugit, mundumque, muliebrem praeter consuetudinem, despexit: «In casa paterna, ait XII testis, come ho detto nei surriferiti documenti... curava le cose domestiche e visse aliena dalle cose mondane, tutta dedita alle pratiche di pietà e di devozione ».

Quum vero adolevit ac institutum Sororum a caritate ingressa fuit, maxima tolerantia claruit vel asperae cuiusdam sororis, quae officii gratia praeerat, iussa patiendo, vel aegrotantantibus in nosocomiis ministrando, vel puerulas edocendo, vel insectationes quam plurimas aequo bonoque animo ferendo. Liceat ad rem XVII Testem evocare: « Vestì l'abito religioso la Serva di Dio e durante lo stesso noviziato le fu commesso l'uffìzio di curare le biancherie, uffìzio che compì con grande esat-

tòzza ed ebbe occasione di esercitarsi nella pazienza cristiana, giacché nell'uffizio suddetto s'incontrò con una suora di difficile carattere ». Et Testis XII inquit: « Quanto alla temperanza posso deporre secondo il mio convincimento che la vita di lei fu distinta per grande spirito di mortificazione che apparve altresì nella sua incessante assistenza agli infermi ».

Praeterea indoles ingenua, qua Dei Ancilla ad silentium inclinata videbatur, in fundamentum temperantiae, aetate corroborata, conversa est, iuxta D. Ambrosii sententiam: *Silendi patientia, opportunitas loquendi, et contemptus divitiarum sunt maxima fundamenta virtutum* (De officiis lib. I). Ceterum, e sacris Scripturis, omnibus patet in multiloquio nunquam deesse peccatum, utpote mendaciis, obtrectationibus, vanitati atque iracundiae facilior praebeatur occasio. Porro abundantia verborum nimiaque loquacitas contra hanc temperantiae virtutem acerrime adversantur: unde in S. Gregorii sententiam imus: *Ille scit recte dicere qui et ordinate novit tacere* (in Mora). Ast praeclarissima haec femina ad mentem III Testis celebranda est: ait enim: « Anche nella temperanza la Serva di Dio fu distinta, giacché era amante del poco parlare». Quid plura? sodalium sermones retundere curavit ne ab eis congregationis eventus haud indulgenter explicarentur. Id etiam frequentissimis uteris hortabatur, idque post secessionem sancivit, nil quod in Gallia reliquerat vel antea donaverat, a defectoribus repetendo. Ita XXXI Testis: « La stessa tradizione contesta che la Serva di Dio, avvenuta la separazione delle case di Francia dal resto dell'Istituto, non domandò nulla di quanto aveva dato alle predette case». Attamen non digna ab Archiepiscopo bisuntino eiusque fautoribus tulerat, sed tum maxime bene temperateque se gessit, si XVII Testi credendum esse censetis: « Per così fatte modificazioni volute dalla S. Sede l'Arcivescovo di Besanzone si rizelò e la casa di Besanzone ed altre in Francia per disposizione dello stesso Arcivescovo si divisero dal resto nostro Istituto, e l'Arcivescovo arrivò fino ad ordinare che non si ammettesse quindi innanzi la S. d. D. la quale ne fu grandemente afflitta, ma sopportò quelle gravi tribolazioni con eroica pazienza ed ammirabile rassegnazione ».

Non est igitur cur miremur, si Dei Ancillam, tot tantisque iam celebratam elogiis, etiam ob eius a cibo pctuque continentiam testes collaudant, cum haec profecto inferior sit, quae ad

corporis tantum commoditatem spectat. Quomodo vero se res habuerit discimus potissime a Teste XVII, cuius verba hic iuvat referre. « Fu assai parca nel dormire, giacché come si è detto dalle predette suore, spesso passava buona parte della notte in occuparsi pel vantaggio della Comunità. In refettorio la S. d. D. come mi riferì la sunnominata suor Vittoria, preferiva per sé il pane duro che poi fondeva nell'acqua. Il tenore della sua vita tutta intesa al bene altrui, lascia intendere lo spirito della mortificazione che l'animava. Sul momento inoltre ricordo aver letto nel sunnominato manoscritto di suor Rosalia che quando da persone esterne arrivava qualche dono di cose commestibili, ad esempio di paste, dolci, ella lo dispensava alle sue suddite senza neanche assaggiarle. Inoltre allorché la S. d. D. fu nella Svizzera nella Comunità dell'abb. Receveur vedendosi trattata con distinzione in fatto di cibo, pregò che si desse a lei quello stesso che si passava alle altre comunità ».

Ex his igitur, quae hucusque narravimus, inferendum nobis videtur, heroidem nostram maximam sibi laudem ex temperantia paruisse. Ipsa enim lubidines, quae praesertim animum exagitant, virtute cohibuit, nullos unquam tumores mente gessit, ac contra humanitate comitateque gratiosissima, benevolentiam omnium capta vit, utpote quae potentibus obsequentem ac officiosam, pauperibus autem amabilem, benignam et sociabilem sese exhibere consueverat. Haec sororibus tradidit, haec iussa reliquit: quid ergo hic plura de temperantia persequar, quid plura disputem quum prope omnem vim verborum eiusmodi, quae virtute ista digna sunt, consumpserim?

DE OBSERVANTIA VOTORUM

Ex his, quae in reliqua nostra oratione edidimus, ne hominem quidem dubitaturum fore censemus quin herois nostra theologicis ac naturalibus virtutibus ad obitum usque claruisset : quomodo vero divina consilia, quibus diligenter servatis ad sublimions perfectionis fastigium mortales attolluntur, Dei Ancilla assecuta sit, vos PP. AA. inter vos commentabimini.

Solito magis testes abundant, fidem insimul facientes, Ioannam nostram numquam a perfectioris vitae consuetudine, quam ex divina vocatione sibi ipsa elegerat, defecisse : « Mi consta, ait Testis I, per propria scienza, ciò che ho anche accennato

di sopra, che cioè la S. d. D. non soltanto si distinse per tutte le qualità di ottima superiora nel dirigere il nostro Istituto; ma ancora si porse un esemplare di perfetta osservanza delle nostre regole ». Neque aliter Testis II: « È un notorio nel nostro Istituto ed è costantemente tramandato dalla tradizione tuttora vigente che la Serva di Dio fu mai sempre un perfetto modello ed esemplare di osservanza dei precetti di Dio, della Chiesa, dei voti professati e di tutte le altre obbligazioni che la riguardarono, come cristiana, e come religiosa, sotto il quale rispetto ella fu sempre venerata dalle suore e da coloro che la conobbero ». Praeterea memoria dignum, quod et traditio docuit, Dei Ancillam, filiabus a caritate abrogatis dissipatisque, nunquam ab illis legibus, quibus sese sponte subiecerat, recessisse, nec religiosam exuisse vestem, neque pauperibus puellisque defuisse. Adest XII Testis, qui veracissimo sermone, sic rem adumbrat: «Soppressa poi per decreto della Convenzione anche la Casa delle Figlie della Carità, fu obbligata ad uscirne, ma ritenne sempre il suo abito religioso, e si recò a Besanzone, dove apriva una scuola gratuita per le giovanette e si occupò della cura dei malati ». Quod iisdem fere verbis a Teste XXII confirmatur: « La Serva di Dio fu obbligata ad uscire dall'Istituto delle Figlie perchè la rivoluzione ne soppresse le case. Essa però uscita di là non lasciò il suo abito religioso e seguitò ad esercitarsi nelle sue opere di carità proprie del medesimo Istituto ».

Liceat hic difficultatem antea occupare quam a sagacissimo Patre Fidei Promotore iam video opponi, Dei scilicet Ancillam levitate atque inconstantia forte peccasse cum, catholica fide in Gallus iterum instaurata, plerisque congregationibus iterum constitutis, Ipsa tamen, potius quam ad pristinam religionem rediret, sororibus a caritate instituendis alacrem operam dedisset. Ast in hac re praestat ipsam audire Testem XVIII dicentem: « Mi narrò poi la suddetta suor Chambrot, che il Vicario generale di Besanzone, ed un altro sacerdote, dei quali ignoro i nomi, esortarono la S. d. D. e le diedero il precetto di ubbidienza ad eseguire la fondazione del nostro Istituto. La S. d. D. da sua parte potette compiere l'ubbidienza datale, giacché essa tra le Figlie non aveva emesso alcun voto e scrisse alla Madre Generale delle Figlie per sapere se l'Istituto sarebbe stato ripristinato, e quando, n'ebbe in risposta che per allora non se

ne parlava e difatti l'Istituto stesso fu ripristinato dopo dodici anni dalla fondazione del nostro Istituto delle suore ». Ita igitur herois nostra liberatur, quae non eo consilio novam constituit congregationem ut vel inconstantiae seu levitati, vel etiam vanitati ac superbiae concederet, sed ut magis Deo serviret.

Sed iam de observantia votorum singulatim dicere oportet: vota vero nihil aliud esse intelligimus nisi usum exercitationemque consiliorum, quae Christus Iesus discipulis tradidit ut probi religiosique homines ad perfectionem virtutum facilius pervenirent. Inter haec procul dubio longe praestat paupertas, quae a studiis huius saeculi animum hominis revellit, eumque ad sublimiorem conditionem extollit, quo expeditius cum Deo coniungi possit, arboris instar, quae eo magis ad sidera elevatur, cuius ramorurn copia minus contra terram diffunditur. Itaque, si perconteris quo cultu, vestituque incederei Ioanna Antida nostra, reponam: ipsam paupertatis imaginem, si pingi posset, foeminam hanc praeclarissimam in se ipsa expressisse. « La Serva di Dio, ait Testis II, soppresse dal governo civile le case dell'Istituto delle Figlie della Carità, si recò nel suo paese nativo vestita di abito da donna secolare e mendicando pei luoghi che le convenne transitare ». Alias etiam, ne a Deo descisceret eiusque legibus refragaret, diuturnam inediam forti animo tulit, prouti idem testis refert: « Neppure i rivoluzionari la risparmiarono, e manifestando contro di lei il loro odio non lasciarono di perseguitarla fino a minacciarla di fucilazione. La Serva di Dio vedendosi esposta al duro cimento del pericolo della sua vita, si fuggi in luoghi di campagna, dove raminga e solitaria passò circa 10 mesi ridotta a rifocillarsi di solo pane ed acqua ». Ceterum paupertatem valde diligebat sororibusque saepe commendare consueverat: ita Testis XVIII: « anche in riguardo alla povertà raccomandata dalla regola ella esortava alla fedele osservanza, anche delle cose minime ». Et Testis XXXI subdit: « Fu essa assai severa con se stessa in fatto di trattamento personale e fu amantissima della povertà che praticava e raccomandava con zelo alle sue figlie ».

Quid de heroica castitate proferamus? puella adhuc, Deo Optimo Maximo virginitatem piam dicavit, carnis incitamenta retudit, nuptiarum demum argumenta plus semel Ipsa vehementer reiecit. Ad rem sat erit adiungere quae X Testis edidit: « Intesi dalle summentovate suore che la Serva di Dio stando

nella sua casa paterna soffrì tentazioni a mal fare da parte di una donna addetta al servizio di casa, ma essa la S. d. D. non si fece imporre nè si lasciò vincere da quelle tentazioni » : et paullo post : « Servendo gl' infermi, vi fu un tale medico per quanto mi pare ricordare, il quale spinse la S. d. D. ad impegnarsi piuttosto nello stato del mondo, ma ella non curò affatto quella insinuazione e la disprezzò ». In tentationibus vero ad castitatem conculcandam adhibitis, suis ipsius viribus, quamquam validissimis, nunquam se temere commisit, neque sibi fortitudinem adscivit, sed, ad mentem tot illustrium Ecclesiae doctorum, de rebus suis pertimuit ac fuga salutem petivit, utpote quae certum haberet in certamine huiusmodi non inconsiderate obstantem, sed caute fugientem fore coronaturum. « In un ospedale, utor verbis Testis XIII, al quale essa assisteva ebbe la Serva di Dio a soffrire una tentazione da parte di una giovane che la spinse a secolarizzarsi, e la Serva di Dio resistette fortemente, e scrisse alla sua Superiora Generale perchè potesse lasciare quello ospedale ». *Maius enim,* ait venerabilis Beda, *miraculum est de came propria- fomitem eradicare luxtiriae, quam expeliere immundos spiritus de corporibus alienis* (in coll. patr.). Ast conspicua virgo hanc etiam haud facilem laudem sibi comparavit, si dictis III Testis acquiescemus: « In fatto di vita e di costumi depongo con convincimento per le suindicate cause di mia scienza che la S. d. D. fu un angelo, come pure depongo che nell'esercizio delle suddette virtù perseverò costantemente Ano alla morte ».

Reliquum est ut de obedientia atque humilitate Dei Ancillae nonnulla dicamus. Nemo ignorat obedientiam bifariam dividi, hominis scilicet ad Deum, et hominis ad hominem: utramque veluti habitum accipimus praeceptis omnibus parendi, quae a ratione proficiscuntur. Ratio ultima obedientiae huiuscemodi est Dei voluntas, quae ad mentem Hugonis abbatis, in hoc tantum consistit ut nihil ei, sed ipse omnibus praeferatur. Quamobrem nemo sit qui non putet Dei Ancillam maximis exornandam esse laudibus utpote quae, adeo in teneris annis, divinam voluntatem assequi consueverit, cui et naturale obsequium parentis substravit, nuptias oblatas reiiciens, ac religionem quam confessarius statuerat ingrediens. Atque etiam in congregatione Filiarum a caritate obedientia claruit; narrat enim Testis II: « Fu ammessa al noviziato durante il quale si distinse come perfetta

esemplare di virtù da essere di edificazione a tutta quella comunità ed aggiungo, che avendo avuto maestra del noviziato una suora molto severa, la S. d. D. in nulla mai fece qualsiasi lamento ». Postquam vero Filiarum a Caritate societatem per vim reliquit nec tunc absque obedientia vivendum esse cogitavit, quamvis vincula quibus, iam obnoxia erat, temporum necessitate soluta essent; at contra consilio maiorum semper et ubique cessit. E multis itaque, quae proferre testimonia possumus, unum, licet longiusculum, apposite seligimus, in quo, primo adspectu, intueri potestis ea omnia, quae Ioanna Antida nostra effecit ut debitam Deo ac superioribus ecclesiasticis obedientiam exhiberet. Docet enim laudatus Testis II : « Dalla sua enunciata tradizione tramandataci dalle suore contemporanee della S. d. D., tra le quali ricordo specialmente suor Vittoria Bartholemont stata Provinciale nella Savoia e la fu suor Elisabetta che fu la prima compagna della Serva di Dio, allorché questa cominciò 1' opera della fondazione del nostro Istituto, ho appreso che la S. d. D. essendo nella Svizzera s'incontrò ivi con due Vicarii generali di Besanzone esuli per la rivoluzione dominante in Francia i quali l'esortarono a ritornare a Besanzone, ed ivi aprire una scuola per l'istruzione della gioventù, assicurandola che sarebbe stata tranquilla anche da parte della rivoluzione. Di quei due Vicarii ricordo soltanto un tale Bacoffe, il quale fu poi direttore della S. d. D. e dell'opera da lei fondata. La S. d. D. ubbidì e restituitasi al suo paese nativo in Besanzone prese in fìtto una casa, ivi aprì una scuola per le fanciulle e per tre mesi continui essa sola si occupò d'istruire le fanciulle, che di giorno in giorno crebbero di numero, sino ad addivenire affollata la scuola stessa, giacché fu riconosciuto a prove di fatti assai profìcua e di grande vantaggio alia Chiesa ed alla società. Quello poi che fa meraviglia si è che la S. d. D. senza mai stancarsi oltre all'attendere alla sua scuola sapeva trovar tempo di visitare ed assistere agli infermi, ai quali prodigava ogni sua cura caritativa, aiutandoli colle medicine ed altri mezzi curativi, le quali due opere, quella cioè della scuola e quella dell'assistere agli infermi ebbero tale un successo, che gli slessi amministratori delle opere di beneficenza commisero alla S. d. D. la distribuzione delle medicine e degli altri soccorsi agli ammalati. A capo dei detti tre mesi, si unì alla S. d. D. la sunnominata suor Elisabetta, e indi a poco altre due: per lo

che potette la S. d. D. sempre colla direzione e consiglio del predetto Vicario Bacone allargar sempre più le sue opere. Essendo intanto angustiata di spirito la S. d. D. e non sapendoche fare ove ripristinandosi l'Istituto delle Figlie della Carità, fosse stata da queste richiamata si rivolse al suo direttore spirituale che non so se fosse stato il Vicario Bacone od altri, e il direttore le fece intendere, che essa non era vincolata da verun voto all'Istituto delle Figlie della Carità, e realmente come è un notoria nel nostro Istituto la Serva di Dio durante i cinque anni in che stette presso le Figlie della Carità non fece verun voto stante il difetto della sua età e che queste invitate altra volta, non avean voluto accettare l'invito di mandare suore in Besanzone per uno stabilimento pel quale esistevano i fondi, quindi conchiuse lo stesso direttore, stesse ella tranquilla seguitando a fare l'opera intrapresa, lasciandosi guidare dall'obbedienza. A così fatta risposta la S. d. D. si acquietò e giusta l'obbedienza attese a dilatare l'opera sua aprendo nuove case. Ed è un fatto contestato dalla tradizione e dalla storia del nostro Istituto che la Serva di Dio approvatasi dal suo direttore, come ho detto, l'opera, che aveva essa incominciata dall'll Aprile 1799, epoca del cominciamento dell'opera stessa, al 1810, fondò circa quaranta case in diverse città, oltre le diverse parti della Francia, anche nella Savoia e nella Svizzera e tutte le predette case, è anche un notorio che riescirono di grande vantaggio alla Chiesa ed alla Società e furori sempre apprezzate grandemente dai cattolici, e dagli stessi politici ». Neque regulas novae congregationis ex lubidine magis quam ex obedientia finxit, nam « all'esortazioni (inquit Testis III) dei succennato Vicario Generale scrisse le regole del suo Istituto, regole che furono poi approvate dall'Arcivescovo di Besanzone, il quale fu il Superiore Generale dell'Istituto stesso, e le regole medesime furono altresì munite della sanzione civile ». Progressu vero temporis, regularum assensum a Romano Pontifice petivit obtinuitque, sed et immutationibus, quae illius auctoritate allatae fuere, humillime se subiecit, quod XIV Testis confirmat. « È un notorio nei nostro Istituto che la S. d. D. durante il Pontificato di Papa Pio VII di s. m. ottenne che le regole del nostro Istituto fossero approvate dalla S. Sede. Il prelodato Pontefice nell'approvarle volle che le case del nostro Istituto dipendessero non più da un Superiore Generale, ma dai rispettivi Ordinarii dei luo-

<?hi, e che i voti durassero finché le suore persistono nell'Istituto. Queste modificazioni produssero gravi tribolazioni alla S. d. D. giacché l'Arcivescovo di Besanzone credette che essa]a S. d. D. avesse proposte quelle modificazioni e ne venne che le case di Besanzone si scissero dall'Istituto nostro. Nel soffrire le quali tribolazioni la S. d. D. come ho inteso si distinse per grande umiltà e rassegnazione».

Humilitas est virtus tantummodo eorum, qui Christi leges sequuntur, caput et fundamentum ceterarum, quae pro nihilo sine ea habendae sunt, etiamsi bene de humano genere melitae fuissent. In hac etiam claruit Ioanna Antida nostra, quae omnibus se viliorem et inferiorem intimo cordis affectu credidit et factis ostendit. Liceat hanc rem a testibus comprobari ; ait enim Testis III: «Relativamente all'umanità depongo, che essa abboni sempre da qualsiasi fasto, e fu sempre rispettosa e di ottimi modi con tutti indistintamente: soleva sempre la S. d. D. raccomandare la povertà e la semplicità in tutto, e della povertà e semplicità essa si porse esempio delle sue suddite ». Et Testis XVII: «Nella umiltà la Serva di Dio si distinse moltissimo, giacché secondo ho rilevato da quanto me ne hanno narrato le predette suore ella non mostrò mai di avere qualsiasi attaccamento alla propria opinione. In riguardo alle sue suddite non si denominò mai superiora qua l'era, ma loro madre carissima; mostrava verso le sue suddite tale un'affabilità, carità e dolcezza, che le suore l'amavano teneramente e la frequentavano con trasporto. Nelle regole ella scrisse che debbono le suore nelle sale degli ospedali cui assistono salutare i poveri e gli infermi che vi si trovano ». Sed heroidis nostrae humilitas insignis valde refulsit in oppositionibus, quas Episcopus bisuntinus adversus eam iniuria conflavit. Testis enim XII monet: « Queste modificazioni fatte dalla Santa Sede arrecarono da. parte dell'Arcivescovo di Besanzone gravi molestie alla S. d. D. riputando erroneamente che questa aveva proposta la modificazione relativamente al Superiorato Generale. Intanto la Serva di Dio sopportò assai virtuosamente quelle molestie distinguendosi per eroica rassegnazione, per grande umiltà ». Cui XXXI subdit: «La Serva di Dio allorché si presentò alla porta della casa di Fondazione in Besanzone per comunicare le regole coll'approvazione del Papa, avendo saputo che per disposizione di quell'Arcivéscovo non poteva essere ricevuta, non insistette,

ma con grande umiltà rassegnandosi si' ritirò. In tale incontro la Serva di Dio die chiare prove di eroiche virtù, la cui fama vige colà anche nel presente ».

Quoad tandem votum, quod dicitur speciale, aegrotorum curam nunquam praetermisit, vel post abrogationem Filiarum a Caritate, vel in furore gallicae seditionis, etsi non sine vitae discrimine, vel domi, vel in exteris regionibus; idque amplissimis testimoniis asseritur. Audite quaeso Testem II: « Dalla medesima tradizione ho pure attinto che la S. d. D. soffrì moltissimo da parte dei rivoluzionari allorché si sviluppò la rivoluzione francese, nei gravi mali ai quali andò esposta insieme alle altre suore scacciate dalle loro case, essa fu costantemente ferma neh' adempimento de' suoi doveri cristiani e religiosi. Tuttoché perseguitata dai ribelli e minacciata nella vita non tralasciò di adoperarsi in servizio dei malati ». Neque aliter Testis X: «Soppresso dalla rivoluzione l'Istituto delle Figlie della carità, la Serva di Dio si recò nella sua casa paterna, per quanto ricordo aver inteso dalle predette persone, ed ivi seguitò a praticare le opere della carità malgrado le vessazioni che le fecero i Giacobini. Non'potendo continuare la sua dimora in Francia per declinare gli sforzi dei rivoluzionali si recò nella Svizzera, dove si unì con una pia signora, di cui ignoro il nome ed in compagnia di lei continuò le sue opere di assistenza e cura degli infermi e della istruzione della gioventù femminile ». Ex his igitur, quae in hoc capite *de observantia votorum* difîusius enarravimus, constat Ioannam nostram sororibus insigni exemplofuisse ac futuram esse.

DE FAMA SANCTITATIS IN VITA

Heroicarum virtutum lumina quae praegressa demonstravit oratio, nunquam profecto Dei Ancillam adeo inflarunt ut illarum notitiam per orbem proferri ac propagari permitteret, ventosissimi nebulonis instar qui dotes, quibus miserrime laborat, tumidis crebrisque sermonibus ad sidera tollit. Quomodo vero tot praeclarissimae mulieris officia, tot in genus humanum merita ac beneficia nullo aetatis, gentis, sexus discrimine poterant silentio praetermitti? Fama bonorum alicuius facinorum ubique vulgata, ceteris documento esse debet, ut ad imitationem alliciat, nam ad sensum d. Hieronymi: *Opera salutis, sine fama*

boni odorisi non satis relucent auditoribus. Verum bonus Christi odor ita ex illius factis redoluit ut benignum tantae ac tam beneflcae feminae straverit iter, unde reges et episcopi in suas regiones ac provincias eam certatim invitarent, eius operam Romanus ^Pontifex, totius ecclesiae magister et caput, posceret, egeni et pauperes adamarent, omneque genus populorum laudibus amplissimis celebrarent. Ex actis namque edocemur: « Come consta a me stessa, ait, I Testis: parte per propria scienza e parte perchè è un notorio del nostro Istituto la Serva di Dio oltre alle case che aprì nei luoghi riferiti nel rispondere all'interrogatorio 20 fu voluta e chiamata dal re allora in Napoli Gioacchino Murat perchè aprisse anche in Napoli case dell'Istituto, e diffatti ricevette dal detto Sovrano la nostra casa di ***Regina coeli*** stata già delle monache Rochettine soppresse, ed ivi fu aperta la predetta casa anche con la piena intelligenza ed autorizzazione dell'autorità ecclesiastica diocesana. Aperta la stessa casa la medesima Serva di Dìo che in detta casa ebbe domicilio fu chiamata a mandare le sue suore in vari stabilimenti allora già esistenti in Napoli, come l'ospedale degli Incurabili, il reale educandato dei Miracoli ed altri, i cui nomi ora non ricordo. È altresì un notorio che l'opera delle nostre suore e il modo come esse si sono sempre condotte sotto la direzione della Serva di Dio è stata sempre elogiata come grandemente profìcua alla Chiesa e alla Società ». Et Testis II: « Secondo la predetta tradizione la Serva di Dio nel 1810 ebbe l'invito dalla madre dell'Imperatore dei francesi a nome Letizia, alla quale si era diretto il ministro di Napoli per avere suore, che assistessero all'ospedale degli Incurabili, di cui il governo civile vedeva lo stato infelice, di recarsi in Napoli ». Eadem testis praecipue aestimationis omnium erga Dei Famulam memoriam usurpât: « La Serva di Dio in vita godette fama di santità a motivo delle sue luminose virtù, e questa fama ella godette non soltanto nel nostro Istituto generalmente, ma sì pure presso persone esterne di ogni grado, ceto e condizione, specialmente presso persone nobili ed altolocate, e presso dignitarii ecclesiastici, vescovi, prelati, canonici, parroci, come presso ecclesiastici in generale, i quali hanno sempre ammirato il gran spirito di carità da cui fu animata la S. d. D. nell'impiantare e mandare ad effetto le sue opere. Il fu Mgr. Narni Arcivescovo di Cosenza, stato confessore allorché era semplice

prete nella nostra casa di Regina Coeli in Napoli è stato anche confessore della S. d. D. ebbe in grande opinione di santità la S. d. D. secondo rilevasi da varii autografi che si conservano nell'archivio in Roma presso la nostra casa generalizia ». Ex his igitur constat non tantum rusticanos homines et populum ineruditum hanc de heroide nostra opinionem fovisse, sed et viros doctrina, prudentia, genere et dignitate praeinsignes praeclare de ea sensisse.

Supervacaneum fortasse erit asserere Ioannae Antidae famam, semper dum vixit, apud sorores floruisse, ast maxime ad rem confert animadvertere quod et ipsae sodales, quae a consuetudine illius per iniuriam discesserant, constanter tamen eam plurimi habuerunt: « Dalla nostra suor Clarice Mantelli, ita Testis VIII, tuttora vivente, stata contemporanea della Serva di Dio intesi che la Serva di Dio in vita fu amata e stimata e venerata, sia dalle suore del nostro Istituto sia dalle persone esterne che la conoscevano; e ciò derivò dal bene che essa operò colla sua grande carità ». Et Testis III subdit: « Secondo ho rilevato dalla detta tradizione la Serva di Dio in vita godette fama di santità a motivo delle sue virtù presso il nostro Istituto. Quanto poi alle case di Francia le quali si staccarono dal detto nostro Istituto ho già detto di sopra quello che avvenne in seguito delle modificazioni fatte delle nostre regole dalla S. Sede. Ora aggiungo che nulla mai ho inteso dire in contrario della predetta fama della Serva di Dio presso quelle case ancora disgiunte dal nostro Istituto. La stessa fama di santità perseverò costantemente in morte della S. d. D. e questa fama si estese anche fuori il nostro Istituto presso coloro che conobbero la Serva di Dio e ne ammirarono la carità ». Nec aliter XXXII Testis: « Anche nei surriferiti sensi ho inteso elogiare la stessa Fondatrice in generale dalle suore che aveano conversato colle contemporanee della Fondatrice, tra le quali contemporanee ricordo specialmente la suor Dorotea Mongein stata superiora generale di Besanzone ».

Neque hoc, PP. EE., miramini: Dei Ancilla iam inde a pueritia sua, ob insignem pietatem ac flagrantissimam caritatem, quae introspiciebatur, in aestimationem vicanorum venerat, prouti concordes asserunt testes, inter quos XXVIII inquit: « Ipsam, fama dicit, servam Dei mulierem praeditam spiritu pietatis et devotionis adeo ut a primis annis contemporáneos suos

etiam parvulos admiratione affecerit Inibi adhuc existit, ut traditio docet cubiculum in quo S. D. annis primae suae iuventutis tempus omne quod ei supererai a domesticis curis orationi impendebat ». Et Testis XXIX: « Nella mia gioventù ricordo con precisione che il fu mio avo paterno stato contemporaneo della S. d. D. Suor Giovanna Antida Thouret me la nominava con elogio di esimia pietà, dolcezza e di sommo amore alla solitudine. Per le quali doti ella godette il rispetto di tutti i suoi contemporanei, che avevano per lei venerazione; le quali notizie in lode della detta S. d. Dio ho altresì attinta dalla tradizione sempre costante in Sancey-le-long e tuttora tramandano la stessa tradizione molti vecchi di colà coi quali ho parlato ». Quis ergo nos latius atque inflatius tantam feminam commendasse arguet, si cum XV teste orationem hanc terminare auderemus? « La S. d. D. in vita godette, a motivo delle sue luminose virtù fama di gran santità nel nostro Istituto e in tutti i luoghi dove essa fu conosciuta presso tutti i ceti».

DE DONIS SUPERNATURALIBUS DEQUE MIRACULIS IN VITA

Tantam ac incredibilem famam non solum perspecta mulieris praeclarissimae sanctitas, sed etiam prodigia, quibus Deus sanctitatem hanc ipsam adstruere voluit, conciliarunt. Prorsus mira Ioannae Antidae Thouret enarrantur atque haec quidem ab idoneis testibus sacramento confirmata. Nos praecipua seligimus. Insigne prae ceteris donum vaticina in Dei Famula extitisse Testis II renuntiat: «Mi narrò, ait ipsa, in un'apposita lettera suor Enrichetta, di cui non mi sovviene ora il cognome, al presente defunta, che la Serva di Dio essendo essa suor Enrichetta fanciulla domandò al Padre di lei se volesse darle quella fanciulla, ma il Padre si rifiutò dicendole che la voleva per sé. Alla fanciulla stessa fece pure la medesima domanda la S. d. D., interrogandola cioè se volesse andare con lei, e raccoltane la risposta negativa, le soggiunse che un giorno sarebbe andata con lei, ma che ella allora non l'avrebbe trovata. Il fatto fu che suor Enrichetta dodici anni dopo il detto discorso della Serva di Dio tornò nel nostro Istituto, essendo già passata agli eterni riposi la Serva di Dio. Non conservo più la lettera di suor Enrichetta perchè avendo poi letta la stessa notizia nella vita della S. d. D. scritta in Francia, credetti inutile

conservare la lettera stessa che lacerai ». Etiam X Testis idem fere enarrat. « In comunità intesi che la S. d. D. a suor Vittoria Barthelemont, quando era ancora giovane educanda, annunziò che il suo nome sarebbe stato quello di Vittoria, perchè avrebbe riportate molte vittorie su coloro che ne sarebbero stati contradittori, ciò si verificò durante la vita di essa suor Vittoria ».

Scientia praeterea bonisque uteris imperitam heroidem nostram accepimus, qua de re summopere admirati haec cum animo nostro volvimus. Quis virgine hac rurigena melior fidei mysteria ita edocuit, ut eruditissimis quoque praestitisset? Praecitata Testis II nodum solvit: ipsam audite: « Dalle predette suore intesi anche dire, che quando la S. d. D. fu nella sua solitudine, in cui si occultò per tredici mesi affine di sfuggire le persecuzioni dei rivoluzionari, più volte le apparve un bel ragazzo, e questo un giorno le comunicò istruzioni intorno ai misteri della Trinità e dell'Eucaristia». Quid multa? Narratur: « che durante il tempo della sua fuga la Serva di Dio fu ospitata da una pia signora, e volendo andar via dopo due giorni da che la stessa signora l'aveva accolta, questa al sentirla si mostrò dispiacente che la S. d. D. voleva ritirarsi e le fece intendere che il Signore la guidava, giacché nella notte quando l'aria era ottenebrata, aveva veduta una luce che riverberava sul tetto della stanza dove era essa la Serva di Dio sunnominata ».

Saepe etiam aegrotantes, de quibus desperabatur, inefficacibus etiam remediis adhibitis, contra morbi naturam prodigialiter sanitati restituit, uti refert II Testis: « Mi riferì la sunnominata fu suor Vittoria Barthelemont stata provinciale della Savoia, che la S. d. D. nostra Fondatrice assistendo agli infermi ne aveva guariti parecchi da mali naturalmente inguaribili e d'ordinario li guariva dando loro delle medele che non potevano produrre l'effetto della guarigione, ciò che formava una meraviglia anche pei medici che assistevano quegli infermi ».

Mirabile quoque et ultra vires naturae XIV Testis edidit: « Mi narrò la sunnominata suor Antonietta Fuilier, la quale assisteva alla S. d. D. nostra madre, che essendo questa una volta inferma, le chiese una bevanda calda, ma suor Antonietta non aveva in quel momento come accendere il fuoco essendo allora notte. Rammaricata lo riferì alla S. d. D. la quale le disse:

Preghiamo le anime del Purgatorio. Suor Antonietta pregò ed avvenne che fuori ogni sua opinione si trovò in mano un lume, che ignorò quale fosse stato precisamente, e così potette soddisfare al bisogno della Serva di Dio. Suor Antonietta mi parlò di tale avvenimento come di cosa prodigiosa ». Breviter haec innuisse sufficiat: fortasse quis dixerit Ioannam Antidam a Deo excellentibus supernaturalibus donis non fuisse insignitam ?

DE PRETIOSO OBITU SERVAE DEI DEQUE CONCURSU AD FUNUS ET SEPULCHRUM

Quem Deus inter omnes homines ad splendida facta elegerit, haud dubio et ipse, monendo, idem ac in vita, exemplum praebebit, iuxta D. Augustini sententiam: *Non potest male mori qui bene vixerit* (de Doct. Christ.). Admirabilem itaque Dei Ancillam, quam adhuc vivam virtutibus praestantissimis effulgentem vidimus, novum magisque praeclarum molientem triumphum hic morti proximam prospiciemus. Sed ne gratis asserere videamur, graviora ex documentis colligere liceat.

Mense maio anno 1826 Dei Ancilla repentina apoplexi Neapoli percussa fuerat eademque aegrotatio die 24 subsequentis augusti novatur cum ipsa aetatem sexaginta annorum et amplius iam absolvisset, ac infeliciter acerrimi morbi indoles statim mortem immaturam adduxit. Verum tota illius vita diligentissima ad mortem omni temporis momento praeparatio fuerat, ne sponsus cum improviso adesset, eam imparatami inven iret. « La S. d. D. Thouret, ait Testis XII, morì il 24 Agosto 1826 nella casa di -*Regina Coeli* in Napoli di apoplessia, che la colpì nel Maggio precedente; malattia, che rallentò, sì che e la stessa S. d. D. si riebbe, ma nel dettò Agosto le si ripetette e la finì. Prima di soffrire l'ultimo attacco del male ella attese con gran pietà a compiere le opere ingiunte per il giubileo concesso da Leone XII ». Morbo autem insaeviente, nullaque iam salutis spe relicta, divinae, sese voluntati conformavit, prouti habetur a teste VIII: « È un notorio che la Serva di Dio morì nella nostra casa di *Regina Coeli* il 24 Agosto 1826 di apoplessia con profonda rassegnazione e con grande pietà ». Eiusdem quoque pietatis documentum affert Testis XIII, quae a Sorore Victoria Mantelli, ad obitum Dei Famulae adstante, suscepit: « La fu vostra suora Vittoria Mantelli stata contemporanea della

S. d. D., mi riferi, che quantunque questa oppressa dalla forza del male non potesse parlare, pure dal suo atteggiamento si vedeva chiaro il fervore della pietà da cui era animata ». Quamobrem pie ac devote extremo codesti pabulo animam refecit, ac oleo sancto recreata est: quid plura? mirabile signum in ore morientis apparuit, ex quo adstantes putarunt Dei Ancillam praeclarissimum statim, post obitum, ad coelum, spreto corpore, evolasse. « Intorno alla morte della S. d. D., ait Testis II, ricordo avermi riferito suor Melania Mantelli, morta un tre anni fa, che essendo stata presente alla morte della Serva di Dio nell'istante in che questa rese la sua anima a Dio, vide co' suoi occhi come un globo luminoso sul letto, che presto si dileguò ». Ceterum X Testis, uno verbo, omne quod de morte illius dici potest, complexa est, cum praetiosum sanctorum instar obitum heroidis nostrae fuisse, sacramento asseruit: «Da quello poi che in generale ho inteso la morte di lei fu preziosa come quella dei santi ».

Quoad funus ac inhumationem corporis, verba profundere haud utile puto: sat erit ea referre quae inter alios edidit Testis III: « Morta la Serva di Dio ne fu esposto il cadavere nella sua stanza, e al mattino immediatamente vegnente, come vidi io stessa, ne fu fatto il ritratto ad olio dal pittore. Indi fu il cadavere trasportato ed esposto nella nostra chiesa di *Regina Coeli,* dove le si fecero solenni funerali. Durante la quale esposizione, io vidi, che accorse uno straordinario numero di fedeli di ogni ceto, grado e condizione, i quali furono spinti dalla gran fama di santità della Serva di Dio. A capo di due giorni, a quanto mi pare ricordare, lo stesso cadavere fu sepolto sotto il pavimento della cappella dedicata all'Immacolata in detta chiesa: cappella, che è la terza a sinistra di chi entra dalla porta, e il sepolcro è allato dell'Evangelio dell'altare in detta cappella: il sepolcro stesso fu coperto da lapide di marmo in cui è incisa un'iscrizione latina, che riferisce i connotati della Serva di Dio ». Huiusce vero inscriptionis hic tenor est:

P t G

E V

IOHANNA ANTIDA THOURET
ISTITVTI CARITATIS GENERALIS FVNDATRIX MODERATRIX
POSTQVAM OMNES MORTALIS SVAE VITAE DIES
DEO INSERVIENDO
ET PER SE ET PER ALIAS CONSECRAVIT
POSTQVAM E GALLICANIS TERRIS
OMNIVM AEDIFICATIONE CONGREGATIONIS SVAE ET SORORES
ET RVDIMENTA HINC PERDVXIT
OMNIVM LVCTV
AN. NATA LXI OBIIT VIII KAL. SEPTEMBRIS
SORORIB. AC FILIABVS SVIS OMNIVM
MATER BENEMERITA TVMVLATA FVIT
AN. D. MDCCCXXVI.

Late ad sepulchrum gentes populique concurrunt, illius tam ardentis caritatis benevolaeque humanitatis participes, beneficiorum memores, virtutum imitatores, sorores praesertim a caritate, quarum vita ac vires, instar arabae phoenicis, ab exuviis amantissimae matris procul dubio excitantur : « Spesso, ait Testis III, sono solita di visitare il sepolcro della Serva di Dio, e raccomandarmi a lei, e allo stesso sepolcro sogliono accedere, come ho veduto, anche altre suore, pure quelle, che da altre città si sono recate in Napoli. Il detto accesso è cominciato dall'epoca dello interro del cadavere e perdura tuttora ». Ceterae testes eadem asserunt, eadem etiam Testis XII quem sacerdotem esse novimus: « Allorché nel 1890 venni alla casa di *Regina Coeli* per aver notizia dei documenti occorrenti per pubblicare la vita delia Serva di Dio, posteriormente ritornato per altre volte ho visitato il sepolcro della S. d. D. ». In recognitione vero corporis Servae Dei habita ab Episcopo neapolitanae dioecesis die 26 Martii 1895, maximus sororum numerus adfuit, uti docet Testis XV: « Lo stesso cadavere, me presente, fu in Marzo prossimo passato riconosciuto canonicamente da. questa Curia arcivescovile, la quale lo ripose nel suindicato sepolcro dove tuttora giace. Cosifatta ricognizione fu eseguita a porte chiuse e vi furono presenti tutto l'educandato, moltissime

nostre suore venute pure da paesi lontani, da Roma e da altri luoghi ».

Ast de reliquo, huius eximiae mulieris sepulchrum omnis terra est et monumentum non tantum inscriptio in tumulo, sed etiam non inscripta memoria, qua in mentibus hominum, non in tumulis ex coacervata materia confectis, firmius commoratur.

DE FAMA SANCTITATIS POST OBITUM

Haec loci celebritas et consentiens defunctae mulieris laudatio omnium vocibus repetita non defuit tractu temporis, sed maior atque illustrior ad hos usque dies affecta est. Ad hanc rem II Testis refert: « La predetta fama si mantenne costantemente in morte di lei e dalla morte in oggi debbo deporre per quello che a me consta personalmente, che la medesima fama è andata sempre crescendo ; giacché sonosi verificati dei prodigii ad intercessione di lei domandandosene le imagini. Che se questa causa di beatificazione e canonizzazione non è stata promossa per l'addietro, ciò lo è stato unicamente per le condizioni dei tempi, non mai perchè sia venuta meno la fama surriferita sia presso il nostro Istituto, sia presso coloro generalmente che ne hanno avuto cognizione ».

Neque haec ineluctabilis opinio heroicarum Ioannae Antidae virtutum homúnculos tantum ineruditos, credulamque plebem pervasit, sed una vox fuit omnium, etiam prudentissirnorum virorum. Hi omnes Virginem hanc insimul sanctam habuerunt et habent eamque coelestium honores quam cito assequi desiderant. Quod ex processu constat: nam ita Testis II locuta est: « Nella diffusione delia quale fama le Suore del nostro Istituto non hanno influito per nulla, giacché hanno voluto sempre commettersi alla divina provvidenza, la quale segnatamente in questi nostri tempi ha dato l'impulso a promuovere, questa causa, che generalmente è giudicata degna di essere menata innanzi. L'attuale protettore del nostro Istituto l'Emo Cardinal Parocchi Vicario di S. Santità è stato il primo a dare l'impulso al cominciamento di questa Causa, che egli giudicò meritevole di essere introdotta, e così pure ha giudicato un altro Emo Cardinale appartenente alla S. Congregazione dei Riti, del quale però non ricordo il nome e cognome. Io stessa, per quello che ne

ho conosciuto, ho sempre avuta, ed ho la S. d. D. nostra Fondatrice come una gran santa, e debbo deporre che tutto quello che ho deposto in lode di lei è molto inferiore al concetto, che ne ho; essendo pienamente convinta che ella ostata due volte martire, per quello che soffrì da parte della rivoluzione e perchè si consumò tutta per la gloria di Dio e per il bene altrui ».

Ceterum, fama sanctitatis, de qua sermo est, et quam nuper ad nostros dies integram atque intaminatam pervenisse vidimus, tribus aetatibus praescribenda est, tempori nempe, quo herois occubuit: subsequentibus annis: praesenti denique aevo quo nova luce refulget, propter ordinarium canonizationis processum paulo ante Neapoli confectum. Itaque, quod ad prisca tempora attinet, haud absurde memoria dignae sunt professiones eorum, qui cum illa vitam duxerunt, prae ceteris conterraniorum, apud quos indelebilis adhuc extat memoria eius, si Testi XXVIII credendum fore censetis, qui hisce verbis de fama praeclarae virginis testimonium perhibuit: « In praefata paroecia, prout ex certa scientia mihi constat Serva Dei Thouret fama gaudet sanctitatis et inibi erga eam veneratio viget et viguit; adeo ut sive pii, sive etiam illi, qui pietate non praestant, illam invocare non desinunt ». Quid plura? Testem XXIX attente audite : « Nel mio Paese la Serva di Dio ha goduto sempre fama di donna veramente straordinaria, ma non se ne parlava di proposito perchè non se ne presentava l'occasione. Da che poi furono domandate a' miei compaesani le notizie della vita di lei, ciò che fu un 10 anni fa, la fama e l'opinione intorno alla Serva di Dio fu messa in piena luce, ed al presente, debbo deporre che ella presso noi gode esplicita fama di santità ». Eamdem sanctitatis famam apud sui ipsius Sodales Dei Famula meruit prouti fidem facit XV Testis: « Io nel 1841 entrai nellTstituto delle suore di carità e fui ammessa nella nostra casa di Santa Margherita in Vercelli dove feci il mio noviziato. Ivi la Superiora, fu suor Antonietta Rollier, mi nominò la S. d. D. nostra fondatrice suor Giovanna Antida Thouret, che mi disse essere stata una gran santa, e della stessa fondatrice la Rollier fu contemporanea. Inoltre mi parlarono successivamente della stessa S. d. D. anche altre suore, state contemporanee, tra cui ricordo la vivente suor Clarice Mantelli e la fu sorella di lei suor Melania e tutte mi elogiarono la S. d. D. come vera santa dotata di straordinaria carità; ed aggiungo, che in generale mi

è stata successivamente nell'Istituto elogiata la medesima Serva di Dio come vera santa, di guisa che posso deporre per propria scienza, che dal mio ingresso nell'Istituto sin'oggi la fama della santità della Thouret, si è mantenuta costantemente ». Neque silentio transeam quae sororem Claricem Mantelli dixisse tulit XII Testis. Ait enim: « La sunnominata suora Clarice Mantelli da me consultata, parlandomi della morte della S. d. D. mi scrisse le seguenti parole alludendo alla Serva di Dio — Ci lasciò orfani, ma dal cielo ci assiste e conforta — ».

Neque labentibus annis fama minuitur mediaque laus obteritur. Res tamen leviter perstringamus. Sat erit ea memorare, quae III Testis protulit, ea quibus aperte patet, non solum apud sorores, quae cum ea adhuc consentiunt, sed apud eas quoque quae a Dei Famulae obedientia secessere, famam illius sanctitatis floruisse ac florere. « Dalla morte di lei in oggi la fama predetta è cresciuta tanto, che con istanza si è domandata l'introduzione di questa causa. Attualmente le suore delle case ancora divise dal nostro Istituto, come ha riferito l'attuale nostra Provinciale suor Maria Rubin hanno goduto assai dell'introduzione di questa causa, ed hanno ben manifestato di avere la Serva di Dio in conto di santa ». Plura etiam addere possum^ sed officio ac tempori tot EE. PP. consulens, hoc tantum dicendum puto, nil unquam contra heroidis nostrae sanctitatis famam, relatum, actum aut scriptum esse.

Quinimo, memoria illius ita nostris temporibus aucta est, ut frequentes literae Episcoporum, tum Italiae tum etiam Galliae ad Romanum Pontificem nuper pervenerint, ad hanc Beatificationis et Canonizationis causam urgendam ac inter eas memoria dignas existimo, quas EE. PP. Cardinales Celesia, Capecelatro, Manara, Galeati, Mocenni conscripsere. Literae quoque ab Episcopo bisuntino atque a clero et populo oppidi natalis Dei Ancillae datas commemoro, nec laudes et ellogia praetermittam, quae in publicis diariis tempore centenariae commemorationis D. Famulae leguntur.

(sequitur)

LITTERAE SS.mi Patris Leonis Xiil ad E.mum Archiepiscopum Vestmonasteriensem et ad alios Provinciae Episcopos de *catholicismi) liberali et rationalismo.*

Venerabiles Fratres
Salutem et Apostolicam Benedictionem.

In maximis occupationibus variisque acerbitatibus solatium Nobis non mediocre semper afferre consuevit summa et constans Episcoporum cum Apostolica Sede coniunctio. Qua laude abundare vos, Venerabiles Fratres, et antea cognoveramus, et hoc postremo tempore idem agnovimus; quo tempore communes litteras vestras, ad populum pro potestate datas, Nostris subiiciendas oculis curavistis, num responderent iudicio Nostro exquisituri.

Sapientes illae visae sunt et graves. Vos videlicet a Spiritu Sancto positi Episcopi regere suam quisque partem Ecclesiae Dei, nostis optime omnium quid postulet populorum vestrorum salus, atque id, quod facto opus est, tempestive suadetis et prudenter. Nimis est cognita pernicies, quae partim premit, partim impendet, ex opinionibus iis fallacissimis, quarum universum genus designari *Catholicismi Liberalis* appellatione solet. Magnitudinem discriminis quod in catholicum nomen apud Anglos hoc tempore intenditur, nequaquam augetis dicendo, sed cuiusmodi est exprimitis ; itemque in documentis praeceptisque Ecclesiae defixa, nihil ultra veritatem vestra excurrit, oratio. Quod enim docendo, quod monendo complexi estis, id est omne a Decessoribus Nostris saepe tractatum, a Patribus Concilii Vaticani distincte traditum, a Nobismetipsis non semel vel sermone illustratum, vel litteris.

Saluberrimum consilium, caveri a *Rationalismo* iussisse, qui callide versuteque grassatur, nec venenum est ullum fidei divinae nocentius. Similique ratione quid rectius, quam quod praeceptum a vobis est de obsequio Episcopis debito ? Siquidem episcopali subesse ac parere potestati nullo modo optio est, sed plane officium, idemque praecipuum constitutae divinitus Ecclesiae fundamentum.

Itaque hisce vos de rebus et laudamus magnopere et probamus. Quae autem commemoratis dolenter mala, et recte sentientibus ad praecavendum ostenditis, ex eo fere, ut prima ab

origine, nascuntur quod mundani plus nimio valuere spiritus, refugientibus animis christianam consuetudinem patiendi, atque ad molliora defluentibus. Atqui conservare fidem inviolate et pro Christi causa propugnare, nisi magna et invicta a difficultatibus constantia, nemo homo potest. Dent igitur studiosius operam colendis animis, quotquot catholicum profitentur nomen ; fidei grande munus prudentiae vigilantiaeque armis tueantur: élaborent vehementius in christianarum cultu atque exercitatione virtutum, potissimumque caritati, abnegationi, humilitati, rerumque caducarum contemptioni assuescant.

Adhortan' sumus alias, comprecari Deum omnipotentem insistèrent, ut ad religionem avitam universum Anglorum genus restituat: vim autem impetrandi per mores probos, per innocentiam vitae quaeri diximus oportere.

Iterum hodie monemus ac rogamus idem. Atque huius rei caussa propagari frequentarique piam Sodalitatem valde cupimus, titulo *Mariae Matris Perdolentis* auctoritate Nostra institutam. Ita nempe catholicos singulos convenit pro salute aliena contendere, ut studeant insimul suae, ad sanctitatem ipsimet omni ope connixi. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorifieent Patrem vestrum, qui in eoelis est. {Matth. V, 16).*

Ad extremum sancta sit apud nostros observantia Romani Pontificatus; ac si qui ex adversariis auctoritatem eius aut elevare dictis, aut in suspicionem adducere nitantur, eos refellant non pavidi Venerabilis Bedae Ecclesiae doctoris obiecta sententia : *Sed ideo beatus Petrus, qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter claves regni coelorum et principatum iudiciariae potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligerent, quia quicumque ab unitate fidei, vel societate illius semetipsos segregent, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec ianuam possint regni coelestis ingredi. (Horn. lib. 16).*

Divinorum munerum auspicem benevolentiaeque Nostrae paternae testem vobis, Venerabiles Fratres, populoque vestro Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 11 februarii 1901, anno Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

O ABSENATEN, SEU RAVENNATEN.

SPONSALIUM

Die 14 Iunii et 15 Decembris 1900.

Sess. 24 c. 3. De ref. mat.

COMPENDIUM FACTI. Octavius Guidi parochiae S. Demetrii, in pago vulgo *Villa Acquarola* dioecesis Gaesenaten. undetriginta an. in aetate constitutus, mense Martio an. 1895, suum adiecit animum ad puellam quandam Italam Magnani, fere viginti sex an. Caesenaten., munusque magistrae in eadem paroecia S. Demetrii gerentem.

Mutuus eorum amor ad duos fere annos fuit productus, quo tempore vicissim litterae inter ipsos datae sunt sensibus veri amoris, imo et futuri matrimonii promissionibus refertae.

Verum post id temporis, Octavius tum Italae ingenio, ut fertur, minime contentus, tum sui patris praesertim timore perçulsus, ipsum exhaeredaturum minitantis, paternisque ab aedibus alienaturum, nisi amori quo in Italam ferebatur valediceret; optimum duxit eidem amori nuncium mittere, posthabitis querelis tum Italae, tum patris huius, damna ex hac renuntiatione eidem iuste exprobantium.

Quare Octavius aliis nuptiis intendens animum, ac probe sciens hac super re se Italam adversam experturum, Curiam Caesenaten. adiit, simulque ipsam Italam in ius vocavit, ut apud iudicem ecclesiasticum, sponsalium nullitate rite probata, integrum eidem esset, prout magis placuisset, sese alteri puellae adiungere. Curia Caesenaten. processu rite confecto, quibusdam ad hoc etiam testibus excussis, die 28 Sept. 1898, ex una parte sententiam Italae secundam edidit, declarans vere inter eos sponsalia extitisse, minimeque fuisse soluta per notabilem supervenientem mutationem;

ex alia parte Octavio satisfecit liberum eum pronuntians,. eo quia a sponsalibus sponte Itala reeesserat.

Haec interim recursum habuit apud tribunal Metropolitanum Ravennat. die 17 Oct. 1898 rogans ut sententiam Curiae Caesenat. nullam declararet, simulque significans haud recte fuisse intellecta quaedam verba quae in epistola, sub die 24 Mart. 1896 ad Octavium missa, inveniuntur. — Tribunal Ravennat. die 20 Iun. 1899 sententiam Curiae Caesenaten. emendavit ea tantum parte qua statuit, haud constare de renuntiatione facta his sponsalibus ab Itala, ac proinde Octavii non posse declarari libertatem status ; eumque insuper ad omnes expensas iudicii peracti damnavit.

Quare Octavius die 15 Iulii ad S. C. C. appellavit, supremam expetens ad rem definitivam sententiam.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO VIRI. Recolit in primis Octavii patronus duo esse elementa essentialia sponsalium, videlicet « mentio et repromissio, et habilitas personarum». Quare, iuxta cl. D'Annibale in Op. Theol. L. III, ut nulla habenda erunt sponsalia,, si partes solummodo matrimonium inire optaverint; - si promissio alteri facta fuerit; - denique si uno promittente, altera pars non repromittat aut taceat. Hinc praeter quasdam S. Congr. Conc. decisiones, in medium afferuntur ea quae S. Rota in causa *Brundusina* 5 Apr. 1851 habet : « Ex indubiis iuris principiis cautum est quod sponsalia veluti indissolubile matrimonii vinculum secum ferentia, eoque ipso nativam hominis libertatem adimentia, adeo vehementes et omni exceptione maiores exigunt probationes, ut si hic inde aliqua supersit dubitatio, sit omnino contra sponsalium existentiam iudicandum ». Quare cum sponsalia naturam induant bilateralis contractus, necessario requirunt promissionem ex una parte, ac repromissionem ex altera. Iamvero, infert patronus, ea quae in litteris ab Octavio scriptis continentur, quandam potius propensionem sponsalia.

«contrahendi patefacere videntur, quam sese obligandi voluntatem. Hinc, recolit ipse, S. C. O. haud valida recognovisse sponsalia inita his formulis « non sposerò altro che te » : o « all'infuori di te »; « se non te ». Ventimil. 1 Iunii 1709; Mediolan. 13 Iul. 1725; Savon. 8 Maii 1886. Ideoque deducit non magni facienda esse ea quae Octavius in aestu passionis, ut plurimum maloque fato assolet, quodammodo Italae expressit.

Insuper, prosequitur patronus, etsi admitteremus promissionem ex parte Octavii, tamen repromissio alterius, scilicet Italae, haud manifesta apparet. Siquidem in mutuis ipsorum relationibus, minime ipsa videtur sese ad futurum matrimonium cum Octavio contrahendum referre. Imo in quadam epistola ab eadem scripta, sic ait : « Non fui, nè sono insensibile alle costanti prove di stima e di affetto che da tanto tempo mi porge, *ma non debbo, non posso contraccambiarla!....* » Item « Se sono (i genitori del Guidi) un forte ostacolo alla nostra unione, non lo sono al nostro amore. Ed è questo solo cui ambisce l'animo mio ! Non bramo cambiar stato! No... checché ne dica o creda, tiripeto, non fu, non è, *non sarà mai esca mia il matrimonio per ora », « tormentosi dubbii mi assalgono,* e prendono talora sembianze tali di realtà *da rubarmi quella sicura pace stala quale è pur bello riposi V amore!...* ». Neque in processu de promissione ore tenus ab eadem facta indicium quoddam habetur. Testis Maria Pizzinelli si quid ad rem habet, (quamvis haec suspicione non careat, cum indignatum ipsam habere animum erga familiam Guidi appareat), haud constat quo suum assertum fulciatur, ad probandum inter Octavium et Italam vere sponsalia intercessisse. Imo ipse Octavius videtur amori erga Italam renuntiasse: sic enim ipsa scribit: « L'altra sera Ella mi disse: 'sono pentito di averle dichiarato il mio affetto ! Era meglio avessi continuato a tenerglielo celato ! *Non dovrò io in seguito rievocare queste sue frasi* per rimproverarle di avere inutilmente accesa nell' animo mio una fiamma che doveva

solo abbagliarmi per poco, per ricacciarmi di poi nelle tenebre dolorose del disprezzo e di una perduta felicità? »

Quare, concludit Orator, non constare de sponsalibus vere initis ab Octavio Guidi cum Itala Magnani ; et quamvis illa ex parte Octavii existèrent, nunquam dicendum esset vim habere obligationis, cum et alia desideretur conditio, scilicet repromissio ex parte contrahentis, nempe Italae.

Ad alteram orationis partem progrediens Orator, sic arguit: Etsi admitteremus vere sponsalia extitisse inter eos, integrum tamen erat Octavio ab ipsis recedere. Etenim ex communi tum SS. Canonum cultorum, tum etiam theologorum sententia, sponsalia etsi iuramento firmata, solvi posse quibusdam rerum adiunctis intercedentibus, in propatulo est. Videlicet, ut refert ci. D'Annibale § 513, 1. III, inter causas quibus sponsalia dissolvi possunt recensentur illa, nempe « si is casus inciderit in quo alteruter ea non contraxisset » ; subiungens inferius § 514 « ne matrimonia minus sponte inita difficiles exitus habeant, sponsalibus et haec altera conditio inesse intelligitur, scilicet, *rebus in eodem statu manentibus* ». Quod confirmant Sánchez I, 62, 4; et S. Alph. VI, 876. Insuper dum aliqui id generis recensentur casus, asseritur « (Nota 11) ex h. 42, De Rit. Nupt. ; S. Alphons. VI, 851, 9, 3). Si parentes id graviter ferant, licet antea consenserint (Spor. 280); si exinde timeantur odia, etc. (S. Alph. 887). Item si passurus esset aliquod grave in rebus domesticis ; seu hoc damnum sit, ut ecce si pater paratus sit eum exhaeredare (Pont. XII, 17, 18) seu, prout non improbabiliter placet nonnullis, lucrum, puta si vir longe divitiorem invenerit (S. Alph. 879); nam si id praevidisset tempore sponsalium, non contraxisset ».

Atqui, infert Orator, admissa etiam existentia sponsalium, num admitti poterit, Octavium voluisse sponsalia huiusmodi inire, si ea omnia quae futura erant prospexisse! ? Latent ne assiduae parentum ipsius querelae, convicia, minae et quidem gravissimae de exhaeredatione, ceu Pompeius, pater octavii iudici percontanti asseruit? Hoc quidem testi-

monium, cognita praesertim probitate ac honestate Pompeii, minime spernendum videtur; ita sane cl. Sancti ad cap. 22, tit. 20, 1. II Decret, ait « nam harum personarum (scilicet parentum) testimonium recipitur, quando eorum fides spectabilis est, et testimonium huiusmodi necessarium est ». Huic consonant Canonistae omnes qui quidem huiusmodi testimonia admittenda censent non solum in causis matrimonialibus, sed etiam in aliis id genus. Idque confirmatur ex decis. Sacrae Congr. Conc. in causis Sponsal. 9 Maii 1869 et 8 Maii 1886, in quibus affines ad testimonium ferendum fuere vocati.

Quis autem nescit Octavii matrem aegre sui filii agendi rationem ferentem, adeo in dies angoribus fuisse confectam, ut de sua salute desperare videretur, uti plures testes autumant ?

In comperto etiam est Octaviurn, sponsalia, si quidem haec admittantur contraxisse spe usque fretus fore ut parentes illis aliquando contraire desinerent, prout revera pluries ex utriusque epistolis apparet.

Verum, cum eius parentes magis in dies dissentire viderentur, iuste tum sui utilitatem, tum parentum amorem Italae prae ferens, ab incepto desistere statuit, prout in quadam epistola ab eodem Italae missa scribit.

Neque illud praeterire existimat Octavii procurator quod, cum quis amori dare operam studet, in eo intendat ut certior fiat quod quemadmodum corporum ita et animorum possit inter eos connubium usque existere. Iamvero quis nescit ipsos secreto semper amori dedisse operam et quidem per scripta tantum? quo certe officiorum genere, ut assolet, animorum naturam haud plane manifestari posse videmus. Quid igitur mirum si Octavius cognita aliquando Italae indole minime suae respondente, nulla ei illata iniuria, ad aliam animum suum convertent, eamque sui iuris reliquerit?

Ulterius Orator conatur omni ratione destituere illud - nihil transeat - ab Itala contra Octaviurn, nova appetentem coniugia, oppositum. Perperam quidem ait, inconsulto-

que talia urgere conamur sponsalia, cum tanta inter ipsos dissidia nunc existant, ut pax ullatenus desiderari queat. « Cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius quam cogenda (mulier), cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere ». Perrar. Biblioth. can. V. Sponsal. n. 113; Decret, c. Requisivit 17 de Spons. ubi haec leguntur.

Denique Octavii patronus ineluctabile proferens argumentum, omnibus viribus conatur probare dominam Italam vere a sponsalibus recessisse. Asserit enim totum horum sponsalium aedificium, inter Octaviurn Guidi et Italam Magnani, inniti unice super amorem. Quare hoc sublato, certe sponsalia in irritum cadere manifeste patebit. Siquidem cum mutuae ipsorum promissiones in ordine ad futurum coniugium originem duxerint ab amore, sequitur sublata causa, seu amore, et effectum, seu sponsalia, tolli. Hinc in medium affert celeberrimam illam Italae epistolam ad Octaviurn scriptam die 24 Martii 1896, ubi legitur____« *Nè vi lusinghi vana compiacenza eli io tenti, o brami anzi, riacquistare il vostro amore, al quale, mi preme dichiarar fin d'ora,* RINUNZIÒ DI BUON GRADO.... Dein addit... *e però s idi* amore morto* UNA REQUIE E NULLA PIÙ ». Ex his patronus, dum pro certo asserit seu deducit Italam amori erga Octaviurn valedixisse, aequo animo non admittit imo miratur ipsam in animo habere sua iura sarta tectaque in illum velle servare, cum inferius in eadem epistola scribat: « Le vostre promesse ed i giuramenti sono il mio salvacondotto e la guarentigia *de* miei dritti a' quali non rinuncio* ». Equidem, subiungit Orator, tam necessario pro sponsalibus requiritur amor, ut contrarium, iuxta patronum, videatur opponi tum religioni, tum moralitati, atque humano exitiosum generi. Itaque cum Itala amori erga Octaviurn valedixerit, etiam sponsalibus valedixisse dicendum cum haec sine illo concipi nequeant. Quid igitur de iuribus quae ab Itala in medium afferuntur ?

DEFENSIO MULIERIS. EX adverso sponsalium defensor Italae iura in tuto ponere satagens, ad tria sese refert capita, scilicet: *a)* sponsalia valide fuisse contracta; *ö)* haec nunquam fuisse soluta; *c)* nullas esse habendas rationes ab actore allatas, ut se liberum ab obligationibus cum Itala contractis, renuntiet.

Quoad primum recolit ipse in primis sponsalia iuxta ius can. nihil aliud esse nisi « futuri matrimonii mutua et deliberata promissio, signo sensibili expressa inter personas de iure habiles ». Iamvero in omnibus et singulis epistolis ab Octavio ad Italam scriptis, ab eaque ad ipsum, manifestum est, nullam fere esse in qua praeter certissima amoris indicia, non reperiatur mutua futuri matrimonii promissio.

Perpendantur quaedam ipsorum scripta. Sic in quodam epistolio Octavius Italae scribit : « Il mio amore per lei è un amore leale e sincero, un amore santo. Sarò io corrisposto? » In alio « *Ti giuro* che mai nessun'altra donna s' appresserà ai miei occhi per farmi felice, io amo te sola, e te sola amerò sino che avrò vita. *Uniti* o disgiunti sempre te sola adorerò ! *Te V ò giurato per Iddio* » ; « Tu sei stata il mio primo amore, e quanto è vero Dio, sarà l'ultimo. *La mia compagna sarai tu* o nessuna. *Rimarrò giovane,* ma t' amerò sempre » ; « Io *ò promesso* ed il tempo mi darà ragione; rammentalo!!! *sarai cosa mia* ». Item in alia epistola : « Sappi e rammentati che *anche disgiunti per ora,* io t' amerò sempre____Dio lo sa » ; « *ho giurato avanti a Cristo,* ti ripeto per la milionesima volta che il tempo mi darà ragione ; io ho una sola parola, e mai giurai falso » : « .... non dovrò provare io dolore nel non potere per ora *unirmi a tei* » In altera sic legitur : « Se non potremo *unirci per ora,* il mio amore di nulla scemerà....... il colmo della felicità sarà il giorno che potrò *chiamarti mia sposa ». « Quando sarà quel giorno che potrò chiamarti mia sposai* » .... La gente dica quello che le pare, noi ci vogliamo bene, ci amiamo, e *ci ameremo fino alla morte* ». Omittimus quamplures alias amoris significationes

Octavii erga Italam, futurum quidem matrimonium respicientes. Iuvabit ea referre quae dominus Turchi Octavii avunculus ad ipsum scribit (die 12 Martii 1896 (n. 8), Documenti del Guidi) « Quando ti scrissi la ben nota mia lettera, *non erano a mia conoscenza* molti ed importanti particolari del tuo amore, e cioè : 1. che la tua corrispondenza amorosa esistesse da molto ; 2. che tu avessi dato anche per iscritto *solenni promesse* alla tua amata (Itala); 3. che tu in prova del dimostrato affetto avessi anche istigata quest' ultima ad una fuga, la quale fu da lei giustamente respinta. Ma Dio mio ! non vedi da te che tutti questi fatti sono troppo eloquenti per concluderne che tu devi mantenere le *date promesse, soddisfare cioè ai replicati giuramenti proferiti e a voce e per iscritto ?* »

Neque repromissio deesse videtur ex parte Italae. Testantur id litterae ab eadem missae ad Octaviurn, ab hoc postea ipsi redditae. Sane ipse Octavius scribens ad Italam fatetur « .... non passo sera poi appena coricato, che non ripassi qualcuna delle tue lettere, specie quelle *piene d' espressioni amorose per me* ». Idem « .... *credendomi corrisposto sinceramente e lealmente* non dovrò provare io dolore sul non potere per ora *unirmi a te?* » Itala autem ad Octaviurn sic scribit : « Si potranno tener divisi gli anelli d' una catena per un legame materiale, ma non si potrà mai spezzare quella che con troppe sicure maglie, *riunisce già due cuori!* ». Et in alia epistola « .... in tale comunanza d'idee e di sentimenti *viviamo imiti sebbene purtroppo a forza separati* » Eadem scribit: « Se sono (i genitori del Guidi) un forte ostacolo *alla nostra unione,* ecc. »

Quin imo idem Octavius implicite repromissionem ex parte Italae fatetur, cum scilicet scribens ad eius patrem, 7 Martii 1896, ait: « lascio PIENA LIBERTÀ *a sua figlia* ». Perperam enim hoc scriberet nisi se referret ad mutuam ipsorum promissionem, a qua vult ipsam esse liberam. Mirifice autem repromissio ex parte Italae apparet in epistola ab eadem Octavio scripta « . . . Non farmi più il gran torto

di dubitare ancora della lealtà dei miei sentimenti ! Già sai come abbia in questi stessi giorni *rifiutato un avvenire* che altri avrebbe considerato *bello sotto ogni rapporto,* e... *per te solo...* Non dimentico la tua promessa: ben so che *ci unisce un giuramento ! !..* Intanto sappi che io resto *nubile* e maestra per te ; rammentalo ! ! . . ». Cur etiam cum Maria Guidi in Pizzinelli, prout ipsi iudici fassa est, Octavio suaderet ut Italae se nupturam alteri concederet, respondit « bada ai fatti tuoi »? Profecto tempestive pandere huic potuisset nullo devinctam vinculo eam habere.

Neque quis dicat ea omnia quae in medium huc usque attulimus, minime ad sponsalium validitatem conferre, cum non sint nisi verba sub dubio sponsalia constituentia ; quae quidem minime, iuxta Canonistas, ad sponsalium validitatem declarandam sufficiunt. Siquidem hoc verum est « nisi, ut ait Ferraris, v. *Spons.* §§ 38, 39, maior expressio addatur, nisi aliunde ex circumstantiis alia intentio constet seu colligatur ». Quae quidem omnia ex allatis haud desiderari videntur. Sane, ut vidimus, tum Italae honestas, tum contraria parentum ipsius Guidi voluntas, futurum quidem matrimonium illud respiciens non simplicem amorem ; tum clarissima ipsius Octavii verba ad parentes « aspetterò la vostra morte » ad Italam ; nonne firmam ipsius Octavii voluntatem manifeste pandunt aientis, ut vidimus, « ho promesso... ho giurato... il tempo mi darà ragione... etc. »? Deestne et ipsius Italae deliberatio?

Ad alteram orationis partem progrediens Orator, adnotat immutatam nunc prorsus esse conditionem eorum, atque erat tempore contractus sponsalitii ab ipsis initi mense Martio 1895. Ideoque cum nulla mutatio et quidem notabilis supervenerit, ut melius inferius patebit, qua existente, ius can. vult sponsalia dissolvi, restat ut exquiratur an haec fuerint soluta mutuo ad id consensu praestito.

Equidem scimus Octavium liberam Italam renuntiasse, suique interim status libertatem asseruisse. Sane, scribens ad Italae patrem sic ait: « Non potendole dunque dare una

parola certa, *lascio piena libertà a sua figlia—* ». Et in ep. ad Italam « Scrissi a tuo padre le mie ragioni una volta, *non è tempo di finirla?...* fa pur valere i tuoi diritti. . .. *io non mi muovo* ». Verum recessisse ne dicendum a sponsalibus Itala?

Tota enim argumenti vis ad hoc probandum, iuxta adversarium, videtur posita in illa epistola, quam Itala ad Octaviurn misit die 24 Martii 1896 superius allata, et quidem ab eodem nunc in medium prolata. Verum ex contextu ipsius epistolae manifeste apparet illud « rinunzio al vostro amore » minime secum ferre hoc « rinunzio al matrimonio che mi avete promesso ». Siquidem ea quae paullo post in eadem epistola leguntur contrarium asserere videmus. Legitur enim « le vostre promesse ed i giuramenti sono il mio salvacondotto, e la guarentigia dei miei *diritti, ai quali io non rinuncio* ». Profecto quaenam sint haec iura quae tuta vult ipsa sibi servare, non est cur dubitemus, cum haec manifesta appareant ex testimonio ipsius Octavii, qui in altero epistolio, serius ad ipsam misso scribit « fa pur valere *i tuoi diritti* MATRIMONIALI ». Praeterea principium ab adversario allatum, haud validis rationibus neque iuris principiis inniti videtur, videlicet non posse existere sponsalia sine amore. Hoc siquidem admisso, tunc admitti deberet amorem essentiale ipsorum sponsalium elementum constituere. At in definitione sponsalium communiter a canonistis recepta, quod scilicet haec sint « futuri matrimonii mutua ac deliberata promissio, signo sensibili expressa inter personas de iure habiles » nullum de amore iudicium habetur, si illud excipias « deliberata » quod ceteroquin videtur importare advertentiam quamdam, et libertatem. Ideoque quamvis magis conveniens, multumque intersit, ut amor in sponsalibus adsit, cum haec tendant ad matrimonium, quod ut bene consistat mutuum quidem requirit amorem; nihil tamen conferre ad eorum validitatem dicendum, dummodo alia quae ad eorum essentiam pertinent, verificentur. Equidem in omnibus fere ipsius Italae epistolis manifeste apparet eam

non tantum amorem Octavio spopondisse, sed matrimonium ; cuius rei praeclarum inter alia documentum habemus ex eo quod Itala, ut datam Octavio fidem servaret, oblatam sibi aliam occasionem, et quidem non minus opportunam dimittere non dubitavit. Cur etiam paratam se esse profitetur ipsam parentum Octavii mortem, huic matrimonio adversantium, expectare?

Denique Sponsalium Defensor totis viribus refellere studet rationes ab advocato allatas favore scilicet Octavii.

Ac primo, quoad exhaeredationem a Pompeio Octavio comminatam, ut ipse apud Iudicem fassus est, in primis animadvertit advocatus, perpensa aliati testimonii natura, non magni habendum hoc esse, quippe agitur de patre favore filii, imo sui testimonium perhibente, in quo facillime, ut quisque scit, collusioni locus esse potest. Notum autem est principium illud iuris « Nullus idoneus testis in re sua dignoscitur ». Nihilominus, hoc etiam admisso, quaeritur utrum parentum prohibitio tanti ponderis sit ut impune quis praestitam in sponsalibus fidem renuntiet. Eo vel magis quod, lege canonica, quamvis sit conveniens ut adsit quoque consensus parentum, tamen sufficit solus consensus filiorum et filiarum. Praeterea scimus quod non quaecumque, sed iusta ad hoc requiritur ratio contradicendi scilicet in casu, et hoc expresse declaratur a S. C. C. in Mediolan. Sponsal. 13 Iulii 1725. Interim, advertit advocatus, tunc solum parentum dissensus ius alicui tribuit iuste a sponsalibus recedendi, cum scilicet ex hoc notabilis adsit mutatio, et quidem superveniens sponsalibus iam initis. Atqui in casu nostro Octavius haud ignarus erat adversae parentum mentis, et quidem ante quam ipse suam Italae sponderet fidem.

Neque decantatum hunc parentum dissensum tam fidenti animo in medium afferre Octavius poterat, utpote validissimis argumentis, ut probare nititur, haud innixum. Equidem quid, quaeso, Pompeii intererat scire utrum Itala domesticis apta esset rebus nec ne, si vir cui uni iungenda erat, eam maxime ardebat desiderio ì Notum est omnibus

illud Scripturae « *relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae* ».

Quin imo mirifica animi ornamenta in Itala relucent, sive scilicet ipsius inspiciatur ingenii natura, sive honestas tum religiosa tum moralis. An temere dicendum est ipsam appetentem cum Octavio egisse? Verum praeterquam quod ex omnibus epistolis ad Octaviurn scriptis, contrarium apparet, plura aliaque certa super hoc documenta habemus.

At, pergit adversarius, deest Italae dos, quam quidem necessario in matrimonio contrahendo requiri ab omnibus videmus, ut collatis quodammodo viribus, matrimonii onera facilius sustineri queant.

Verum, praeterquam quod id iam notum erat Octavio, prout ipsa Itala eidem scribens significaverat, destitutam tamen ipsam esse quibuslibet fortunae bonis negamus. Neque ceteroquin de hac conditionis disparitate mentio facta fuit ab Octavii patre in suo apud iudicem testimonio. Nulla igitur etiam hoc sub respectu inerat ratio Guidi parentibus sese huic coniugio obsistendi ipsique Octavio resiliendi.

Neque magni ponderis, perpendit Italae patronus, videtur habenda exhaeredationis ratio Octavio a patre comminata. Siquidem praeterquam quod iam antea, ut vidimus, ipse id sciret, non agitur certe de totali exhaeredatione a Pompeio facienda, cum haec, ut quisque scit, a legibus prohibeatur; agitur vero de quadam tantum exhaeredationis portione, et quidem ex parte solius patris, cum mater nunquam manifestaverit propositum filium suum materna haereditate privandi. Nec etiam timenda erat ab Octavio exhaeredatio huiusmodi : compertum siquidem est inter ipsum et Italam pactum quoddam intercessisse sese ad nuptias ineundas paratos simul ac parentes ipsis obsecundaverint ; adeo ut patienter eorum obitum expectassent, quo facilius eamdem exhaeredationem declinarent. Sic etiam Ioseph Magnani Italae pater ad Octaviurn scribens, « So che mia figlia è disposta di attendere tutto quel tempo 'che le piaccia ».

At alia profecto suberat Octavio eiusque parentibus ratio

a sponsalibus recedendi, adnotat Orator, videlicet novae et quidem lucrosiores nuptiae cum Domina Leanzoni. En praecipua, ni fallor, ait orator, ratio datam Italae fidem turpiter denegandi, suique status libertatem invocandi.

Modo referre iuvat quae in defensione ab eadem Itala exarata - *auto-difesa* - reperiuntur. — Conqueritur ipsa in primis de damno sibi iniuste illato, mala scilicet Octavii agendi ratione ; cum notum sit ab alio se fuisse prohibitam coniugio et quidem honesto.

Recolit insuper ipsa non magni fuisse habendas minas exhaeredationis a patre factas, cum omnibus notum sit, iam antea matrimoniis filiorum Augustae et Alphridi, patrem obstetisse et postea obsecundasse, quamvis ea haud honorabiliora extitisse pateat.

Dolet de damno et quidem magno sibi ab Octavio allato, sociali suae conditioni respectu etiam habito. Et revera narrat gravem ad hoc habuisse epistolam a Studiorum Curatore (Provveditore degli studi) conscriptam. Itemque de sua valetudine conqueritur ob hanc causam nunc male affecta.

Memorat, Octaviurn postquam eam deseruerit, illicitos exercuisse amores cum quadam humilioris conditionis puella, ab eaque filiam suscepisse.

In mentem Iudicis sanctitatem iuramenti revocat pluries ab Octavio emissi, suamque tum prudentiam, tum honestatem cum Octavio ipso adhibitam.

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Curiae Ravennaten, sit confirmanda vel infirmanda in casu. Cui dubio respondit : *Dilata.*

Visum est S. Congregationi supersedere definitivae causae resolutioni, ut interim perquireretur an alia extarent documenta fidei sponsalitiae, ultro citroque adstipulatae et praecipue conari ut partes, congrua ab Octavio oblata indemnitate, ad conciliationem venirent.

Hisce peractis, iterum propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Curiae Ravennaten, sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra G. C. re disceptata sub die 15 Decembris 1900, censuit respondere: *Esse locum indemnitati de bono et aequo ab Episcopo Caesenatensi determinandae.*

NETEN.

OBLATIONUM

Die 14 Iulii 1900.

Sess. 25 cap. 12 De Ref.

COMPENDIUM FACTI. Per Bullam Urbani VIII, quae edita fuit die 13 Novembris 1628, quamque Vicarius Gen. Syracusanus, tamquam Sedis Apost, delegatus, die 25 Aug. 1634 est exequutus, Ecclesia Parochialis S. Georgii Civitatis Mothucae, Netensis Dioecesis, titulo collativo suppresso, ad Insignem Collegiatam fuit evecta.

At Bullam vix editam diversimode interpretati sunt capitulares, cum illico quaestio moveri coeperit circa administratores oblationum quae S. Georgio, die festo eidem dicato, a fidelibus in Ecclesia Collegiata fiunt; num scilicet harum oblationum administratio ad totum Capitulum vel potius ad Praepositum Ecclesiae pertineret.

Eadem quaestio modo exorta est inter actualem Praepositum Parochum' Antoninum Renda - et nunc pro eo Vice Rectorem Antoninum Turlà - ex una parte et ex alia inter Canonicos de massa capitulari, et Canonicum Moneada aliosque Canonicos, qui *sup er numerar ii* dicuntur. Hi enim beneficiis gaudent, quae post dictam Bullam fundata fuere, quorumque administratio a massa capitulari omnino separata est.

Ad litem dirimendam Vicarius Generalis die 15 Novembris 1894 decretum edidit, quo ius illas oblationes admini-

strandi Praeposito Parocho recognitum fuit. Verum can. Moneada aliique canonici *supemumerarii* contra hoc decretum ad Curiam Metropolitanam appellarunt.

Interea Netensis Episcopus ad componendos animos et ad scandalum removendum, in actu S. Visitationis die 5 Iunii 1895, conventionem Praeposito-parocho et Canonicis proposuit. Canonici, etiam dissidentes, rite vocati, convenerunt, et, expetitis singulorum suffragiis, nemine exceptionem aliquam proponente, die 20 Iunii eiusdem anni, maior pars transactionem approbavit, qua illarum oblationum administratores eligerentur a Praeposito parocho, una simul cum tribus Canonicis a Capitulo eligendis, et oblationes iuxta offerentium intentionem dispensarentur.

Sed huic transactioni can. Moneada aliique Canonici supernumerarii non acquieverunt, et post mensem, idest die 23 Iulii eiusdem anni, iterum ad Curiam Metropolitanam appellaverunt. Syracusana autem Curia appellationem excepit ac sententiam die 27 Iulii 1898 emanavit, qua ius oblationum illarum administrandi et sibi erogandi Capitulo adiudicavit.

Cum haec sententia die 23 Aug. 1898 Canonico Turlà denunciata fuisset, adversus eam ipse aliique Canonici de massa appellationem interposuerunt sub dubitandi formula in calce relata.

Disceptatio synoptica

DEFENSIO PAROCHI ET CANONICORUM DE MASSA. Igitur Praepositus Parochus et Canonici de Massa, qui maiorem Capituli partem constituunt, hodie contendunt administrationem oblationum, quae a fidelibus fiunt in honorem et cultum coelestis Patroni S. Georgii, pertinere ad Praepositum Parochum, excluso capitulo, et dictas oblationes omnes erogari debere in honorem S. Georgii ; quamvis etiam capitulari transactione contenti sint qua oblationum administratio committeretur Praeposito Parocho et tribus canonicis a capitulo

quolibet triennio eligendis, et oblationes omnes in cultum S. Georgii erogentur.

Moneada vero et nonnulli alii canonici supernumerarii, seu extra Massam, contendunt, quod illae oblationes, quae a fidelibus fiunt in honorem S. Georgii, detractis pro festo expensis, cedi debeant in utilitatem et proprietatem personalem singulorum canonicorum sive de Massa, sive supernumerariorum, ideoque quod etiam illarum administratio ad capitulum pertineat.

Patronus Praepositi Antonini Renda - nunc vero Antonini Turlà - ponit in primis quaestionem praeiudicialem, quae, iuxta ipsum, in re subiecta magni ponderis est. Contendit scilicet quod can. Moneada et socii repellendi sunt a iudicio; *a)* quia canonici sunt extra Massam seu supernumerarii ; *b)* quia appellaverunt ad Curiam Metropolitanam contra decretum extraiudiciale Curiae Netensis ; *c)* demum, quia ad dirimendam litem ipsi in legitimam convenerunt transactionem.

Can. Moneada eiusque socii, iuxta patronum iuris nihil habent in hac quaestione, quia sunt canonici supernumerarii seu extra Massam. Neque actores proinde esse possunt hac in re, *saltem* absque Capituli consensu et mandato. Quae enim cedunt in bonum communitatis, ab ipsa communitate collegialiter sunt pertractanda. Hisce addatur quod, etiamsi bonorum Ecclesiae administratio, vi bullae Urbani VIII, canonicis de Massa concessa fuerit, non sequitur quod concessa censeatur etiam canonicis extra Massam.

Sane S. C. C. semper probavit novos canonicos gaudere voce activa et passiva, ceterisque iuribus canonicorum, iugiter tamen ea excepit, quae respiciunt interesse et iura particularia veterum canonicorum, ut videre est speciatim in Veliterna 20 Decembris 1851 : proposito enim dubio: An et in quibus negociis canonici secundae erectionis ius habeant capitularibus sessionibus interessendi et gaudeant voce activa et passiva in casu, rescriptum fuit: affirmative in omnibus,

exceptis iis, quae respiciunt interesse et iura particularia Teterum canonicorum.

Unde ^Moneada et socii, qua canonici supernumerarii seu extra massam, repellendi erant a iudicio.

Notat deinde orator quod Archiepiscopo iura competunt, quae a iure concessa sunt.

Iamvero ius Archiepiscopo iudicare tantum concedit in causa appellationis a sententia suffraganeorum, vel etiam in prima instantia, quando infra biennium causa in curia suffraganei non finiatur.

Atqui Decretum Curiae Netensis 15 Nov. 1894 contra <quod Moneada et socii ad Curiam Metropolitanam appellaverunt, non est sententia iudicialis. Etenim quoad personas non habemus nisi Vicarium Generalem absque assessoribus, advocatis, notariis, testibus, etc. Quoad formam, defuit oblatio libelli; defuit citatio; defuit adhuc litis contestatio. Nihil autem dicit orator de receptione testium, de probationibus, de conclusione in causa; quae omnia exulant, iuxta ipsum, in hoc iudicio, quod ipse Moneada saepe fatetur et Vicarius generalis confirmat.

Ex quibus patet illud Curiae Netensis decretum iudicialem sententiam non esse : proindeque, concludit advocatus, Moneada et socii, ad Curiam Metropolitanam appellando, non solum actum nullum fecerunt, sed et laedere nisi sunt ius ipsius Episcopi, ad quem recursum tantum patebat vel ád Sedem Apostolicam.

Neque obiiciatur heic agi de appellatione extraiudiciali, quae aliquando datur. Nam constat ex iure, toto coelo differre appellationem extraiudicialem a iudiciali, et illam nonnisi improprie appellationem vocari, cum sit non causae prosecutio apud iudicem superiorem , sed vera causae instauratio, seu prima in litem provocatio. Ergo si deest iudex, si deest sententia, dari neque potest appellatio. « Appellare potest omnis a iudice iniuste gravatus », ait Ferrari, vide *Appellatio,* art. 1.

Eo vel magis, inquit patronus, quod in hac quaestione

potissimum agebatur de scandalo removendo, ex dissidio canonicorum exorto, et cum nil magis contrarium et noxium sit, praesertim in regimine spirituali dioecesis, quam scandalum : hinc prudens semper fuit relinquere magistratui ecclesiastico arbitrium vel in forma iudiciali vel pro circumstantiis in forma mere politica et correctionali seu administrativa rem tractare, ceu tradunt canonistae.

Tandem animadvertit orator quod dum apud Curiam Metropolitanam de iure appellandi agebatur, Netensis Episcopus sacram visitationem pastoralem Mothucae peragens, commotus scandalo, ad dirimendam litem et ad componendos animos proposuit amicabilem transactionem seu conventionem, quam etiam tanquam Apostolicae Sedis delegatus *(Conc. Trid. sess. 6, cap. 4, et sess. 22, cap. 8)* proponendo iure suo utebatur.

Canonici omnes, etiam Moneada et socii, Rmi Praesulis proposita audiunt et approbant, et unanimiter conveniunt super eadem ad deliberandum. Omnes autem, nemine dissentiente, suffragium ferunt, et, nemine aliquid excipiente, subsignant deliberationis capitularis *verb cde.*

Ex quo deducit advocatus : *a)* Quod omnes canonici statuerunt deliberare super ab Episcopo proposita, ita ut transactio valida esset si a maiore capituli parte acceptata fuisset , et inter effectus hunc etiam deliberatio haberet, dirimendi litem inchoatam ; *b)* quod deliberatio serio et aliquamdiu perpensa fuit ; *c)* quod transactio acceptata fuit a novem canonicis, contra sex non acceptantes ; *d)* quod nemo ex ipsis canonicis dissidentibus exceptionem aliquam circa Episcopi epistolam, movit, vel circa tempus aut modum aut formam deliberationis ; *e)* quod omnes praesentes capitularem deliberationem, absque ulla exceptione, subsignarunt.

Iamvero, exclamat patronus, nemo est qui non videat transactionem istam esse veram litis cessionem. Transactio enim est, u i: ipsum vocabulum exprimit, transire ab actione seu ab hac recedere et, absque iudiciali forma, negotii litigiosi compositionem inire. Transactionis vere effectus est pri-

marius et essentialis liti finem imponere motae vel movendae, unde transactio aequiparatur sententiae iudiciali et rei iudicatae.

Neque, addit orator, proficiunt Moneada et socii, cum ad necessitatem Indulti Apostolici confugiunt, quod requiritur in alienatione, transactione, commutatione rerum ecclesiasticarum, quia heic non agitur de alienatione sive propria sive impropria rei sacrae, sed an ius huius rei sacrae administrandi potius Praeposito-Parocho iuxta ius commune pertineat quam Capitulo iuxta suppositum ius particulare ex Bulla Urbani VIII. Indultum autem Apostolicum in hac quaestione non requiri, magis magisque probatur ex eo, quod omnes transactiones ab anno 1628 hucusque peractae in eadem subiecta materia et ab eodem Capitulo, absque Indulto Apostolico factae sunt.

Praeterea si doctrina illa de indulto Apostolico in medium proferenda erat, aequius a iudice appellationis applicanda erat Moncadae et sociis, qui contendunt rem sacram, idest oblationes quae a fidelibus fiunt in honorem S. Georgii, erogandam esse in proprietatem et utilitatem personalem singulorum canonicorum, ac si in locum coelestis Patroni proprio marte seipsos sufficere possint, contra expressam fidelium intentionem.

Demum neque indulto Apostolico transactio carebat, cum proposita fuisset a Rmo Episcopo in cursu sacrae visitationis , etiam tanquam Apostolicae Sedis delegato. — Aliam difficultatem faciunt Moneada et socii circa deliberationis formam. Ipsi enim de nullitate deliberationem inficiunt ex •eo quod suffragia missa fuerunt per *schedulas* ex parte trium canonicorum absentium. At frustra, iuxta patronum. Nam *a)* haec forma est in more illius capituli ; *b)* nemo etiam ex dissidentibus, exceptionem aliquam movit ; c) schedulae illae recte admissae fuerunt, illasque admitti necesse erat, ad probandum quod omnes et singuli, etiam dissidentes, proposita ab Episcopo noverant, nuncium convocationis capitularis acceperant, nullamque exceptionem quoad tempus et modum et

finem habuerant; *d)* etiamsi detur tres illas schedulas nullius valoris esse, maior tamen capituli pars, septem votis contra quinque, transactionem subsignavit: cum utile non debeat, per inutile vitiari.

Ergo cum vera transactio, seu litis cessio inter disputantes intervenit, Moneada et socii appellare nequiverant, ideoque ab ipso iudicio erant, suntque repellenda.

Nec silentio praetereundum, iuxta advocatum, quod etiam contra huiusmodi transactionem diei 20 Iunii 1895 pars adversa appellavit post mensem, die 23 Iul., idest *post fatalia decem dierum,* quae ad validam appellationem sunt necessaria, ideoque appellatio, ac si parumper concedi velit, nulla est.

Neque tandem dicatur quod Antoninus Turlà repellendus sit a iudicio ex eo, quod alii canonici de massa non appellaverunt. Nam praeterquamquod unus tantum, qui se sentiat ab aliqua sententia gravatum, ad iudicem superiorem recurrere potest, in casu alii quoque seipsos Rmo Turlà adiunxerunt, ut constat ex declaratione, quae servatur in Actis.

Haec adnotabat patronus Antonini Turlà quoad *quaestionem praeiudicialem.*

Ad meritum autem eiusdem quod attinet, ipse docet quod quaestio *in merito* est; an oblationes, quae a fidelibus fiunt in honorem coelestis Patroni S. Georgii, erogari omnes debeant in honorem S. Georgii, vel potius, expensis pro festo divi Patroni detractis, oblationes illae erogari debeant in personale singulorum canonicorum commodum. Hinc, animadvertit, quod Capitulum tantum, et capitulariter congregatum actionem habere potest contra Parochum vel alios, minime vero canonicus Moneada et socii, qui mandatum capitulare non habent, et nullimode capitulum praesentare valent. Quare can. Moneada et socii insurgere tantummodo possunt non quoad administrationem, quae integro Capitulo competeret, sed quoad oblationum illarum erogationern, quae omnes tangit.

An igitur administratio omnium bonorum ecclesiae Sancti Georgii, Capitulo competat vel Praeposito ; an electio administratorum eidem Capitulo spectet vel aliis ; an parochiales resideat in Capitulo potius quam in Praeposito tantum, omnes sunt quaestiones quae ab hodierna causa exulant, ait patronus.

Ad probandum quod oblationes quae a fidelibus fiunt : in honorem Sancti Georgii, erogari omnes debent in honorem, et cultum coelestis illius Patroni, advocatus recursum facit ad Bullam Urbani VIII, qua Collegiata S. Georgii erecta fuit.

Bulla Urbani VIII, duas bonorum ecclesiasticorum species in S. Georgii Collegiata erigendorum distinguit: nimirum bona quae Summus Pontifex in ecclesiae dotem et canonicorum congruam assignat, et de aliis bonis aperte loquitur.

Ex his verbis concludit orator quod Urbanus VIII voluit ecclesiae et mensae capitulari dare i a dotem et congruam bona in Ecclesia S. Georgii existentia tempore erectionis eiusdem ecclesiae, in Collegiatam erigendae, exceptis his quae habent usum determinatum, iuxta intentionem eorum qui legata instituerunt.

Quod etiam patet ex petitione illius temporis parochi, et procuratorum seu oeconomorum.

Miratur exinde patronus quod Moneada et socii audeant in proprium personale commodum erogare oblationes , quae a fidelibus fiunt cum intentione indubia , nempe ut cedant in honorem et cultum caelestis Patroni S. Georgii.

Neque autem verosimile est, quod S. P. Urbanus VIII hoc grave in offerentium intentionem vulnus inferre voluisset, sed neque ipsum Romanum Pontificem futuram offerentium intentionem mutare potuisse censet orator, nisi singulis vicibus et gravissima ex causa : hoc vero semper probandum esset. Et licet post illam aliunde gravissimam distinctionem Urbanus VIII in eadem Bulla generalibus utatur verbis, tamen « In generali concessione non veniunt ea,

quae quis non est verisimiliter in specie concessurus ». *Reg.SI iuris in 6.*

Doctores unanimiter consentiunt, *Reiffenstuel, t. 3, p. 591:* « Notandum est quod, etsi ex consuetudine aut intentione offerentium oblationes non ad Parochum sed ad Ecclesiam vel alium finem pertineant, Parochus tamen earum administrationem habet, non quidem ut eas sibi appropriet, sed ut ad debitum finem iuxta consuetudinem dantium applicet ». Ita De Luca, Fagnanus, Bouix, Leurenius, Barbosa, aliique.

Sed praeter Doctores, sensus communis et pietas suadent quod oblationes, quae fiunt cum aliqua intentione, iuxta eandem intentionem erogari debent. Consequenter, ait orator, oblationes, quae a fidelibus fiunt in honorem coelestis patroni S. Georgii, iuxta hanc piam intentionem, minime vero in canonicorum commodum, erogari debent.

Post haec, Antonini Turlà defensor ne videatur aciem in hac parte deserere, ad satietatem nonnulla etiam vult delibare de illis duabus quaestionibus : *a)* an parochialitas etiam habitualis in Collegiata S. Georgii, in Praeposito potius quam in Capitulo resideat, *b)* An administratorum illarum oblationum electio Praeposito-Parocho pertineat, vel Capitulo, licet hae quaestiones ab hac causa, iuxta eundem, exulent.

Ad primam quod attinet, inspicienda Bulla fundationis Urbani VIII, et consuetudo.

Attamen ait patronus *a)* nullum verbum Bullam facere de cura habituali, quae Capitulo competat ; ***b)*** quando de animarum cura Bulla loquitur, semper eam committit et plenissime Praeposito reservat ; *c)* Bulla Praeposito tribuit eandem animarum curam, quam Rector titularis ecclesiae Sancti Georgii antea habuerat; rector autem pleno iure parochus erat; *d)* Praepositus debet, statuit Bulla, praeter curam animarum etiam coadiutores habere ac manutenere, primum locum in Capitulo, in processionibus et ubique tenere, ipsius Capituli caput esse et praeeminentia in omnibus gaudere.

Ad tollendum denique omne dubium, asserit advocatus quod non interrupta consuetudo et praxis a tempore Bullae, idest ab anno 1628, usque ad praesens probant totam animarum curam in Praeposito fuisse.

Quod si Summus Pontifex, inquit defensor, curam habitualem Capitulo tribuere vellet, eam auferendo illi, qui per trigintaquinque annos pacifice et laudabiliter eam pleno iure possidebat, hoc exprimere in Bulla debuerat, dum vero nullum omnino verbum de hoc fecit.

Quibus omnibus addit orator quod, suppressis per summum nefas ecclesiis collegiatis, unus Praepositus, uti parochus, ab auctoritate laica agnoscitur.

Ad alteram vero quaestionem descendens : an administratorum illarum oblationum electio Praeposito competat vel Capitulo, ipse demonstrat quod si Praepositus parochi alitate habituali et actuali in Ecclesia S. Georgii gaudet, consequitur ipsi etiam competere ius eligendi administratores piarum operum, quae regimini parochiali subduntur. Explicati enim iuris est parochum administrare, vel per se vel per alios, posse ac debere bona temporalia ad divinum cultum pertinentia, ac praesertim eleemosynas et fidelium oblationes.

Ex huiusmodi autem quaestionis historia, infert patronus, nulla satis elegans ratio desumi potest in favorem Moncadae et sociorum eius, imo probari potest, quod per transactionem res composita fuit et semper potius in favorem Praepositi Collegiatae seu Rectorum aliarum ecclesiarum, quam Capituli, iuxta etiam sententiam ipsius Episcopi Netensis, qui pro Praeposito varie urget, quique in hac quaestione de facto ceu competens iudex habendus est.

DEFENSIO IOSEPHI MONCADA ET LITIS SOCIORUM. Altera ex parte Iosephi Moncada patronus probat in primis quod suus cliens legitime ac rite contra sententiam Curiae Netensis diei 15 Nov. 1894 appellationem interposuit.

Etenim, ipse ait, sententia die 15 Novembris 1894 a Curia Netensi lata vere fuit definitiva, cum controversiam quae ius oblationes a fidelibus Patrono Sancto Georgio fa-

ctas colligendi atque administrandi respiciebat, diremit, eidemque finem imposuit. Profecto in parte dispositiva illius sententiae haec habentur: « Abbiamo deciso: Ohe il diritto di amministrare le elemosine di S. Giorgio appartiene al Reverendissimo Signor Prepósito Parroco e non al Capitolo ». Quo posito, iure eadem sententia electionis administratorum eleemosynarum die 15 Iulii 1894 a Capitulo peractae nullitatem decrevit. « La elezione degli amministratori delle dette elemosine fatte dal Reverendissimo Capitolo il 15 Luglio 1894 è nulla ». Iamvero, rebus sic stantibus, nemo infìciari poterit rite contra sententiam illam Moncada suo ac litis sociorum nomine appellationem interposuisse, dum compertissimum in iure est, in sententiis sive definitivis sive vim definitivarum habentibus succumbenti appellationis remedium superesse. Et hoc, etiamsi, pergit orator, praedicta sententia veluti, una ordinanza economica, habeatur. Nam ob generalem iuris regulam appellari potest contra quodcumque Episcopi decretum, quo, prout in casu, gravamen fuerit illatum.

Respondet ulterius orator difficultati quae ex adverso obiicitur, appellationem nempe a Moncada propositam admitti nullo pacto posse, quia ea proposita fuit kalendis Decembris 1894, quando iam *fatiles termini decem dierum* a lata sententia fuerant elapsi.

Hoc tempus decem dierum, ipse animadvertit, incipit a die latae sententiae si ista adversus pra3sentem pronuntiata fuerit, si vero [adversus absentem tempus illud initium habere a die quo absens sententiae certior factus est.

Verum die 15 Nov. 1894 qua Vicarius Generalis Netensis sententiam tulit, Moncada absens erat, eiusdemque sententiae certior ipse factus est tantum die 26 praedicti mensis Novembris, quando nempe sententia illa ei denunciata fuit. Ab hac die ergo initium habuere decem utiles appellationis dies ; et cum Moncada kalendis subsequentis mensis Decembris appellationem interposuerit, in patulo est, id ipsum intra fatale decendium peregisse.

Deinde Moncada rite interpositam appellationem est prosequutus; ipse enim die quarta mensis Decemb. 1884, nempe post tres dies a facta appellatione, huius penes Tabularium Curiae Syracusanae actum produxit. Unde Archiepiscopus Syracusanus, decernendo admittendam esse appellationem adversus sententiam Curiae Episcopalis Netensis diei 15 Novemb. 1894, rectum iustumque iudicium iuxta advocatum tulisse videtur.

Post haec , demonstrat patronus nihili faciendam esse transactionem diei 20 Iunii 1895.

Profecto, - transactio est super re dubia aut lite incerta conventio, non gratuita, aliquo dato retento vel promisso -. A quo orator eruit transactionem natura sua esse contractum bilateralem ac perfici consensu ultro citroque a partibus praestito, adeo ut si unius partis desit consensus, transactionis contractus locum non habeat. Verum id praecise evenit in capitularibus comitiis diei 30 Iunii 1895. In iis reapse, Netensi Episcopo consulente, inter Praepositum Canonicum Renda eiusque litis socios, et Moncada eiusque litis consortes, quoad ius colligendi atque administrandi eleemosynas Patrono S. Georgio a fidelibus oblatas, pro quo iure sub appellationis iudice lis erat, haec proposita fuit concordia : « Il Parroco della Chiesa Madre S. Giorgio unitamente a tre Canonici eletti dal Capitolo ogni tre anni riceveranno ed amministreranno le dette oblazioni impiegandole poi secondo le intenzioni degli oblatori ed il giudizio dei detti Amministratori ». Qua concordia Praepositus Parochus Ecclesiae Collegiatae semper una cum tribus Canonicis a Capitulo electis oblationum administrationem gerere iuxta patronum debuisset. Sed dum Praepositus Renda eiusque litis socii illam concordiam penitus acceperunt, Moncada eiusque litis consortes eamdem respuerunt ; veluti enim patet a Capitulari deliberatione Iunii 1895 ipsi Canonici Ciantri opinionem sectantes, haud consentierunt ut Praepositus Parochus Ecclesiae Collegiatae semper cum tribus Canonicis a Capitulo electis oblationes, a fidelibus factas, colligeret at-

que administrant. Cui si addatur a contrahentibus uti correspectivum nil datum, nil retentum, nil promissum fuisse, concipi nequit transactionis contractus. Igitur tum transactio respiceret ius colligendi atque administrandi oblationes a fidelibus Patrono S. Georgio factas, ius nempe ad singulos Canonicos Ecclesiae Collegiatae pertinens, ab omnibus Canonicis transactio ipsa approbari debuisset.

Sed Canonici non omnes praedictum transactionis contractum approbarunt; unde concludit patronus contractum ipsum nullitatis vitio laborare. Eo vel magis si animadvertatur ipso contractu etiam successores obligatos fuisse, quin in re Apostolicum beneplacitum interfuerit. Cuius beneplaciti defectum contractus nullitatem inferre compertum in iure est.

Tertio loco orator ostendit ius colligendi, administrandi ac destinandi eleemosynas, quae Patrono Sancto Georgio in Ecclesia Collegiata Mothucae a fidelibus tribuuntur, ad totum Capitulum ipsius Collegiatae pertinere.

Occurrit enim in primis sententia die 15 Maii 1894 a curia Netensi edita in iudicio inter Praepositum Renda et Moncada pendente, qua statutum fuit ius tum Ecclesiam Collegiatam S. Georgio dicatam, tum eius filiales Ecclesias administrandi non ad Praepositum Curatum tantum, sed ad ipsum una cum canonicis et dignitatibus Capituli illius Collegiatae simul et capitulariter pertinere. Quae sententia, notat patronus, in rem iudicatam transivit, et quia contra ipsam a Praeposito Renda nulla interposita appellatio fuit, licet ei per apparitorem denunciata fuisset et quia eamdem partes exequutae fuerunt. Vi cuius reiiudicatae in patulo est, et ius eleemosynas Patrono S. Georgio a fidelibus oblatas administrandi atque destinandi in toto Capitulo Ecclesiae Collegiatae manere debere, et adversarios quoad ius ipsum nec novum iudicium instituere, nec utiliter praesens prosequi amplius posse, ipsi enim repelluntur exceptione reiiudicatae.

Alterum argumentum quod Capituli iuri videtur fovere,

patronus eruit a Bulla S. Pontificis Urbani VIII idibus Novembris anni 1628 edita, Equidem in ea Summus Pontifex Ecclesiam S. Georgii civitatis Mothucae, quae simpliciter Parochialis erat ad Ecclesiam Collegiatam evexit. Verba Bullae sunt : « Titulum collati v um et denominationem, naturam et essentiam Parochialis Ecclesiae collativae ita quod ex nunc Ecclesia collativa esse desinat . . . . sine aliquo cuiuscumque praeiudicio auctoritate nostra perpetuo supprimas et extinguas, ipsamque Ecclesiam Sancti Georgii in saecularem et Collegiatam insignem Ecclesiam cum Capitulo, stallo, mensa, arca, bursa, sigillo... et in ea unam Praeposituram quae prima et principalis pro uno Praeposito, qui curam animarum dilectorum filiorum parochianorum dictae Ecclesiae S. Georgii antehac per illius Rectorem titularem exercere solitam exerceat . . . . dicta auctoritate etiam in perpetuum sine tamen aliquo cuiuscumque praeiudicio erigas et instituas ». Quae omnia iisdem fere verbis relata fuere in sententia diei 25 Augusti 1631 qua Vicarius Generalis Syracusanus tamquam Sedis Apostolicae delegatus decrevit ut praedicti Summi Pontificis Bulla exequutioni demandaretur. Ex quibus deducit orator quod quousque Ecclesia S. Georgii simpliciter parochialis fuit, in ea totam animarum curam una cum omnibus parochialibus iuribus unus Parochus exercuit, posteaquam ad Ecclesiam Collegiatam erecta fuit, animarum curam habitualem Capitulum, actualem Capituli Praepositus obtinuit. « Quando igitur Ecclesia Collegiata cuiuscumque generis sit, est pariter parochialis vel curata, cura animarum, attenta iuris dispositione, inesse dicitur penes Capitulum seu Collegium, actu vero in persona quae illius exercitio praeficitur delegata ». Ita Gratianus *de re parochiali.*

Capitulum ergo quod habitualem curam retinet, uti Rector principalis, Praepositus autem qui actualem curam gerit uti rector accessorius sive eius Vicarius perpetuus haberi debet, quia Capituli ipsius vices gerit eiusque nomine animarum curam exercet. Quo posito in aprico est et Capitu-

lum et Praepositum quoad animarum curam unicum ens morale constituere, ideoque Capitulum ipsum una cum Praeposito colligere atque administrare et destinare debere eleemosynas a fidelibus Patrono S. Georgio oblatas ; quod gerere ad Parochum tantum spectasset, si Ecclesia S. Georgii simpliciter parochialis mansisset.

Nec satis : in praedicta Bulla, instat advocatus, Summus Pontifex Capitulo et non simpliciter Praeposito tribuit, iura, obventiones et emolumenta universa tam certa quam incerta etiam ratione exercitii curae animarum lucrifieri et percipi solita ac ex pede altaris provenientia. Iamvero cum eleemosynae et spontaneae oblationes Patrono S. Georgio a fidelibus factae, procul dubio recenseantur inter emolumenta tam *certa* quam *incerta* etiam ratione exercitii curae animarum lucrifieri solita ac ex pede altaris provenientia, quae Capitulo tributa fuerunt ; nemo certe inficiabitur ad Capitulum ipsum et non ad Praepositum taxative et seorsim uti Curatum sumptum earumdem administrationem et destinationem pertinere.

Praedictis argumentis adiungit orator declarationem a sacerdote, Vincentio Salerni, primo Collegiatae Ecclesiae S. Georgii Praeposito, emissam die vigesima tertia mensis Martii 1737 coram publico Tabellione Scarso atque Canonicis et Dignitatibus eiusdem Collegiatae. In illa declaratione , dum magis magisque fuit confirmatum habitualem animarum curam esse penes Capitulum, (in ea enim Praepositus ille significavit et impressionem in omnibus actis parochialibus fieri debere sigillo communi Capituli, et sigillum ipsum post Salerni mortem una cum libris parochialibus ad ipsum Capitulum revertere debere) apertis verbis enunciatum fuit ad Praepositum una cum Capitulo ius pertinere et Ecclesiam Collegiatam S. Georgii et eius filiales ecclesias administrandi. Verba declarationis sunt : « Declaravit et declarat electionem, creationem et institutionem procuratorum rectorum et oeconomorum omnium ecclesiarum sacramentalium confraternitatum annexarum dictae Ecclesiae Maiori,

spectare et pertinere tam ipsi Praeposito quam dictis Dignitatibus et Canonicis unite et capitulariter ».

Capitulum vero a longaevo tempore usque ad praesens iugiter eo iure usus fuit. Quod patronus confirmat *primo* per omnes rationum redditiones quoad praedictas eleemosynas ab anno 1865 ad annum 1879 inclusive Capitulo exhibitas , quas rationum redditiones refert volumen primum actorum, quae penes tabularium S. C. C. depositum est. *Secundo* per conclusiones capitulares, in quibus custodes et administratores illarum eleemosynarum a Capitulo fuerunt electi, conclusiones nempe diei 24 Ianuarii 1890, diei 8 Septembris 1893, et diei 15 Iulii 1894. *Tertio* per plurimorum Mothucensium civium testimonia. Quibus argumentis orator addit Capitulares Constitutiones, quas Episcopus Netensis die 20 Feb. anni 1893 examinatas atque correctas approbant. In ipsarum capite XI haec leguntur : « Il Capitolo amministra le opere pertinenti alla nostra Chiesa e i beni delle Chiese subalterne e suffraganee ». Tandem, inquit defensor, Capitulum Dominus est cum Ecclesiae Collegiatae, tum altarium in eo erectorum. Proinde cum oblationes Patrono S. Georgio in illa Ecclesia fiant, in compertis est earumdem administrationem et destinationem ad Capitulum iure dominii, quo ipsum super praedicta Ecclesia potitur, pertinere. Nec secus sentiendum est usquequo Praepositus non probet sibi aliquod ius super altare quod in illa Ecclesia Patrono S. Georgio fuit dicatum, fuisse reservatum.

Hisce animadversis propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Curiae Syracusanae diei 27 Iulii 1898 sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 14 Iul. 1900, censuit respondere : *Servandam esse in omnibus conventionem ab Episcopo propositam et a Capitulo acceptatam die 20 Iunii 1895.*

VICENTINA

SOLUTIONIS

Die io Decembris 1900.

Sess. 25 cap. 8 De ref.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Carlotto die 23 Iunii 1887 in paroecia SS. Mariae et Vitalis-Monticuli Maioris-Vicentinae Dioecesis munus suscepit coadiutoris spiritualis ad curam animarum, quam ibi exercebat Antonius Simionati Archipresbyter. Idemque Carlotto, simul ac coadiutor, renuntiatus est mansionarius vi fundationis cuiusdam Sacerdotis Rocchi Faccin, qui die 6 Iunii 1849, auctore Episcopo, erexerat beneficium Mansionariae *ad nutum* revocabile , adiecta obligatione missae quotidianae et curae animarum in officio coadiutoris. - Dos assignata fuit Libellar. Austr. circiter 956.

Verum, quum anno 1887 Carlotto coadiutorem agere coepit, huiusmodi beneficium subiectum fuerat legibus assis ecclesiastici eversivis, a Gubernio Italico editis, eius tamen reditus ad summam libellarum Ital. 525 in versura publici aeris alieni regni italici (vulgo *cartella del debito pubblico)* addicti fuerant patrimonio Fabricae Ecclesiae parochialis. Interim ex rescripto S. Cong. Concilii in favorem Mansionarii impertito, ista libellarum summa ita impendenda erat, ut diminuto Missarum onere, pro singula Missa die festo celebranda, eleemosyna tribueretur *sex* libellarum, reliquis erogatis in totidem Missas quotidianas, quot celebrari fas esset pro mensura taxae dioecesanae.

Quum Sacerdos Carlotto ab Archipresbytero Simionati munus acceptavit coadiutoris spiritualis, actum est, prouti res expostulabat, de mercede constituenda coadiutori, sed quamvis ei assignata fuisset mansionaria Faccin, tamen de huius reditibus et oneribus missarum, potissimum de impetrato rescripto reductionis missarum, ne verbum quidem habitum fuit. Imo ex actis Curiae Vicentinae non certe

constat, an Archipresbyter suo coadiutori expresse significaverit in imponendo onere Missae quotidianae, pro missa diebus festis celebranda, tribui eleemosynam *sex* libellarum. Nam in ipsa sententia iudiciali, qua curia Vicentina diremit quaestionem, postea exortam inter coadiutorem et Simoniati Archipresbyterum, circa solutionem mercedis coadiutori debitam rem diversimode refert.

Ceterum coadiutor probe sciebat, immobilia bona ex fundatione Faccin nonnulla olim pertinuisse coadiutori mansionario ; et perquisito Archivio Dioecesano, prae manibus habuit et tabulas testamentarias Faccin et decretum erectionis Mansionariae, unde comperiit, illegitime fuisse huius dotem a Fisco vindicatam, quippe quae inserviebat curae animarum et hinc a Fiscali direptione immunis. Re sane vera sub anno 1891 e manibus fisci, instante per actionem iudicialem ipso coadiutore, bona immobilia Mansionariae Faccin vindicata fuerunt.

Interea, quo Carlotto Coadiutor instructior esset ad urgendam actionem vindicationis adversus Fiscum, die 23 Oct. 1888 litteris Episcopalibus institutus fuit in Mansionaria Faccin.

Rebus ita restitutis quoad Mansionariam Faccin postquam a. 1894 Coadiutor Carlotto, per decretum episcopale remotum fuit a dicta mansionaria et ab oppido - *Montecchio maggiore,* - plura expetiit ab Archipresbytero in suam indemnitatem et lis deducta fuit ad Curiam Vicentinam quae respuit in omnibus instantiam sacerdotis Carlotto. Hic appellationem instituit apud tribunal Metropolitanum Venetiarum, quod partim confirmavit sententiam appellatam, partim correxit seu quoad *quartum punctum;* unde hodie idem quaestionis caput in controversiam adducitur sub hoc dubio « An sententia curiae patriarchalis Venetiarum sit confirmanda vel infirmanda quoad quartum punctum in casu ».

Quaestio vero appellationis huc spectat, utrum nempe sacerdoti coadiutori ius competat exigendi ab Archipresby-

tero Simionati certam summam eleemosynis respondentem sex libeljarum pro missis festivis sibi competentem, quum non receperit pro iisdem missis nisi eleemosynam lib. 1,75. Sane in lite contestanda apud curiam Vicentinam intentio actoris Carlotto ita concepta fuit expetentis « L. 2142 (duemila centoquarantadue) per differenza d'elemosina delle s. Messe festive stabilite da decreto pontificio alla tassa di L. 6, essendogli invece state pagate alla tassa di Italiane L. 1, 75 ».

Curia Vicentina sententiam reiectionis edidit.

Curia Archiepiscopalis Venetiarum aliquid concessit appellanti presbytero Carlotto.

Verum Archipresbyter Simionati potius quam appellare, institit apud curiam Venetiarum, ut ei concederetur *restitutio in integrum ;* quippe obtulit syngraphas receptionis a Carlotto editas, quibus protestabatur se recepisse reditus mansionariae Faccin. - Nihilominus Curia Venetiarum oratori concedere negavit *in integrum restitutionem.* Interim vero dilapsa sunt fatalia ad appellandum, quamobrem cum orator instet hodie apud S. C. C. ut res iterum iudicio submittatur appellationis, primo quaeritur « An sit locus restitutioni in integrum in casu ».

Archipresbyter per procuratorem nonnulla deduxit. Interim iuvat referre, ultimum Rescriptum reductionis a S. C C . concessum, in actis relatum, quod est sequentis tenoris :

« Il Parroco dei SS. Maria e Vitale di Montecchio Maggiore in Diocesi di Vicenza, mediante rescritto della Sac. Congregazione dei Concilio in data 5 Luglio 1886 ottenne per un triennio la proroga della riduzione della Messa quotidiana alla festiva con la elemosina di lire sei, e le restanti con la elemosina sinodale, alla celebrazione delle quali e tenuto un suo Mansionario. Essendo spirato il triennio e perdurando le medesime circostanze il Parroco Oratore ne implora dalla Santità Vostra altra benigna proroga con sanatoria in quanto al passato ».

« Die 18 Novembris 1889 SSmus Dnus Noster, audita relatione Secretarii S. Congregationis Concilii, praevia sanatione quoad praeteritum, attenteque attestatione Pro-Vicarii Generalis Episcopi Vicentini, benigne commisit eidem Episcopo, ut, veris existentibus narratis, petitam prorogationem ad aliud triennium tantum, servata forma praecedentis rescripti, pro suo arbitrio et conscientia Oratori .gratis impertiatur ».

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO PAROCHI. De extraordinario remedio *restitutionis in integrum,* refert procurator Archipresbyteri, a Reiffenstuel definitionem ita enucleari : « Restitutio in integrum est extraordinarium iuris remedium quo graviter laesus, ex naturali aequitate, per officium iudicis, reducitur in eum statum sive ius, in quo fuerat ante laesionem » *(Ius can. univ. ad tit. 41, lib. I, 1,* § *n. 3).* Conceditur hoc remedium si plura concurrant in primis, si constet de damno vel, ut aiunt, de laesione: « restitutio in integrum conceditur propter laesionem » (Santi *prael. iur. can. ad hunc tit.).* Praeterea : « Restitutio in integrum est remedium extraordinarium, quia conceditur in subsidium mediorum ordinariorum cum nulla actio vel exceptio a lege tributa suppetat » (ibi). Sed requiritur, notat advocatus, quod laesus hoc praesidio intra quadriennium utatur. « Actio ad petendam restitutionem esse non potest perpetua... sed est temporanea et quadriennalis et intra quadriennium proponi potest » *{ibid. n. 8).* Quia duo postrema certe, iuxta advocatum, in themate concurrunt, ait, inquirendum tantummodo, an primum concurrat, nempe an constet de damno (laesione).

Ad rem, interpretationem considerat quam sexcenties Romana Rota comprobavit seu tunc constare de damno, quum constet de iniquitate sententiae, quae damnum importavi^ Damnum facit qui iudicis sententia re aut iure .spoliatur. « Iniustitia sententiae est potissima causa resti-

ultionis quia indubitate continet laesionem ». S. Rota *in Argentina Commendae* coram Coccino, *diei 30 mart. 1615,. dec. 172, p. 2, § 1, rec.* « Adversus sententiam iniustam competit restitutio in integrum ex capite laesionis ex iniustitia resultantis » *Eadem in Piacentina Bonorum* coram Bevilacqua, *diei 2 dec. 1661, dec. 371, p. XIII, § 4, rec.* « Ad obtinendam restitutionem in integrum ad effectum retractandi sententiam etiam, quae transivit in iudicatum, sufficit qualiscumque iniustitia etiam non notoria ». *(Ead. in Anconitana Censuum* coram Ubaldo, *diei 24 maii 1613, dec. 492, p. 1, rec. n. 1 — Concinit Toletana Parochialis* coram Pirovano, *diei 25 maii 1618, dec. 660, p. IV, t. 1, n. 1 rec. — Camerinen. Fideicommissi* coram Rondinino, *dec. 274, p. 18, t. 1, § 1 rec. - Hipporegien. Pensionis* coram Meltio, *diei 28 iun. 1631, dec. 187, p. XI, § 41 rec).* Hoc posito nihil aliud demonstrandum est praeter sententiae iniquitatem, pergit orator, ut petitum beneficium impertiatur. - Interim, notat patronus, appellanti vitio vertendum non esse quod tempore non provocaverit. Nam Archipresbyter, annos natus octoginta, eam iam attigit aetatem, in qua solet, propter mentis infirmitatem, qui sero provocat excusari. « Infirmitas consilii partis laesae » (Santi *loc. cit. § 1).* Equidem non provocavit quia in integrum restitutionem ab ipso iudice concessum iri putabatur. At iudex respondere moratus, postquam tempus appellandi utile effluxerat, restitutionem denegavit.

Sententiae vero iniquitas hodie valde perspicue comprobatur, ait advocatus, si chirographa perpendantur, quae Romae Archipresbyter allegavit. Vult Carlottus stipendii complementum pro missis quas festis diebus celebravit. Clamat se mercedem solitam (1,75) percepisse; contendit longe maiorem *(lib. 6)* deberi. At frustra, reponit advocatus, quia iustam mercedem percepit; quam debebat Archipresbyter numeravit. Nam concesserat S. C. C. ut sex libellae pro quaque missa darentur. « L'Arciprete possessore della cartella intestata alla fabbriceria aveva ottenuto dalla S. Sede-

•di elevare l'elemosina delle messe festive a L. 6.... e col civanzo (del reddito totale di L. 525) tante messe ad elemosina manuale, quante ne avrebbe portate il detto civanzo». Dies festi sunt in anno sexaginta septem, summa ¡colligit libellas quater centum duas (67 X 6 = 402). At Carlottus quadrigentas, singulis annis « riscosse L. 400 »; fere duas pro missa, quam litabat, singulis festis exegit « applicò sempre a L. 1,75 ». Quinquies centum et septemdecim lucrifecit (1,75 X 67 — 117 •+- 400 = 517). Missas vero quotidianas litasse Coadiutorem pro stipendio L. 1,25, ipse Carlotto non negat, notat procurator.

Neque maiorem mercedem, instat patronus, potest Car-"lotto sibi vindicare ex pacto convento quia de verbis quibus pepigerint, inter partes non satis convenit. Ait Archipresbyter se diserte explicuisse quid in festis missam li-• tanti daturus esset. Et testem ut sua dicta confirmet, sacerdotio praeditum inducit. « Quando il Carlotto nel luglio 1887 fu destinato dai Superiori Ecclesiastici quale cappellano coadiutore e mansionario nella Parrocchia di S. Maria e Vitale in Montecchio Maggiore gli fu detto dall' Arciprete, presente il nepote D. Paolo Simionati, primo Cappellano: vostri obblighi sono la messa quotidiana alla parrocchia coli' elemosina di L. 6 alla domenica e feste, e vi presterete in tutto e per tutto nella cura di anime. Avrete L. 400 annue e gli incerti e le questue divise per metà coli'altro cappellano ». At iudex ipse, advertit patronus, non ita rem enarrat; et affirmat de missarum stipendio Archipresbyterum reticuisse. « Attesoché il Carlotto andò nel luglio 1887 a Montecchio per intendersi sui patti [col-F Arciprete, questi gli disse: Avrete L. 400 annue, incerti di stola in terzo posto senza questue, e gli obblighi saranno : Messa quotidiana, funzioni religiose, cura di anime ». Verum quomodocumque res extiterit, notat orator, Carlottus mercedem pactam accepit.

Fingite primum, ait orator, id partes pepigisse quod Archipresbyter testatur. Carlotto sacrorum merces debebatur

« avrete gli incerti e le questue divise per metà coll'altro cappellano » ; sex stipendium libellarum pro missis, quas festis diebus litare t : « Vostri obblighi saranno la messa quotidiana coli'elemosina di L. 6 alle Domeniche e feste ». At illi sacrorum merces soluta, datae libellae quadringentae, quae stipendia pro toto anno solvenda, summa confecta, (67 X 6 = 403), debitam mercedem aequare liquet. Nec satis : datum aliud festis diebus stipendium de quo in pactis non cavebatur (L. 1, 75).

Si obiiciatur, libellas quadringentas non ideo datas Carlotta, ut stipendium pro missis debitum numeraretur, at illi datas, praeter missarum stipendium, ut quid esset, mansionario quod curam agentem animarum remuneraret, reponit orator, absurdam esse hanc interpretationem. Nam mansionario, ut curam ageret animarum, ipsum [decretum, quo instituta fuit mansionaria, apertissime praeceperat.

Praeterea perpendit procurator adeo pauperem esse Archipresbyteri praebendam ut coadiutori reditus destinare non poterat nisi mansionariae Faccin, et inde deducit, regulam esse ab hac causa alienam quam iudex venetus in iudicando allegaverit « contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda » *(D. 50-17 de reg. iuris)..* Nam hac regula, ait orator, iure utimur, ut fraudi, quae silentio subesse potest, nullus locus relinquatur. Ad rem docet Reiff. « Fallit regula quando mens legem obscure ponentis aliunde certe aut verosimilius constat: quantumvis enim in ambiguis contra proferentem interpretatio facienda sit, tamen ubi de illius mente certa et verisimilior habetur notitia iuxta eam procedendum est » *(Reiff, ius can. univ. ad hanc regulam, vol. 5 de reg. iuris cap. 11 de hac regula n. 7 et 8).* Eoque magis quod cum Simionatus Archipresbyter praeter reditum mansionariae nihil prorsus assignare cogeretur, plus assignans id donasse censendus esset. At regula, qua ad versarli nituntur, quum in donationes non cadat, donantibus, opponi non potest, « fallit in donationibus quando de iis vere factis non satis constats,

vel si constat quidem, dubium tamen manet an plus vel minus donatum sit » *(ibid. n. 9),* infert patronus.

Insuper notat advocatus, si constituta summa dabatur non in missarum stipendium ex reditu mansionariae, sed praeter reditum, ut curam agens animarum mansionari us ea ratione remuneraretur, vix concipitur, Carlottum siluisse quum videret sibi promissum a parocho missarum stipendium non numerari. « Vostri obblighi saranno la Messa quotidiana, coli' elemosina di lire 6 alle domeniche e feste ».

Si vero *alterum* fingamus, pergit orator, nimirum, nihil dictum esse de missarum stipendio, sed hoc pacto fuisse conventum: « Avrete lire^ 400 annue, incerti di stola in terzo posto senza questue » iamvero utrumque obtinuit abunde Carlottus.

Si opponatur, nec de missarum stipendio, nec de reditu mansionariae Archipresbyterum paciscendo memorasse, et hinc inferendum esse eum praeter reditum mansionariae, praeter missarum stipendium, quadringentas libellas promisisse, respondet orator, has promisisse Archipresbyterum de reditu mansionariae iam dilucide demonstratum a se fuisse.

Orator ut excuset Archipresbyterum clientem ab omni culpa, notat ipsum non dolo egisse quum reditus mansionariae in pactionem non adduxit. Sane « Se alla venuta del Carlotto non si parlò nè di cartelle nè di decreto Pontifìcio di riduzione di elemosina, si fu perchè in allora la dotazione in beni stabili della mansioneria non esisteva più, il certificato era intestato alla fabbriceria » *{ex sent. Cur. Vicenl.).*

Attamen Sacerdotem Carlotto probe cognovisse, sibi reditus tribui ex mansionaria Faccin evincit advocatus ex chirographis *receptionis stipendii* a Carlotto signatis, adeo ut hic fassus sit se de reditu mansionariae quadringentas libellas percepisse.

Et re vera, advertit orator, quonam tempore Carlottus tum *decretum* cognoverit, quo fuerat mansionaria instituta,

tum *rescriptum,* quod onera imminuerat, quae mansionario imponebantur, in actis non indicatur expresse, sed non difficile coniectatur, ait orator. *Primum* patet, Carlottum invenisse, ante causam inchoatam, quae bona mansionariae a fisco vindicavit. Quin etiam ideo de causa cogitasse, quia Curiae tabularium fortuito hoc perlustrans invenerat. « Dopo qualche tempo trovò in Curia il testamento Faccin: lo atto di erezione della mansioneria. Comprese che era stata ingiustamente appresa e decise tentarne la rivendicazione » *(eco sent. Curiae Vic).*

Patet *alterum* paulo post in venisse, quum ad causam, quam inchoaverat, defendendam argumenta pararet. « Promosse la causa di rivendicazione contro il R. Demanio. Dopo nuove indagini e ricerche fatte in Curia vide un documento nuovo per lui, col quale *Y* arciprete possessore delle cartelle intestate alla fabbriceria, aveva ottenuto dalla Santa Sede d'elevare l'elemosina delle messe festive a L. 6 ». At causa ante annum 1888 instituta, anno 1891 absoluta fuit. Certe igitur decretum anno 1888, rescriptum anno 1890 Carlottus cognoverat ; certissime, utrumque tres post annos (1893), paulo ante quam Episcopi iussu, mansionaria privaretur. Quibus positis, advocatus colligit, sacerdotem Carlotto usque ad annum 1892 ab aedituis qui mansionariae reditum administrabant, libellas quadringentas exegisse, attestantem: « Sono italiane lire 400 che io sottoscritto ho ricevuto dal R. D. Antonio Simionati, annuale stipendio maturato col 14 settembre 1890, quale mansionario di questa Chiesa parrocchiale. Il sottoscritto dichiara di aver ricevuto dalla fabbriceria dei SS. Maria e Vitale lire 34, 10, e questo a saldo del mese di ottobre 1893, onorario dovuto come mansionario della Parrocchia dei SS. Maria e Vitale... Carlotto D. Domenico mansionario ». Ergo patet, concludit advocatus, haud in mercedem capellani praeter reditum mansionariae libellas quot annis quadringentas Carlotto percepisse. Eas percepit in mansionarii mercedem : ex reditu mansionariae.

Ultimo loco notat, iudicem Venetiarum pugnantia locutum esse dum correxit, sententiam Vicentinae Curiae. Sane iste, autumavit praeter reditum mansionariae quadringentas libellas Archipresbyterum Carlotto spopondisse. At censuit in mansionariae reditum non illico, ubi venit Monticulum, ius Carlottum habuisse.

Sed tantummodo ex quo Episcopi decreto *diei 23 octobris 1888* ad mansionariam provectus est. « Che da allora il Rmo Carlotto fu investito del beneficio cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, ed il mansionario perciò da allora aveva diritto e di celebrare le S. Messe appartenenti adla mansionaria e di percepirne l'elemosina ». Et quia Carlottus, mense iunio anni 1887, Monticulum venerat, mansionariam per decretum est adeptus mense octobri anni 1888, erat consequens, urget patronus, ut a mense octobri anni 1888 Archipresbyter ad missarum solvenda stipendia adigeretur. Iudex tamen a se positam normam aperte peffregit et Archipresbyterum a mense iunio anni 1887 ad missarum solvenda stipendia adigere non dubitavit. « Ammesso pertanto come risulta dagli atti che dal 23 giugno 1887 al 18 nov. 1892...., il Rev. Carlotto abbia celebrate le S. Messe nei giorni festivi per la fondazione suddetta non avendo ricevuto la differenza in più della elemosina, ha diritto di riceverla... Dovere i'Arciprete D. Antonio Simionati dare al Rev. D. Domenico Carlotto la differenza in pi ù d'elemosina cioè 4,25 per ogni S. Messa in giorno festivo da questo celebrata per la fondazione Faccin, avendo ricevuto invece solamente l'elemosina di L. 1,75. Al quale effetto si prega la Rev. Curia di Vicenza di esaminare il prospetto indicante il numero e 1' applicazione delle S. Messe celebrate dal Rev. Carlotto in giorni festivi dal 23 giugno 1887 al 18 novembre 1892 ».

DEFENSIO PRESBYTERI CARLOTTO — *Inprimis* non videtur cur concedi debeat *restitutio in integrum* seu hoc tribuendum sit *remedium ^extraordinarium,* ei qui commode uti poterat remedio *ordinario* seu appellatione, et hoc facere

praetermisit. Neque aliquid facit, ad excusandum , ratio *octuagenariae aetatis,* quippe hic vir octuagenarius munus hactenus gerit Archipresbyteri et si aliorum bono iste adhuc^ sedulo studere valet in tam gravi officio, non fas est inferre ipsum non amplius valere in sua iura 'tutanda vigilare.

Ceterum ille non per se, sed per adlectum procuratorem egit in curia Venetiarum, et omnes norunt, procuratores ad litem facultatem habere appellationis instituendae et hanc in bonum clientium proponere debere nisi expresse prohibeantur. Ita Reiffenstuel h. t. 131.

Denique quod contradictor efflagitaverit remedium restitutionis in integrum, idemque non obtinuerit quando iam tempus effluxerat utile ad appellandum, hoc non plane excusat adversarium, qui scire debet (nemini enim licet ignorare ius) *appellationem* cumulari posse cum petitione *restitutionis in integrum,* et hoc facere praestat, siquidem suppetit remedium *ordinarium,* si *extraordinarium* non concedatur. Pellegrini *Praxis Vicariorum P. 2 sect. 2, sub. 1, n. 90.*

Curiam autem Venetiarum iure meritoque respuisse instantiam oratoris, patet ex valore admodum exiguo argumenti quod unice adducebatur pro impetranda in integrum restitutione. Syngraphas enim receptionis a Carlotto signatae, attestante, se stipendium recepisse, veluti *mansionarium ex fundatione Faccin,* probant se huiusmodi reditus recepisse sed non evincunt aut saltem, extra dubitationem, non collocant, eos reapse recepisse *ex titulo, ea ratione iuridica,* unde Coadiutori mansionario competebant : et huc spectat praesens controversia ; videlicet quaeritur utrum per reditus mansionariae solutos mansionario, extincta sit omnis obligatio Archipresbyteri erga suum Coadiutorem mansionarium.

Hoc est *meritum* quaestionis, quod modo attingere praestat, prout expostulat tum *primi* tum *secundi* dubii resolutio.

Equidem Archipresbyter Simionati in votis habet, confirmatam iri sententiam Vicentinam, sed, ni ego fallor, huic desiderio obstat expresse ipse contextus sententiae. Sane nemo non scit, quamcumque sententiam iudicialem constare duplici elemento, *altero* facti et iuris *altero;* atque ex *facti* specie gigni *ius.* Atqui in sententia Vicentina duae exponuntur facti species inter se haud parum differentes ; quandoquidem variant in adiuncto, arte connexo cum obiecto controversiae. Ne actum agere videar, hic recolo dumtaxat quod iam sub initio *folii* explicavi, nimirum in contextu sententiae, antea asseri, de eleemosyna *sex* libellarum pro Missis festivis ne mentionem quidem habitam fuisse, postea testem adduci Archipresbyteri nepotem qui fatetur, eleemosynam *sex* libellarum fuisse deductam in expressum pactum.

Potestne gravius peccari in ipsam externam formam sententiae ? Quamnam auctoritatem valet sibi vindicare iudiciale responsum, quod falso aut saltem nutanti fundamento innititur?

Error *facti* autem eo gravior irrepsit in themate, quia in una et in altera hypothesi iudicium ferendum erat adversus Archipresbyterum. - Nam coadiutor vi ipsius officii nactus est titulum mansionariae. Hoc expostulat voluntas testatoris Faccin, hoc intendit Episcopus, hoc voluit Archipresbyter quando Sacerdos Carlotto huic muneri destinatus fuit. Possem, ad summum, concedere titulum mansionariae fuisse Coadiutori collatum non die *23 iunii 1887* sed die *22 oct. 1888* per solemnes litteras institutionis; sed quia, iure canonico, huiusmodi actus consistunt, non ex solemnitatibus, sed ex voluntate et auctoritate Superioris, rerum veritate inspecta, arbitror titulum mansionariae a Carlotto fuisse plene quaesitum iam a die *23 iun. 1887.* Etenim Coadiutor eligi consuevit vi erectae mansionariae Faccin.

Sed habenti titulum mansionariae ius competit absolutum cognoscendi perspecte onera et iura mansionariae. Quamobrem pessum dedit Archipresbyter Simionati voluntatem

testatoris Faccin, quando non significavit aperte Coadiutori quaenam iura ei derivarent ex sua mansionaria; imo posthabuit auctoritatem quoque S. C. C. quae reductis missarum oneribus et auctis eleemosynis, non Archipresbyteri sed coadiutoris mansionarii meliorem efficere voluit conditionem.

Dum e contra, sive Archipresbyter nihil dixerit de officio mansionarii, sive tantum expresserit, Missas , festis diebus, stipendium habere *sex* libellarum et non significaverit, hoc ex reditibus mansionariae derivare, ob diminutum numerum Missarum, procul dubio dicendus est suae utilitati prospexisse, at non certe Coadiutoris. Mens vero tum testatoris tum S. C. C. fuit, pro qualitate temporum et adiunctorum consulere congruae sustentationi coadiutoris. Indultum autem S. C. C. effecit ut onus missae non amplius esset *quotidianum.*

Neque iuvat obiicere Fisci direptiones, quippe quae interimere valuerunt mansionariam et nonnullos reditus Fabricae Ecclesiae attribuere ; namque uti *nemini licet ignorare ius* ex *reg. 13 iuris in 6 ;* ita nemini, cum primis sacerdoti fas est ignorare, fìsci usurpationes *statum factorum* pervertere, sed *iura* non attingere. Quocirca mansionaria Faccin, quoad suum titulum, nullam passa est diminutionem.

Porro ex dictis fluit, Coadiutoris mansionarii iura tecta sarta conservata non fuisse ab initio suscepti officii ; sed non exinde evincitur adamussim in quanam mensura ei debeatur indemnitas. - Mensuram vero quod attinet indemnitatis, ne iudex quidem Venetiarum videtur omne attigisse punctum ; siquidem non semper sibi cohaeret in assignandis terminis quaestionis.

Quando vero EE. Patribus placeat recognoscere, undequaque iuribus Coadiutoris satis non fuisse factum, ipsa subiecta materia seu spirituale coadiutoris munus et celebratio missarum persuadent, indemnitatem apte posse pensari, non *more mer cenar ior um,* sed *morali modo.*

Denique habendum prae oculis, sacerdotem Carlotto, in vindicanda a Fisco dote mansionariae, de Ecclesia bene fuisse meritum.

Hisce praeuotatis proposita fuerunt diluenda

Dubia

1. *An sit locus restitutioni in integrum in casui*
Et quatenus affirmative.

2. *An sententia curiae Patriarchalis Venetiamim sit confirmanda vel infirmanda quoad, quartum punctum in casu i*

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re disceptata sub die 15 Decembris 1900, censuit respondere : *Ad primum, providebitur in secundo. Ad secundum; attentis omnibus, Sacerdoti Dominico Carlotto nihil deberi in casu.*

BERGOMEN.

CAPPELLANIAE

Die 15 Decembris 1900.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Curia Bergomen, retulit, existere in illa Cathedrali Cappellaniam residentialem fundatam an. 1467 a canonico Antonio Rota cum his oneribus :

« Capellanus Sacerdos saecularis teneatur Missas septem in singula hebdomada celebrare in Capella Beati Hieronymi Conf. et Doct. et Beatae Catharinae Virg. et Mart. in Ecclesia Cathedrali Bergomi, iusto impedimento cessante, et interesse omnibus horis cum dominis Canonicis in ipsa Ecclesia singulis Dominicis et diebus festivis dumtaxat, similiter iusto impedimento cessante ».

« Qui sacerdos capellanus teneatur iurare, factis scripturis, quod in dicta Ecclesia et in dicta Capella S. Hieronymi et Beatae Catharinae septies in singula hebdomada

celebrabit, et divinis intererit officiis prout supra, iusto impedimento cessante ».

« Et haec omnia fiant personaliter per supradictum capellanum dictae Capellaniae institutum vel instituendum, nisi esset rationabiliter impeditus vel occupatus, et tunc per alium faciat celebrare ».

Hac investitum Cappellaniâ nunc fungi munere Cancellarii et coeremoniarii episcopalis, et ideo assistere debet quamplurimis functionibus quae per Dioecesim peraguntur ab Ordinario ; quibus in adiunctis nequit pluries in anno esse praesens choro. Sed his in casibus censet, iuxta praedicta verba, esse *rationabiliter impeditum vel occupatum ;* ideoque haberi sicut praesentem.

Capitulum Cathedralis exhibuit sequentes animadversiones contrarias : idest haberi in actu fundationis quod Capellanus teneatur interesse omnibus Horis cum dominis Canonicis in ipsa Ecclesia singulis Dominicis et diebus festivis dumtaxat, similiter *iusto impedimento cessante,* verba autem *rationabiliter impeditus vel occupatus* haberi ubi testator loquitur de onere Missae quotidianae. Praeterea volens testator instituere capellaniam cum onere Missae pro diebus festis, loqui debuit tantum de iusto impedimento personae, et adiecit : *et haec omnia fiant personaliter.* Hinc adductae ab investito causae admitti nequeunt.

Quibus animadversionibus investitus reposuit, verba *nisi esset rationabiliter impeditus vel occupatus* aeque respicere onus celebrationis Missae et onus residentiae. Dicit enim fundator : teneatur, capellanus, septies in singula hebdomada celebrare et interesse divinis officiis diebus dominicis et festivis ; quae onera ab eo implenda sunt personaliter iusto impedimento cessante et nisi sit rationabiliter impeditus.

Hinc quaesita fuit resolutio quaestionis an investitus Capellaniâ Rota excusetur a residentia chori per iustum impedimentum personale, et per legitimas proprias occupationes.

Et insuper an munus Cancellarii et coeremoniarii Episcopi satis sit ut dispensetur legitime a residentia chorali pro *diebus et horis* quibus munera implet praedicta.

Disceptatio synoptica

In solutionem quaestionum haec advertere praestat. Sane difficultas in hoc tota consistit, an Capellanus institutus in Capellania residentiali ab Antonio Negronio erecta, pro Cathedrali Eccles. Bergomen., iure polleat obtinendi alia officia seu onera incompatibilia cum obligationibus susceptis ex Capellania Negroni. Equidem ius ecclesiasticum positivum constituit expresse dumtaxat *incompatibilitatem* plurium beneficiorum, prouti, iure novo, iussit Concil. Trid. *Sess. 7 De Ref., c. 2, et Sess. 24, cap. 17;* sed ipsum ius naturale dictat ; nemini fas esse obtinenti aliquod officium, aliud capessere, quamobrem possessori haud possibile sit uni et alteri, pro susceptis oneribus, satisfacere. Quod praeceptum videtur *implicite,* sed satis *expresse* contineri in tabulis fundationum Capellaniae Negroni ; siquidem illa clausula unde non eximitur Capellanus ab officio chorali diebus festis nisi *iusto impedimento cessante,* et a missis quotidianis celebrandis, *nisi esset rationabiliter impeditus vel occupatus, et tunc per alium faciat celebrare;* huiusmodi clausula, inquam, expresse significat, testatorem considerasse impedimenta non *perpetua* et, suapte natura, *permanentia,* qualia sunt illa promanantia ex officio *incompatibili,* sed ea dumtaxat quae inopinate accidunt et evanescere, vi sua, nata sunt. Quare cavit : « *et haec omnia fiant* PERSONALITER *per supradictum Capellanum* ».

Quaestio parum dissimilis ab hodierna controversia agitata fuit apud S. C. C. in Neapolitana *Capellaniarum, die 14 Aprilis 1725.* Cum domus SS. Annuntiationis Civitatis Neapolitanae multis Missarum oneribus in praeteritum non celebratarum et in posterum celebrandarum esset magnopere gravata et eiusdem officiales recursum habuissent ad S. Apostolicam pro opportuno remedio, Clem. VIII demandavit, ut

pro satisfactione praedictorum onerum quatuor erigerentur capellaniae, perpetuae et inamovibiles cum* dote ducatorum sexaginta pro qualibet, quae quatuor presbyteris essent conferendae, qui personaliter deberent residere et quotidie celebrare in altari S. Ioannis Baptistae, ita tamen ut si aliqua die cuiusvis hebdomadae legitime impediti fuissent, facultatem haberent suum munus per alios explendi, secutaque post multam temporis intercapedinem a. 1707 decoctione famigerati Barici memoratae domus SSmae Annuntiationis, habitoque ab administratore novo recursu ad Clem. IX pro aliqua provisione capienda super oneribus Missarum, Summus Pontifex demandavit, ut aliae quatuor erigerentur Capellaniae cum eodem proventu pro quolibet Capellano. Cumque pro recta executione eorum quae in Brevibus electionum continebantur, aliqua exorta sint dubia, inter alia quaesitum fuit: « ***An Capellani possint obtinere beneficia curata vel oeconomicis Ecclesiarum parochialiuyn aut incumbentias excipiendi confessiones Monialium aut alia onera incompatibilia cum celebratione Missarum, eas tamen adimplendo per substitutum*** ». Et super hoc puncto censebant administratores esse negative respondendum, tum quia iuxta Breve Clementis VIII debent personaliter residere apud Ecclesiam et quotidie Missas, per seipsos, celebrare; in quo rerum themate non videtur quod ab ipsis assumi possint onera quae dictam personalem residentiam et celebrationem Missarum per seipsos impediunt, tum quia si in citato Brevi dementino solummodo Capellanis indulgetur, ut si aliqua die cuiusvis hebdomadae fuerint legitime impediti, munus hoc adimpleant per alios sacerdotes, restrictiva haec excludit: quodcumque aliud voluntarium impedimentum quod sit vel perpetuum vel ad longum tempus.

At e contra excipiebatur a Capellanis, affirmative super praedicto primo dubio esss respondendum, et praecipue quia Breve Clementinum non procedit ad privationem Capellaniae in casu non residentiae, in quo rerum statu residentia non est ***pjraccisa,*** sed ***causativa,*** et sic minus apta ad inducen-

clam incompatibilitatem; eoque fortius quia unaquaeque Capellania non habet in reditu nisi quinque ducata quolibet mense, qua tenuitate concurrente, infertur ad residentiam *causative;* et etiam quia si Breve Clementinum in casu impedimenti contingenti^ in qualibet hebdomada permittit adimplementum Missarum per alium Sacerdotem, iam iudicium ferendum esse videtur in hypothesi in qua impedimentum ad perpetuum tempus vel ad aliud temporis spatium ultra hebdomadale protrahatur. Omnibus perpensis EE. PP. propositum dubium sequenti responsione expedierunt: « *Ad primum negative, hoc est quoad incompatibilia cum celebratione Missarum per seipsos* ».

Ex adverso, adverti debet in themate non posse urgeri responsionem supra adductam, quia incompatibilitas officiorum maxime ponderanda est *ex reditibus* quibus officia instructa sunt. Quandoquidem esset irrationabiliter invitus officii cuiusque fundator si prohiberet quominus officialis aliis officiis navaret operam, quamvis ex illo officio reditus non reciperet necessarios ad vitam agendam. Sed ex actis non constat, quinam reditus cohaereant Capellaniae in themate; quamobrem exquisivi a Curia Bergomen, ut EE. PP. certiores reddantur de quantitate redituum qui ex dote Capellaniae percipiuntur.

Ceterum etsi reditus Capellaniae dicendi essent sufficientes, nihilominus prouti ob penuriam Sacerdotum aut ob alias causas omnino proprias adiunctis nostrorum temporum, non semel S. C. C. dispensare solet ab ipsa incompatibilitate beneficiorum, ita sapientia et prudentia EE. PP. deliberabit an multo magis locus sit dispensationi aut cuique alii provisioni in casu.

Quibus animadversis, quaesitum fuit, quid precibus esset respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 15 Decembris 1900 censuit respondere: *Causas allatas non esse iustum impedimentum.*

ARGENTINEN.

DISPENSATIONIS AB IRREGULARITATE.

Die 15 Decembris 1900.

Per summaria precum.

OoMPENDiNM FACTI. Dominicus Meyer sacerdos apoplético morbo correptus, usum dexterae partis corporis amisit. Interim publico hospitio se recepit, ubi in sacello privato, cum assistentia alterius presbyteri petit ut sibi celebrare permittatur. — Consueto peracto experimento, Episcopus Argentinensis haec retulit S. Congregationi :

« L'examen de la manière dont il peut s'acquitter des cérémonies a donné le résultat suivant » :

« 1. Les signes de croix ne sont qu'ébauchés ; encore faut-il que la main gauche conduise la main droite ».

« 2. Il ne parvient pas à ôter convenablement le voile du calice et à le plier ».

« 3. A l'offertoire il est obligé de verser le vin et l'eau de la main gauche ».

« 4. Il peut seulement se servir de la main gauche pour lever la sainte hostie et le calice à la hauteur voulue au moment de l'élévation ».

« 5. Il peut rompre la sainte hostie; mais il faut que le prêtre qui l'assiste rapproche le calice de lui, après qu'il a pris la sainte hostie de dessous la patène ».

« 6. Après la fraction de la sainte hostie, il est obligé de déposer d'abord la moitié qu'il tient de la main gauche, de prendre ensuite l'autre moitié de la main gauche et de la placer également sur la patène, de reprendre enfin la première moitié de la main gauche afin d'en détacher la particule sur le calice et cela de la main droite ».

« 7. Avant la communion, il ne peut saisir les deux moitiés de la sainte hostie que de la main gauche et cela avec difficulté ».

« 8. Il ne peut purifier ni la patène, ni le calice; il ne peut pas mettre le voile sur le calice ».

« 9. En general il prononce bien les paroles; il lui arrive cependant assez fréquemment de mutiler complètement un mot et d'être obligé de le répéter. Il a prononcé distinctement les paroles de la consécration. La difficulté qu'il a à vaincre pour la prononciation l'oblige en outre à dire à voix haute toutes les prières qui doivent être dites à voix basse ».

« Comme il n'y a ni irrévérence envers le St. Sacrement à craindre (le malade devant toujours être assisté d'un prêtre), ni scandale des fidèles, je supplie très-humblement Votre Sainteté de vouloir bien dispenser le dit prêtre de l'irrégularité, afin qu'il puisse de nouveau offrir le Saint •Sacrifice ».

Disceptatio Synoptica.

GRATIA DENEGANDA VIDETUR. Commune est canonistarum principium, dispensationem ab irregularitate concedendam non esse, quoties caeremoniae fieri non valeant absque irreverentia rei sacrae et scandalo vel admiratione fidelium. Hoc autem posito, videtur negari non posse in casu de quo agitur locum habere admirationem populi, si huiusmodi sacerdos ad Missae celebrationem admittatur. Siquidem constat, talem sacerdotem nonnisi sinistra manu uti posse ad sacras Missae -caeremonias peragendas, dexteram autem tantum ad adiumentum aliquod afferendum adhiberi. Neque proinde videtur salvari debita 'reverentia, qua celebratio missae peragenda est, quum Sacra Hostia nonnisi unica manu sinistra possit ab hoc sacerdote tractari, et in fractione hostiae necessario indiget auxilio alterius sacerdotis. Quare ad casum facere potest illud quod in *Cap. Presbyterum de Cleric. aegrotante* definitum reperitur de presbytero, cui medietas palmae cum duobus digitis fuerat abscissa, scilicet quod non possit Missam celebrare « quia et nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri hoc fieri potest ».

GRATIA INDULGENDA VIDETUR. Attamen cum agatur de iam promoto, et non de promovendo; et cum absque culpa

orator irregularis evaserit, facilius tunc solet S. C. C. dispensare, uti docet *Comen. Irreg. 6 Maii 1775 et 11 Iulii 1776. Baionen. 20 Martii 1824. Astoricen. Dispens, ab Irregularitate 27 Feb. 1869 inter Sum. prec.* relatae, aliaeque quamplurimae. Praecise vero dispensationem fuisse concessam Regulari, cui ob morbum manus erat impedita, ut celebrare possit cum alterius sacerdotis assistentia, refert Henriquez *lib. 14, cap. 8, num. 4, lit. Q.* Et in una *Cosentina 13 Iul. 1725,* quae casui nostro magis accedit, agebatur de sacerdote, qui brachii dexteri flexibilitatem amiserat, ita ut nec illud elevare possit, nec se signo crucis signare , nisi intercedente distantia unius circiter palmi a fronte, a pectore, ab utroque humero, et ore, nec sacram Hostiam et Sanguinem sumere posset, nisi ope manus sinistram Quum igitur quaesitum esset de dispensatione concedenda huic sacerdoti ab irregularitate contracta, ut Missam celebrare posset, Lambertinus qui Secretarii munus in S. C. C. tunc gerebat, ut viam aperiret miserabili huic sacerdoti ad Missae celebrationem, institit in facto Fratrum Ordinis Praedicatorum, qui iuxta liturgiam suam sinistra manu Eucharistiam sumunt, varias istius usus legitimas rationes assignantibus auctoribus. Ex quo factum est ut facultas dispensationis concedendae Archiepiscopi arbitrio fuerit remissa. — Et in altera consimili *Goritien. Irreg. diei 17 Ian. 1872* dispensatum fuit cum sacerdote Ioanne Cerii, qui apoplético morbo affectus in sacro peragendo omnes sacrificii actiones sinistra manu tantum peragere poterat ; quare S. Congreg, hoc dedit favorabile responsum: *«Pro gratia dispensationis et rehabilitationis, arbitrio et conscientiae Archiepiscopi, dummodo celebret cum assistentia alterius sacerdotis ad triennium et quatenus interea m,or'jus non ingravescat, facto verbo cumSSao.* — Nuperrime vero in quadam *Gandaven. Dispens, ab Irreg. diei 27 Maii 1899* (casus nostro prorsus consimilis) agebatur de quodam sacerdote, qui apoplético morbo correpto usus dexteri brachii et cruris ita impeditus fuit, ut omnes missae caeremonias^ adamussim peragere ne-

queat. Et Vos EE. PP. respondere censuistis: « *Pro gratia, arbitrio et conscientiae Episcopi, dummodo morbus non ingravescat, et Orator celebret cum assistentia alterius sacerdotis* ».

Nullam vero in casu timeri admirationem vel rei sacrae irreverentiam affirmat Episcopus; etenim orator petit Missam celebrare in sacello privato cum assistentia alterius sacerdotis. Quocirca ne afflicto addatur afflictio, infelix sacerdos maxime videtur dignus S. Ordinis et Apostolicae Sedis benignitate, ne perpetuo spiritualis consolationis alimento privatus doleat se fere ad secularia ex infortunio fuisse redactum.

Quibus animadversis, quaesitum fuit quomodo preces essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 15 Decembris 1900, censuit respondere: *Pro gratia dispensationis, arbitrio et conscientiae Archiepiscopi, dummodo morbus non ingravescat, et cum assistentia alterius sacerdotis, facto verbo cum SSmo.*

TRIDENTINA

DISPENSATIONIS A SERVITIO CHORALI

Die 26 Ianaarii 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Hieronymus Mayrhofer, capellanus choralis beneficiatus Ecclesiae Collegiatae Bulsanensis in Dioecesi Tridentina, praeter officia sibi incumbentia in choro, mandato Capituli et certa ab eodem assignata mercede in summam 105 florenorum, operam impendit in erudiendis in sacra catechesi pueris scholae elementari publicae adscriptis; de mandato autem Episcopi, docet religionis elementa in instituto caesareo normali in quo ludimagistri instituuntur et educantur. Inde stipendium ei assignatum est 500 florenorum. Tot distentus curis Hieronymus petiit ab Episcopo

dispensationem, saltem aliqua in parte, a servitio chori et Episcopus indulsit dispensationem a chori servitio vespertino et a Missa per turnum celebranda. Illud vero singulare est in Capitulo Bulsenensi, ut distributiones quotidianae sint tenuissimae; quocirca illegitime absentes, non tantum distributiones amittunt, sed praeterea *maleta* afficiuntur.

Dispensationis indultum impetiit Capitulum apud Metropolitanum Salisburgensem, et hic edixit, indultum ita generale ab Episcopo concessum ratum haberi non posse. Episcopus vero advertit statuta capitularia illius Ecclesiae suae auctoritati usque fuisse obnoxia, at nolens tempus tereré in evincendo valore sui decreti, consuluit Hieronymo Mayrhofer ut supplicem libellum daret ad Sacratissimum Principem pro impetranda dispensatione. Orator ideo : « Sacerdoti Hieronymo Mayrhofer, dioecesis Tridentinae, duplex praesertim munus incumbit, alterum qua Beneficiato, alterum qua Catechetae ».

« Quatenus dictus sacerdos fruitur beneficio, ex constitutionibus ecclesiae collegiatae Bulsanensis tenetur ad horas canonicas minores a Prima usque ad Completorium cum reliquis membris Capituli quotidie in choro dicendas et ad cantandum Matutinum cum Laudibus in nonnullis festis solemnioribus, iuxta Indultum S. Congregationis Concilii d. d. 13 febr. 1854 ».

« Praeterea singuli Beneficiati ecclesiae Bulsanensis, vi earundem constitutionum, diebus Dominicis et festivis Missarum horarium observare debent, iuxta quod in commodum Christifidelium ab hora quarta cum dimidio usque ad undecimam singulis semihoris Missa celebratur. In feriis vero membra Capituli semel in hebdomada iuxta ordinem, hora. octava Missam celebrare debent ».

Capitulum ut tale, quod ab undecim beneficialis et Reverendissimo D. D. Praeposito ordinarie constituitur, ex mandato Celsissimi Imperatoris Austriaci, quod ab Ordinario-Tridentino confirmatum est, per unum membrum pueros in

schola, sic dicta maiori, in veritatibus Religionis catholicae instituere tenetur. Quod anno scholastico anteacto per nominatum Hieronymum Mayrhofer factum est et in futuro fiet, quandiu Celsissimus Dom. Dom. Episcopus ordinaverit ».

« Ab eodem Celsissimo Praesule Tridentino Eugenio Carolo dicto sacerdoti munus magistri pro Religione catholica in schola paedagogorum tradenda ex anno praeterito demandatum est ».

« Proinde sacerdoti Hieronymo Mayropher qua catechetae in schola paedagogorum et cum ea coniuncta schola maiori puerorum Bulsani onus incumbit, docendi Religionem catholicam in novem scholis et in singulis per duas horas in hebdomada ; docendi igitur per duodeviginti horas in hebdomada et quidem trecentos pueros et octoginta studiosos , divisos priores in quinque, posteriores in quatuor classes ».

« Singulis diebus Catecheta pro magistris et discipulis Missam hora septima cum dimidio celebrare tenetur et diebus Dominicis et festivis post Sacrum peractum pium sermonem ad hos auditores facere debet ».

« Cum Hieronymus Mayropher qua Catecheta saepe in adimplendis officiis qua Beneficiatus praepediatur, humillime petit, ut cum ipso, quandiu munus Catechetae in duabus nominatis scholis ei incubuerit, dispensetur » :

« I. Ab obligatione interessendi horis canonicis vespere tantum in iis casibus, in quibus qua magister et catecheta legitime impeditus fuerit ».

« II. Ab obligatione Missarum horarium observandi et faciendi Sacrum hora octava semel in hebdomada pro tempore decem mensium, quibus pro pueris et studiosis Missam celebrare tenetur ».

« III. Ne muleta ipsi imponatur, si una alterave vice ex aliis causis legitimis officio chori non intersit ».

« Ad hoc ultimum notandum, quod triginta iam annis anteactis semper membrum Capituli Bulsanensis duplex mu-

nus magistri et eatechetae impleverit et, si ille Beneficiatus supra enumeratas obligationes non adimplevit, semper ut legitime impeditus habitus sit, attamen distributionibus choralibus caruerit, quin tamen muletas unquam persolvere debuerit ».

« Res hic expositae veritate nituntur et infrascriptum ad tres enumeratas gratias petendas eo magis impellunt, cum ipsi etiam officium praesidis societatis catholicae opificum ab Ordinario demandatum sit ».

Episcopus enixius commendat oratoris instantiam. Capitulum percontatum de sua sententia haec reposuit : « Primae precum parti provisum videtur, cum statuta capitularia praescribant : Haec missarum distributio Sacrarii Directori ita erit demandata, ut necessaria sit semper approbatio Praepositi, cuius prudentiae committitur, ut eos ab hoc onere ad tempus solvat, quos aut aegra valetudo, aut alia legitima causa eximendos suadebit ».

« Causam difficultatis quoad officium vespertinum esse negotium scholasticum, ad quod nec capitulum qua tale, nec membra eius singula obligationem ullam habent, constat. Si hoc, Orator iuxta statuta illegitime a choro absens est. Membrum autem quodcumque, quod illegitime absens est, iuxta usum inde a restauratione capituli anno 1855 peracta vigentem non amittit distributiones, sed muleta afficitur, quia tales sunt, ut earum amissio esset ridicula ».

« Insuper orator tanquam catecheta scholae elementaris maioris, pro qua schola ei a capitulo remuneratio statuta solvitur, nullas distributiones percipit iuxta statuta capitularia : Si enim... remuneratio assignata fuerit, qui hac fruetur, iure distributiones lucrandi carebit ».

« Fatendum demum, difficultatem ad officium vespertinum in choro persolvendum dependere a voluntate oratoris, cum tali negotio ad quod tamquam membrum capituli non obligatur, una cum officio vespertino satisfieri possit. Nam aut negotia scholastica ante meridiem persolvat, ad quod ipsa lex civilis saltem quoad maiorem partem ius et obli-

gationem tribuit et non deficiunt vires, cum Reverendissimus Archiepiscopus Viennensis omnino aequale negotium Cooperatoribus civitatis Viennensis, qui etiam curam animarum sat amplam et gravem simul subire debent, pro tempore antemeridiano praescripserit ; aut si hoc non placet, etiam tempus ab hora tertia postmeridiana impendere potest. Ideo Reverendissimus Metropolita censuit, negotia scholastica, cum facultas sit, ab Oratore esse congreganda cum obligationibus capituli. Quod quidem esset optandum, cum capituli status talis sit, ut vix cum decore officium persolvi possit ».

« Ex altera parte obligatio capitulo incumbit pro viribus procurandi, ut omnes statuta sub iuramento suscepta aequaliter observent ».

Episcopus referens summam animadversionum quae ab oratore opponuntur sententiae Capituli, haec habet: « Harum vero summa est, remedia a Capitularibus indicata parum aut minime prodesse, quia alium Sacerdotem sibi sufficere ad Missam statis horis celebrandam non posset absque gravi dispendio ; quoad praesentiam autem in choro (a qua ex parte dispensationem postulavit) asserit rationabiliter sibi, quantumvis horae mutentur, nimis onerosam et fere impossibilem esse cum multo numero lectionum catechistarum imper tiendarum, plerisque concionibus studio ad privatam praeparationem detineatur, quibus accedit officium quod utiliter gerit curandi et gubernandi hospitium iuvenibus opiflcibus colligendis, educandis, in christiana religione erudiendis inserviens, quibus negotiis gerendis vires ipsius vix pares sunt, unde petitam sibi conferri dispensationem denuo humiliter postulat ».

Disceptatio Synoptica.

Equidem, quod iam adverti in Bergomen. Capellaniae *die 15 Dezemb. praeterlapsi anni*, non debent onera diminuì beneficiorum ex eo quod aliquis sibi onera assumat haud concilianda cum officio suae praebendae; et hoc edixerunt.

suo rescripto, EE. PP. — Eo magis in themate videretur deneganda dispensatio quia Canonici ex una parte docent, Chori servitium non pati onerum diminutionem in aliquo membro, quippe horum exiguus est numerus ; ex alia parte explicant, onera officiorum ab oratore assumptorum posse conciliari dummodo canonicus qui officia cumulare exoptat et stipendia, laborem augere non detrectet.

Ex adverso advertere praestat, ipsam rerum tristem conditionem efficere ut illud quod omnium in votis est, nimirum aequam onerum divisionem inter cleri viros, praepediri ab ipsa *penuria* sacerdotum. Siquidem messis quidem multa,, operarii pauci. De potiore bono autem quod obtineri potest si lex capituli relaxetur, testis est Episcopus qui vehementer exoptat, dispensationem concedi Oratori quippe abunde compensabit per lucrum animarum, detrimentum quod patitur solemnitas servitii choralis. Ceterum munus concionandi et tradendi vel ipsa elementa Christianae religionis tale est quod expostulat assiduum studium ne oratoris et magistri imperitia animos potius alienet auditorum quam alliciat in sancta dogmata, hac praesertim nostra aetate qua omnes, sed in primis ludimagistri, religionis elementa, levitate animi, facilius despiciunt quam inquirant.

Ad haec, ex statuto sacrorum canonum, congrue aestimata est haec necessitas praeparationis, siquidem canonico Theologo die, qua legit, nulla habita ratione numeri canonicorum et servitii choralis, indulta est absentia a choro, quin amittat distributiones quotidianas. — Uti vero patet ex postremo capite petitionis, scilicet: « III. *Ne muleta ipsi imponatur si una alterave vice ex aliis causis legitimis officio chori non intersit* », orator absens a choro non expostulat indultum pro lucrandis distributionibus quotidianis, et memorat « quod triginta iam annis anteactis semper membrum Capituli Bulsanensis duplex munus magistri et catechetae impleverit et si ille beneficiatus supra enumeratas obligationes non adimplevit, *semper tit legitime impeditus habitus sit, attamen distributionibus choralibus caruerit quin*

tamen muletas unquam persolvere debuerit ». Capitulum vero videtur, ipsam amissionem distributionum non urgere, dum ait: « Membrum autem quodcumque quod illegitime absens est____*non amittit distributiones, sed muleta afficitur, quia tales sunt, ut earum amissio esset ridicula* ». Sed assertioni Capituli contradicunt statuta: « *Si enim____remuneratio assignata fuerit qui hac fruetur, iure distributiones lucrandi carebit* ». Sane neminem latet, Concil. Trid. Sess. 21, cap. 3, et Sess. 22, cap. 3, expresse prohibuisse, quominus illegitime absentes distributiones quotidianas lucrentur.

Quoad onus Missarum diebus festis a canonicis celebrandarum Capitulum non contradicit dispensationi, sed hanc concedere sibi vindicare videtur, pro re nata, advertens : « *Haec Missarum distributio sacrarii Directori ita erit demandata ut necessaria sit semper approbatio Praepositi cuius prudentiae committitur, ut eos ab hoc onere ad tempus solvat quos aut aegra valetudo aut* ALIA LEGITIMA CAUSA EXIMENDOS SUADEBIT ».

Quibus animadversis, quaesitum fuit quomodo preces essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra Concilii Congregatio, re disceptata sub die 26 Ianuarii 1901, censuit respondere:

Pro gratia dispensationis iuxta petita ad quinquennium, si tandiu perdurent hodierna adiuncta, arbitrio et conscientia Episcopi.

MECHLINIENSI

IRREGULARITATIS

Die 15 Decembris 1900.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Emus Archiepiscopus Mechlinien, die 3 sept. 1900 has litteras dabat Sacratissimo Principi : « Arthur Bamps , aetatis 22 annorum, Dioecesis Mechliniensis subditus, expletis iam humanarum litterarum et philosophiae

studiis, ad disciplinas theologicas gressum facere et opportuno tempore ad sacros ordines promoveri ardentissime cupit ».

« At vero quominus protinus votis eius annuam, obstat defectus corporalis quo laborat. Claudicat enim non mediocriter ita ut absque baculo deambulare non valeat. Atfamen, instituto experimento constitit quod absque fulcro missam celebrare poterit, et ritus omnes et ceremonias sufficienter observare, excepto tantum ad terram usque dextrum genus aegerrime flectere valebit ».

« Gratiam autem dispensationis in favorem praedicti adolescentis, ut ad sacrum etiam presbyteratus ordinem promoveri possit, a Sanctitate Tua supplicandi sequentes me movent rationes » :

« 1. Quod adolescens est optimae indolis et eximiae pietatis, cui in Sacris Deo servire summum, imo unicum vitae bonum est ».

« 2. Quod ingenii est non communis, quum in stadio philosophiae inter septuaginta duos concurrentes quartum locum obtinuerit. Licet sacri ministerii externis laboribus impar sit, excultis scientiis, scripto tamen et verbo Ecclesiae se utilem praestare poterit ».

« 3. Parentes habet honestissimos et rerum temporalium copia pollentes, qui "Alio suo necessaria ad honestam vitae sustentationem pro nunc et pro futuro procurare spondent, Ordinarium ab onere quocumque eximentes ».

Disceptatio Synoptica

Iuxta Sacros Canones ex defectu corporis irregulares sunt ii omnes qui non possunt fungi altaris ministerio ex aliqua impotentia, vel ex aliqua deformitate qua non possint exerceri Ordines Sacri sine scandalo, vel sine populi admiratione. *Cap. 2, 3, 4, De Cler. aegrot.* Iuxta communem autem sententiam Doctorum, tunc adest gravis deformitas, et exinde irregularitas, « si claudus, ut ait Glossa, sine baculo non possit sustentari in Altari » *ad Decr. Grat. Dist. 55,*

cap. X. « Ceterum qui non indiget baculo, minime est irregularis, sicut nec etiam qui habet crura distorta ». Ita S. Alphonsus *VII, 407,* ubi citat plures Auctores.

Iamvero in casu unicus defectus est claudicatio, ita ut Orator sine baculo deambulare non valeat ; potest tamen absque fulcro Missam celebrare et ritus omnes, et ceremonias sufficienter observare. En verba Emi Arch. « *Claudicat non mediocrifer ita ut absque baculo deambulare non valeat. Attamen instituto experimento constitit, quod absque fulcro Missam celebrare poterit, ut ritus omnes, et ceremonias sufficienter observare, excepto tantum quod ad terrain usque dexterum genu aegerrime flectere valebit* ».

Iamvero nemo sensatus dicet, adolescentem optimae indolis, optimae pietatis, et ingenii non communis, uti habetur in litteris Emi Arch., eo quia indiget baculo ad deambulandum, admirationem populi excitare. Ut autem ad altare se conferat, etiam seposito baculo, hoc potest fieri sine ullo incommodo ; saepissime enim fit, ut sola commoditatis gratia, sacerdotes celebrent in Altari immediate adnexo Sacristiae vel alii loco ubi sacra vestimenta indui possunt.

Et sane, favore Oratoris recolenda sunt recentissima exempla, in quibus dispensatum fuit in casibus maioris cuiusdam speciei defectus, in Cathacen. *17 Dec. 1859* dispensatum fuit cum Sacerdote Scalzo, qui, uti constat ex Summario, non valebat genuflectere ad intimum altaris gradum, nisi posita manu super numerum adsistentis. Et in Asculana *20 Febr. 1808* dispensatio concessa fuit Clerico Salustri, qui genuflexionem vix signare poterat genu sinistro, et utrumque genu simul flectere nullatenus poterat absque alterius auxilio. Agebatur de Clerico promovendo. In Comaclen. *27 Feb. 1864* rescriptum dispensationis concessum fuit cuidam Fogli, qui, uti habetur in *folio « anchilosi perfecta in genu dextero laborans, non potest illum usque ad terram flectere, sed mediam tantum, ut ita dicam, genuflexionem commode exequitur* ». Agebatur de Clerico duobus tantum minoribus Ordinibus initiatus. Insuper in Bergomen.

13 Iun. 1868 dispensationem obtinuit Dominicus Colleoni, qui sinistram pedem, ob igneae ballistae explosionem, amputatum habebat. In Mediolanen. *14 Apr. 1894* gratia concessa fuit Clerico Caietano Caroveci, cui ob gravem morbum laevum crus amputatum fuit.

Tandem in casu videtur rigor temperandus auctoritate Emi Cardinalis Goossens Arch. Mechliniensis, qui non solum pro Oratore petit gratiam dispensationis, sed ita eam rationabilem demonstrat. « Gratiam autem dispensationis in favorem praedicti adolescentis, (ita Emus Goossens), ut ad sacrum etiam Presbyteratus ordinem promoveri possit, a Sanctitate Tua supplicandi, sequentes me movent rationes :

1. Quod adolescens est optimae indolis, et eximiae pietatis, cui in sacris Deo servire summum imo unicum vitae bonum est.

2. Quod ingenii est non communis, cum in stadio philosophiae inter septuaginta duos concurrentes quartum locum obtinuerit. Sicut sacri ministerii externis laboribus impar sit, excultis scientiis, scripto tamen et verbo Ecclesiae se utilem praestare poterit.

3. Parentes habet honestissimos et rerum temporalium copia pollentes, qui filio suo necessaria ad honestam vitae sustentationem, pro nunc ut pro futuro procurare spondent, Ordinarium ab onere quocumque eximentes ».

Quibus animadversis, quaesitum fuit quomodo preces essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra C.C. re cognita, sub die 15 Decembris 1900 censuit respondere: *Pro gratia dispensationis arbitrio et conscientia Archiepiscopi, facto verbo cum SSmo.*

EX S. G. NEGOTIIS ECCLES. EXTRAORDIN. PRAEPOSITA

DECLARATIO AUTENTHICA Indulti diei 6 Iulii 1899 (i) super ieiunio et abstinentia pro America Latina.

Ex audientia SSmi diei 8 Martii 1901.

Ex parte nonnullorum Antistitum Americae Latinae, varia proposita fuerunt dubia circa vigorem et modum exsecutionis Indulti diei 6 Iulii 1899.

Sanctitas vero Sua, re mature perpensa et prae habito voto nonnullorum S. R. E. Cardinalium, referente me infrascripto Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, haec quae sequuntur declaranda et decernenda censuit; videlicet:

I. Verba « *fideles qui id petierint* », vigorem legis ecclesiasticae ieiunii et abstinentiae non iam sublatum, sed *pro singulis petentibus* mitigatum fuisse significant, ut patet etiam ex indulti verbis: « *servata ecclesiastica lege ieiunii et abstinentiae* » ; ideoque dispensationem ab onere *petendi* indultum fidelibus imposito concedi non posse.

II. De speciali gratia conceditur, ut sufficiat petitio indulti facta a patre vel matrefamilias aliove familiae tum naturalis, tum moralis (ut collegii, diversorii et similium locorum) capite vel moderatore, dummodo agatur de viventibus sub eodem tecto vel de commensalibus. Et tum petitio tum concessio indulti, sive oretenus sive per litteras fiat, legitima habenda est; neque imponenda obligatio *Summarii* specialis vel alterius documenti, ex quo constet de dispensatione obtenta deque dispensatis vel dispensati nomine.

III. Per indultum diei 6 Iulii 1899 nulla omnino mutatio facta est circa vigorem, usum et modum exsecutionis indultorum singulis ecclesiasticis Provinciis vel dioecesibus concesserunt, et de istis indultis tantum intelligenda sunt, ideoque et de Bulla Cruciatae, ubi habeatur, verba eiusdem indulti : « *In singulis regionibus serventur conditiones quoad precum recitationem et eleemosynarum erogationem atque destinationem, hactenus in concessione indultorum pontificiorum servari solitae* ». Quapropter indultum diei 6 Iulii 1899, praeter petitionem a singulis fidelibus vel familiis ut supra faciendam, nullum adnexum habet onus eleemosynae vel pii operis, sed gratis omnino concedendum est.

IV. Cum indultum diei 6 Iulii 1899 sit vera extensio indultorum in singulis ecclesiasticis provinciis vel dioecesibus vigentium et statutis temporibus innovandorum, quamvis limitatum ad *singulos fideles seu ad singulas familias petentes,* ut

(1) Habes hoc indultum Vol. XXXI, 756.

supra, non absorbet neque supprimit, sed potius supponit, imo praerequirit concessionem ac vigorem eorumdem indultorum, ac proinde observantiam conditionum iisdem indultis adnexarum. Idcirco publicatio annua indultorum, hucusque, iuxta clausulas eorumdem, fieri solita, nullatenus omitti debet. Ad omnem vero confusionem evitandam, indultum diei 6 Iulii 1899 non promulgetur in corpore annui edicti de ieiunio et abstinentia, sed in fine tamquam appendix ad idem edictum sub titulo : *« Ampliatio praecedentium indultorum pro singulis fidelibus seu familiis, qui illam petierint ».*

V. Quamvis Ordinarii in concedendo indulto diei 6 Iulii 1899 nullam taxam seu eleemosynam nullumque onus fidelibus imponere possint, et subdelegati nihil petere aut acceptare possint occasione dispensationum ab ipsis vi eiusdem indulti impertitarum; in ecclesiasticis tamen Provinciis ubi in promulgatione et usu indultorum nulla eleemosyna imponi cansuevit, licitum erit Ordinariis, si id expedire iudicaverint, in corpore consueti edicti fideles hortari (excluso expressis verbis quolibet praecepto) ut sumptibus cultus divini et christianae beneficentiae pecuniariis eleemosynis concurrere pro viribus non omittant: ad quod in singulis ecclesiis parochialibus haberi poterit specialis capsa cum inscriptione: « *Eleemosynae voluntariae indulti quadragesimalis* », vel statis diebus publica collectio in ecclesiis fieri.

VI. Diebus ieiunii, per indultum diei 6 Iulii 1899, quoad fideles vel familias qui illud petierint, dispensatis, non licet carnes cum piscibus permiscere. Et facultatem dispensandi a lege promiscuitatis, diebus, quoad ieiunium et abstinentiam, dispensatis, non expedire.

VII. Religiosi utriusque sexus, speciali voto non obstricti, quamvis sint ex Ordine Minorum, de consensu suorum Superiorum ecclesiasticorum, uti possunt indulto diei 6 Iulii 1899 etiam quoad abstinentias et ieiunia in propria regula sive statutis praescripta. Hortandi tamen sunt Superiores Regulares, praesertim Provinciales et quasi Provinciales, ut pro viribus abstinere curent ab usu eiusdem indulti intra claustra : subditi vero stent iudicio suorum Superiorum.

Insuper SSmus Dominus benigne ad Americam Latinam extendere dignatus est privilegium Hispaniae a Pio IX fel. rec. concessum sub die 9 Novembris 1870, cuius virtute, quando festum Immaculatae Conceptionis B. M. V. inciderit in diem ieiunium transferri possit ad feriam V praecedentem.

Et super his omnibus Sanctissimus Dominus Noster LEO Divina Providentia Papa XIII praesens decretum edi mandavit et in acta Sacrae huius Congregationis referri. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. C, die, mense et anno praedictis.

FELIX CAVAGNIS, *Secretarius.*

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

DB CONSISTORIO HABITO DIE 16 APRILIS 1901.

ALLOCUTIO

Venerabiles Fratres.

Laeta, tristia communicare vobiscum, uti par est, sueti, non ea hodie reticebimus, quibus potissimum angimur hoc tempore. Nos videlicet illa cura sollicitat vehementer, quod asperae res atque incommoda, catholico circumfusa nomini, non modo nihil remittunt, sed in dies ingravescunt: imo ex aliis in alias Europae partes velut contagione propagantur. En quippe multi simul, disiuncti spatiis locorum, consiliorum similitudine coniuncti, ad hostilia aperte descendere, quaeque hominum generi peperit Iesus Christus beneficia, non minus ingrate quam superbe respuere. Hac de caussa atque hoc animo apud gentem finitimam, non tali dignam calamitate, illatum nuper Ordinibus religiosis id bellum, cui sensim succumbant. Non commune ius, non aequitas, non laus insignis meritorum ad prohibendum cladem valuerunt. Quin etiam placuit, ne erudiri quidem iuventutem licere in posterum per eos, qui tamen tot praestantissimos viros civitati tam diu eduxerant : ac dum large ministratur libertas suo cuique arbitrio vivendi, ea eripitur aut comminuitur iis, quibus lex est traditis divinitus consiliis, nihil violando, vivere. — Difficultates autem acerbitàtesque domesticas, vix attinet recordari. Ad hanc romani Pontificis conditionem, qua nihil indignius molestiusque sit, ad iniurias ceteras, quibus iam Ecclesiae attrivere opes, afflixere libertatem, aliud perniciose factum velle mox videntur adiicere, ex quo duo in primis consequerentur, christianorum sanctitudinem coniugiorum profanari, societatisque domesticae fundamenta convelli. Huc nimirum evasit de observanda religione, de moribus publicis tuendis data fides. —Similique ratione alibi gentium illud eminet maxime, quod initio monuimus, decretum inimicis esse,

adoriri instituta christiana pugnacissime: eiusque rei caussa intestinum inter eos foedus ictum putares. Argumento plura sunt, quae fieri passim compertum est: nimirum concitata multitudo, violenti clamores laetaeque in publico minae, Stimulantia cupiditates populares scripta, immissae palam in res personasque verendas iniuriae. Taetrae istae sunt significationes rerum futurarum, nec abest a vero, calamitosis temporibus calamitosiora successura. Ecclesia quidem, quoscumque labores dimicationesque afferat dies, freta Deo, nec quicquam sibi metuens, excipiet ac subibit. Metuendum imperiis quae, quo progrediantur, non vident: ipsique hominum civili coniunctioni pertimescendum, quam scilicet in discrimina tanto maiora incidere necesse est, quanto longius a Iesu Christo liberatore successerit. Respiciat, quaesumus, civitates stator ac parens ipsarum Deus, efficiatque, affuso lumine consilii sui, ut mature sapiant cursusque iterare properent male relictos.

Splendidissimum Ordinem vestrum, venerabiles fratres, ut res postulat, suppleturi, eximios viros designavimus duodecim, quos romanae honore purpurae hodierno die afficeremus. Non eodem in genere illorum elaboravit industria: at virtutem vel animi vel ingenii in suo quisque munere ita singuli exercuere, ut integritate, prudentia, sedulitate officii, de Ecclesia, de apostolica Sede egregie meruerint.

Ii vero sunt:

Alexander Sanminiatelli Zabarella, Patriarcha Constantinopolitanus.

Franciscus Della Volpe, Pontificiae Domus Nostrae Praepositus.

Quos in Concistorio habito die decimo nono mensis Iunii anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono S. R. E. Cardinales, priorem ex ordine Presbyterorum, alterum ex ordine Diaconorum creavimus, et in pectore reservavimus, atque hodie publicamus:

Donatus Maria Dell'Olio, Archiepiscopus Beneventanus,

Sebastianus Martinelli, Sodalis Augustinianus, Archiepiscopus tit. Ephesinus, Delegatus Apostolicus in foederatis Americae civitatibus,

Casimirus Gennari, Archiepiscopus tit. Naupactensis S. R. et U. Inquisitionis Assessor,

Leo De Skrbenski, Archiepiscopus Pragensis,

Iulius Boschi, Archiepiscopus Ferrariensis,

Augustinus Riboldi, Episcopus Papiensis,

Ioannes Kniaz De Kozielsko Puzyna, Episcopus Cracoviensis,

Bartholomaei Bacilieri, Episcopus Veronensis,

Aloisius Tripepi, Alter a negotiis Nostris publicis,

Felix Cavagnis, Adiutor sacri Consilii Nostri negotiis extraordinariis praepositus.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum

Donatum Mariam Dell'Olio
Sebastianum Martinelli
Casimirum Gennari
Leonem De Skrbensky
Iulium Boschi
Augustinum Riboldi
Ioannem Kniaz de Kozielsko Puzyna
Bartholomaeum Bacilieri

Ex Ordine Diaconorum

Aloisium Tripepi
Felicem Cavagnis

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine s$f Patris et >$¡ Filii et Spiritus ***%ï*** Sancti. Amen.

SSmus Pater habita allocutione supra relata, sequentes proposuit Ecclesias:

Titularem Ecclesiam Patriarchalem Constantinopolitanam **vacan, per assignationem Tituli SS. Marcellini et Petri factam Emo ac Rmo Domino Alexandro S. R. E. Presb. Card. Sanminiatelli Zabarella, favore R. P. D. Caroli Nocella, Patriarchae Antiocheni latini ritus.**

Titularem Ecclesiam Patriarchalem Antiochen. **Latini Ritus vacan, per promotionem R. P. D. Caroli Nocella ad Patriarchalem Ecclesiem Constantinopolitan. favore R. P. D. Laurentii Passerini, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis.**

Cathedralem Ecclesiam Passavien. vacan, per obitum bo. me. Michaelis de Rampf, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti; favore R. D. Francisci Antonii Henle, Presbyteri dioeceseos Augustanae, ad nominationem,, vigore Indulti Apostolici, Serenissimi Principis Luitpoldi Bavariae Regni Regentis.

Cathedralem Ecclesiam Mimaten. vacan, per obitum bo. me. Francisci Narcisi Baptifolier, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore- R. D. Ludovici Henrici Bouquet, Presbyteri Parisiensis, ad nominationem perillustris Viri Aemilii Loubet, Gallicae Reipublicae Praesidis.

Metropolitanam Ecclesiam Caesaraugustan. vacan, per obitum bo. me.. Vincentii Alda et Sancho, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore Emi ac Rmi Domini Antonii Mariae titulo S. Augustini S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cascaiares et Azara, Archiepiscopi Vallisoletani, ad praesentationem Serenissimae Reginae Catholicae Regentis.

Cathedralem Ecclesiam Imolen. vacan, per obitum bo. me. Aloisii Tesorieri, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Baldassari, Episcopi S. Angeli in Vado et Urbaniensis.

Cathedrales Ecclesias Urbanien. et Sancti Angeli in Vado, invicem perpetuo canonice unitas, vacan, per translationem R. P. D. Francisci Baldassari ad Sedem Cathedralem Imolensem, favore R. P. D. Antonii Valbonesi,-Episcopi titularis Argaei.

Metropolitanam Ecclesiam Vallisoletan. vacan, per translationem Emi ac Rmi Domini Antonii Mariae S. R. E. Presb. Card. Cascaiares et Azara ad Sedem Metropolitanam Caesaraugustanam, favore R. P. D. Iosephi Mariae Cos et Macho, Episcopi Matritensis et Complutensis.

Cathedralem Ecclesiam Urgellen, vacan, per translationem Emi ac Rmi Domini Salvatoris S. R. E. Presb. Card. Casañas et Pages ad Sedem Cathedralem Barcinonensem, favore R. P. D. Raymundi Riu et Cabanas, Episcopi titularis Tamassensis.

Cathedralem Ecclesiam Barcinonen, vacan, per obitum bo. me. Iosephi Morgades et Gili, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore Emi ac Rmi Domini Salvatoris titulo SS. Quirici et Iulittae S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cassañas et Pages, Episcopi Urgellensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Ortosien. sub Archiepiscopo Tyrio, vacan, per obitum bo. me. Gregorii Grassi, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Godefridi Marschall, Presbyteri archidioeceseos Vennensis. Qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem Emi ac Rmi Domini Antonii Iosephi S. R. E. titulo S. Mariae Angelorum in Thermis Presb. Card. Gruscha, Archiepiscopi Viennensis, ad pontificalia ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubitu illa in civitate et archidioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda.

Metropolitanam Ecclesiam Mohilovien. vacat, per obitum bo. me. Simonis Martini Kozlowski, ultimi illius Archipraesulis extra romanam curiam defuncti,, favore R. P. D. Boleslai Hieronymi Klopotowski, Episcopi Luceoriensis ac Zytomiriensis.

Cathedralem Ecclesiam Tarnovien. vacan, per obitum bo. me. Ignatii Lobos, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Leonis Walega, Presbyteri dioeceseos Premisliensis.

Cathedralam Ecclesiam Isclan. vacan, per translationem R. P. D. Iosephi

Candido ad titularem Ecclesiam Episcopalem Cydoniensem, favore R. D. Marii Palladino, Presbyteri Neapolitani.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Attalien. vacan, per obitum bo. me. Ioannis Kupelian, ultimi illius Archiepiscopi, apud romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Albini Simon, iam Episcopi Plocensis.

Metropolitanam Ecclesiam Ravennaten, vacat, per obitum clar. me. Sebastiani S. R. E. dum viveret Presbyteri Cardinalis Galeati, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Augustini Riboldi, Episcopi Papiensis.

Cathedralem Ecclesiam Plocen. certo modo vacan, favore R. D. Georgii Iosephi Elisaei e comitibus Szembek, Presbyteri dioeceseos Tiraspolensis.

Cathedralem Ecclesiam O linden, vacan, per obitum bo. me. Emmanuelis dos Sanctos Pereira ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Aloisii Raymundi da Silva Britto, Presbyteri dioeceseos S. Ludovici de Maragnano.

Archiepiscopalem Ecclesiam Teatin., cum ei adnexa administratione Ecclesiae Vastensis, vacan, per obitum bo. me. Rochi Cocchia, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R., D. Ianuarii Costagliola, e Congregatione Missionis, Presbyteri Neapolitani.

Metropolitanam Ecclesiam Aquen., cui perpetuo uniti sunt tituli Archiepiscopales Arelatensis et Ebredunensis, vacat, per obitum bo. me. Francisci Xaverii Gouthe-Soulard, ultimi illius Archipraesulis extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Iosephi Bonnefoy, Episcopi Rupellensis.

Ecclesiam de Huaraz in Republica Peruviana per Apostolicas Litteras quarum initium - *Catholicae Ecclesiae* - VIII Id. Maii 1899 datas ad Cathedralis honorem evectae et a primaeva sua erectione vacantis, favore R. P. Ezechielis Francisci Soto, e Congregatione Sacr. Cordium Iesu et Mariae, Presbyteri Limani.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Cydonien. vacan, per obitum bo. me. Theophili Massucci, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Candido, Episcopi Isclani.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Epiphanien. sub Archiepiscopo Anazarbeno, vacat, per translationem R. P. D. Sebastiani Iosephi Pereira ad Sedem •Cathedralem Damanensem, favore R. D. Raphaelis Fernandez Concha, Presbyteri S. Iacobi de Chile.

Cathedralem Ecclesiam Aquen. provinciae Pedemontanae, vacan, per promotionem R. P. D. Petri Balestra ad Metropolitanam Ecclesiam Calaritanam, favore R. D. Dismae Marchese, Presbyteri Ianuensis archidioeceseos.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Damascen. vacat, per translationem R. P. D. Ioannis Iosephi Keane ad Sedem Metropolitanam Dubuquensem, favore R. P. Fr. Dionysii a S. Teresia, in saeculo Alphonsi Steyaert, e Carmelitis excalceatis, Presbyteri Gandavensis.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Claudiopolitan. certo modo vacat, favore R. P. D. Ioannis Baptistae Bertagna, Episcopi titularis Capharnaënsis.

Cathedrales Ecclesias Asculan. et Ce?'iniolen. invicem perpetuo canonice unitas, vacan, per obitum bo. me. Dominici Cocchia, ultimi illarum Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Angeli Struffolini, e Congregatione Presbyterorum Saecularium Doctrinae Christianae, Presbyteri dioeceseos Nolanae.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Tomitan. vacan, per obitum bo.

me. Ioannis Baptistae Salpointe, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Nicolai Iosephi Camilli, ex Ordine Minorum Conventualium, Episcopi titularis Gadarensis.

Cathedralem Ecclesiam S. Ludovici de Maragnano in Brasilia vacat, per translationem R. P. D. Antonii Candidi de Alvarenga ad Sedem Cathedralem S. Pauli in Brasilia, favore R. P. D. Antonii Xysti Albano, Presbyteri Fortalexiensis dioeceseos.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Dardinen. vacat, per obitum bo. me. Iosephi Pereira de Silva Barros, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Weber, Episcopi titularis Temniten.

Cathedrales Ecclesias Luceorien. ac Zytomirien. invicem perpetuo canonice unitas vacan, per promotionem R. P. D. Boleslai Hieronymi Klopotowski ad Sedem Metropolitanam Mohiloviensem, favore R. P. D. Caroli Antonii Niedzialkowski, Episcopi titularis Samiensis et Suffraganei Mohiloviensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Sinopen. sub Archiepiscopo Amaseno, vacan, per obitum bo. me. Augustini Marchai, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Francisci Certo, Presbyteri archidioeceseos Messanensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Agathopolitan. sub Archiepiscopo Adrianopolitan., vacat, per obitum bo. me. Francisci Adulphi Namszanowki, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Balthasaris Kaltner,. Presbyteri Salisburgensis archidioeceseos.

Cathedralem Ecclesiam Pqpien. vacat, per promotionem Emi ac Rmi Domini Augustini S. R. E. Presb. Card. Riboldi ad Metropolitanam Seriem Ravennatensem, favore R. D. Francisci Ciceri, Presbyteri Mediolanensis archidioeceseos.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Mallen, sub Archiepiscopo Tarsensi, vacan, per obitum bo. me. Hermanni Gleich, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Caroli Iosephi Fischer, Presbyteri dioeceseos Premisliensis Latinorum.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Pessinuntin. certo modo vacat. „ favore R. P. D. Vincentii Di Giovanni, Episcopi titularis Theodosiopolitan.

Cathedralem Ecclesiam Panamensem. in Republica Columbiana, vacan, per obitum bo. me. Iosephi Alexandri Peralta, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Xaverii Junguito, e Societate Iesu, Presbyteri Bogotensis.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Marcianopolitan. vacat, per obitum bo. me. Macarii Sorini, ultimi illius Archiepiscopi, apud romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Pauli Sellinosi, Episcopi titularis Gazaei.

Cathedralem Ecclesiam Yirdunen. vacan, per dimissionem a R. P. D. Petro Ioanne Pagis ultro libenterque in manibus praefatae SANCTITATIS SUAE peractam et ab EADEM admissam, favore R. D. Ludovici Ernesti Dubois, Presbyteri dioeceseos Cenomanensis.

Cathedralem Ecclesiam Rupellen. vacan, per promotionem R. P. D. Iosephi Edwini Bonnefoy ad Metropolitanam Sedem Aquensem, favore R. D. Aemilii Pauli Le Camus, Presbyteri dioecesis Carcassonen.

Cathedralem Ecclesiam Massilien, vacan, per obitum bo. me. Ioannis Ludovici Robert, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Paulini Petri Andrieu, Presbyteri archidioeceseos Tolosanae.

Cathedralem Ecclesiam Guadalupen. seu Imae Telluris, vacan, per obitum bo. me. Petri Mariae Avon, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Emmanuelis Francisci Canappe, Presbyteri dioeceseos Ambianensis.

Cathedralem Ecclesiam Engolismen. vacan, per obitum bo. me. Ioannis Ludovici Mando, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Francisci Ernesti Ricard, Presbyteri dioeceseos Ruthenensis.

Cathedralem Ecclesiam Massilien, vacan, per obitum bo. me. Ioannis Ludovici Robert, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Paulini Petri Andrieu, Presbyteri archidioeceseos Tolosanae.

Cathedralem Ecclesiam Segobien. vacan, per obitum bo. me. Iosephi Raymundi Quesada et Gascon, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi Cadena et Eleta, Presbyteri dioeceseos Matritensis.

Cathedralem Ecclesiam Tarantasien. vacan, per obitum bo. me. Petri Emmanuelis Bouvier, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Luciani Leonis Lacroix, Presbyteri dioeceseos Cadurcensis.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

COLONIEN.

PROCLAMATIONEM MATRIMONIALIUM

Die 23 Februarii 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Die 3 Octobris 1899 dum Ecclesia Colonien, suo viduata erat pastore, Vicarius Capitularis supplicem dedit libellum ad S. C. C. ut venia daretur in paroeciis magnopere vastis et populosis illius Archidioecesis ubi Ecclesiae filiales constitutae erant pro commodiori sacramentorum administratione, proclamationes matrimoniales fieri a curionibus ibi curam animarum, delegata auctoritate, exercentibus, dumtaxat in eisdem Ecclesiis filialibus, praetermissa nempe Ecclesia parochiali matrice.

Has preces ingeminavit die *19 Decembris 1900* novus Archiepiscopus Colonien, qui enixe adprecatur ut dispensatio a Vicario Capitulari efflagitata, benigne et quo citius concedatur.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CONSULTORIS. 1. Ordinarius Coloniensis haec exponit :

« In Archidioecesi Coloniensi haud paucae existunt parochiae, quae latius patent numerosioresque sunt, quam ut ab uno pastore rite possint administrari. Huiusmodi in casibus dismembratio quidem deberet fieri novasque oporteret erigi parochias. Sed cum ob defectum dotationis, veri nominis parochiae non statim valeant constitui, ut plurimum districtus accurate circumscripti, qui futuris temporibus, quando omnibus, quae de iure ad constituendas veras parochias requiruntur, satis fuerit provisum, in novas evehendi sunt parochias, a parochiae ambitu separantur, eisque peculiares praeficiuntur curiones, qui curam animarum ibidem exerceant ipsisque matrimoniis facultate habita assistunt.

Prociamationes vero matrimoniorum huc usque et in parochialibus matricibus et in filialibus, quae iam quasi parochiales ecclesiae sunt, solent fieri. Proclamationes autem quae in parochialibus matricibus fiunt, revera sunt inutiles, quia ibi nupturientes noti non sunt.

Taedium etiam generat fidelibus in eodem summo sacro audire quinquaginta vel octoginta proclamationes nupturientium, quos ut plurimum ignorant.

Intentioni vero legis revera et sufficienter satisfit per proclamationes in ecclesiis filialibus.

Quapropter enixe deprecor Sanctitatem Vestram, ut gratiose dignetur declarare in huiusmodi casibus proclamationes matrimoniorum in ecclesiis parochialibus matricibus non amplius esse necessarias, sed sufficere proclamationes in ecclesiis filialibus quasi parochialibus ».

2. Postquam Concilium Lateranense IV (a. 1215) secundum consuetudinem praesertim Ecclesiae Gallicanae (cfr. part. decis. cap. 27. X. *De sponsal.* IV. 1.; Bened. XIV Const. « *Paucis* » 19 Mart. 1758) generaliter praescripsit,

«ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur » (cap. 3. *X.. De cianci.* IV. 3), mox antiqui scriptores de *unica* illa proclamatione a Concilio Later. IV. praescripta in diversas abierunt sententias. Et Innocentius IV. ut doctor privatus in suo commentario ad cit. cap. 3. putavit denuntiationes faciendas esse *in omnibus ecclesiis loci, ubi contrahentes habitant,* vel saltem in pluribus et tot, ut verisimiliter sit perventurum ad omnium notitiam. At alii v. g. Abbas, Alex, de Nevo, Paludanus opinati sunt, in una parochia faciendas esse proclamationes, si contrahentes et eorum maiores ibidem habitent, si vero in diversis parochiis traxerint moras, etiam in diversis istis parochiis demonstrationes matrimoniales esse proponendas. Denique alii provocantes ad consuetudinem v.g. Hostiensis, Ioannes Andreae, Ancharanus censuerunt sufficere, ut in *una* ecclesia fierent proclamationes. Cfr. *Sánchez,* De s. matrim, sacram. 1. III. disp. 6. n. 1, sq.

3. Quid igitur mirum, si controversiae non cessarint, postquam Concilium Tridentinum Sess. XXIV. cap. 1 *De ref. matr.* vestigiis Concilii Lateranensis inhaerendo amplioribus et accuratioribus verbis praecepit, « ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuntientur, inter quos matrimonium sit contrahendum ».

4. Ne disputatio ad nimis multas dilabatur quaestiones unice videtur restringenda ad duas particulas textus Tridentini sci. proclamationes matrimoniales esse faciendas 1) « a proprio contrahentium parocho ». 2) « in ecclesia inter missarum solemnia ». Etenim ab illis duabus particulis solutio *unici dubii* in supplicatione propositi videtur pendere, ideoque ad alia non est disgrediendum, quae in dubium non vocantur.

5. Quoniam Concilium Tridentinum exigit, ut publicationes fiant *a proprio contrahentium parocho,* certe *non sufficit,* si a solo parocho *originis* fiant, cuius parochiam

contrahentes partes iam pridem dereliquerunt. Etenim nisi agatur *de vagis,* is tantum parochus dicitur *proprius,* in cuius parochia quis *verum domicilium* vel *quasi-domicilium* habet; parochus vero proprius vagi est is, in cuius parochia actu commoratur aut matrimonium contrahit. Inde consequitur ex iure Tridentino *pro non vagis proclamationes* faciendas esse a parocho *domicilii* vel *quasi-domicilii contrahentium, pro vagis* autem a parocho *loci,* in quo actu *commorantur* aut matrimonium *contrahunt* salvis statutis vel mandatis specialibus, quibus Episcopi in concedenda licentia ad tramites decreti Concilii Trid. Sess. XXIV. c. 7. de reform, matr. pro celebratione matrimonii vagorum rigorem iuris communis augendum esse duxerint aliasque exigant proclamationes. Cfr. *Gasparri,* De matrim, n. 162.

6. Ex *generali* norma in Concilio Tridentino statuta iam per consequentiam logicam a viris doctis, per praxim nunc communiter receptam et ante Concilium Tridentinum statutis et consuetudinibus particularibus praeformatam, denique per declarationes S. C. C. particulares deductae sunt conclusiones iuris ad solvendos casus practicos.

I. Itaque si *utraque pars* contrahens in *una* tantum parochia habeat (et habuerit) verum domicilium vel quasi domicilium, in sola illa parochia proclamationes matrimoniales sunt faciendae. Cfr. quoque Instr. S. C. Inq. ad Oriental. 29 Aug. 1890: « Publicationes faciendae sunt in loco domicilii vel quasi domicilii ».

II. Quodsi ante nuptias una pars contrahens in una parochia habeat verum domicilium vel quasi domicilium, altera pars in alia parochia idem verum domicilium vel quasi domicilium obtineat, in *utraque* parochia proclamationes fieri debent. Id enim manifeste sequitur ex verbis Conc. Trid. de « proprio contrahentium parocho », qui in hypothesi facta est duplex, cum unaquaeque pars distinctum habeat parochum proprium. Neque proclamationes factae in una parochia sufficiunt, sicuti sufficit *celebratio matrimonii* in casu coram *uno* ex duobus parochis propriis. Nam satis obvia

est disparitas ob *finem legis,* quae statuta est ad detegenda impedimenta matrimonii; at impedimenta viri non sunt nota in parochia mulieris, atque idem obtinet de impedimentis mulieris in parochia viri; ergo in utraque parochia banna sunt proclamanda. Cfr. *Sánchez* 1. c. n. 4. Qui sensus Concilii Tridentini confirmatur etiam praxi communiter recepta atque adeo iam ante Concilium Tridentinum vigente, ubi decretum *Lateranense* accurate fuit servatum. Cfr. v. g. c. 95. sq. 99. Synod. Trevir. (a. 1300) ; *Schulte,* Ius matrim, p. 41. not., ubi alia exempla refert; Instr. Card. Rauscher §§ 60. 61. Denique Rituale Romanum disertis verbis praescribit: « Si vir et mulier parochiae sint diversae, in utraque parochia fiant denuntiationes » (1).

III. Si unas ex sponsis vel uterque complura habeat domicilia v. g. unum vel duplex domicilium verum et praeterea quasidomicilium, in rigore iuris in omnibus illis parochiis proclamationes sunt praescriptae. Nam verba Concilii Tridentini et Instr. S. C. Inquis. 29 Aug. 1890 perfecte verificantur, omnesque isti parochi sunt *proprii,* atque etiam *finis* Tridentini decreti idem suadet, quoniam huiusmodi nupturientes, tum in vero suo domicilio v. g. aestivo vel vernali aut in extraordinario quodam quasidomicilio soleant habere multiplices occasiones *contrahendi impedimenta.*

IV. Si pars quaedam verum domicilium vel quasi domicilium alicubi contractum dereliquit, parochus loci *derelicti* etiam *originis* non amplius parochus *proprius* nupturientis existit, ideoque ex stricto iure Tridentino ibidem proclamationes fieri non debent, dummodo serventur alia de iure praescripta v. g. de statu libero probando. Quae interpretatio textus Tridentini confirmatur triplici responso conformi S. C. C. Etenim in antiquo lib. 2. Decret. (S. C. C.)

(1) Si *Reiffenstuel* **1. IV. t. 3. n. 9. cum** *Laymann, Palao, Pirhing* **docet etiam in isto casu per** *consuetudinem* **effici posse, ut publicatio bannorum in illa** *tantum* **parochia fiat, in qua nuptiae celebrantur, huiusmodi consuetudo ab illis auctoribus quoad** *factum* **non est probata nec in se** *rationabilis* **et** *legitima* **dici potest; hinc optimo iure recentiores scriptores talem clausulam limitanlem omittere vel etiam expresse reiicere solent.**

iam ante annum 1580 confecto p. 183 haec leguntur: « Theodorus Bertoncellus de Terra Guastallae et Meridiana Paganella Romana invicem matrimonium contrahere cupientes, in ecclesia ter a proprio parocho matrimonium huiusmodi denuntiari curarunt. Factis autem denuntiationibus cum ad matrimonii celebrationem in facie ecclesiae procedere vellent, vicesgerens Archipresbyteri loci eos prohibuit, quia non erat denuntiatum id Romae ubi nata fuerat Meridiana. Verum cum agatur de interpretatione Concilii Tridentini et revera non sit ..vaga illa mulier, quae per octo annos vel circiter in una et eadem terra habitavit, propterea humiliter supplicatur, quatenus eidem vicesgerenti committere et mandare dignemini, ut, si per septem vel octo annos in dicto loco Gruastallae praedicta Meridiana habitavit, matrimonium huiusmodi iuxta ritum Sanctae Romanae Ecclesiae celebrari permittat. Rescriptum vero fuit : « Nihil obstare quominus oratores possint matrimonium contrahere ».

Similiter in caus. Vercellensi, in qua agebatur de muliere, quae extra *locum originis* per decem annos permanserat in alio loco, ubi matrimonium contraxit, et ubi solum factae fuerant proclamationes, ad dubium propositum: « An necessariae essent denuntiationes in loco originis », S. C. C. 9. Maii 1719 respondit: *Negative.* Denique in causa Senogallien. (1) eadem S. C. C. 3 Apr. 1734 respon-

(1) In alia quadam causa Senogalliensi d. 29 Ian. 1684, haec species facta exposita fuit: *«Bartholomaeo, Ioannis Titta, originis Senogalliensis, matrimonium contrahere desiderans extra locum originis supplicat declarari, an ultra fidem status liberi necessario faciendae sint denuntiationes matrimoniales etiam in loco originis, prout praetendit parochus, coram quo matrimonium contrahi debet ». « Responsum vero fuit:* **DENUNTIATIONES ETIAM IN LOCO ORIGINIS ESSE NECESSARIAS».**

Quae responsio S. C. C. secundum sensum obvium videtur tribus responsis supra allegatis esse contraria. Profecto *Gasparri* **1. c. n. 163 responsionem 29 Ian. 1684 videtur intelligere de casu, quo contrahentes** *recenter* **in novam parochiam pervenerant. Certe S. C. G. idem potuit praescribere, quod in similibus circumstantiis etiam Episcopus pro suo iure potuisset, ut patet ex Instr. S. C. Inq. 29 Aug. 1890, si proclamationes in loco novi domicilii non videntur esse sufficientes. Neque putandum est propter supplicationem alicuius feminae litigantis cum suo parocho S. G. G. dereliquisse suam praxim respondendi «** *in casu-»* **attentis circumstantiis atque eius loco dedisse** *generalem, iuris declarationem,* **SEMPER** *et in omnibus casibus* **denuntia-**

dit: « Negative » i. e. in parochia Maceratensi non esse faciendas denuntiationes, licet sponsus in oppido S. Elpidii natus iam puer Maceratam venisset et usque ad a. 1729 domicilium ibidem tenuisset, donec Senogalliam sese conferret.

Etiamsi stricto iure in parochia *originis* proclamationes non sint necessariae, tamen S. Congr. Inq. in cit. Instr. 29 Aug. 1890 docet: « Expedit etiam ut (publicationes) fiant in loco originis, si contrahentes ibidem morati fuerint post adeptam aetatem ad matrimonium contrahendum idoneam, atque insuper in locis, ubi saltem per decem menses commorati fuerint, nisi iam a pluribus annis domicilium fixerint in loco, ubi matrimonium contrahendum est ». Quare ubi similia statuta particularia v. g. in Gallia, Bavaria existunt, illis procul dubio standum est. Cfr. *Gasparri* 1. c. n. 163 ; Collect. Sac. v. *Matrimonium* v. g. t. III. n. 39 sq.

V. Si pars contrahens in parochia, in qua matrimonium contrahere vult, a brevi tempore verum domicilium vel quasi domicilium acquisiverit, non desunt auctores (v. g. *Sánchez* 1. c. n. 6, 7 aliique), qui putant in illo casu ibidem proclamationes posse *omitii.* At ista doctorum opinio et praxis forte recepta cum verbis Concilii Tridentini difficulter conciliatur ; nam parochus, in cuius iparochia partes nupturientes a brevi tempore acquisiverunt domicilium, est *proprius* ipsorum parochus, cui a Concilio Tridentino procla-

liones matrimoniales *etiam in loco originis* **esse necessarias. Quare huiusmodi responsio** *particularis* **S. C. G. ad alios casus dispares nequit applicari. At concedendum est de illa suppositione** *Gasparri* **ex specie facti non satis constare, atque verba responsionis sonare satis generaliter. Hinc aliud quoque responsum promptum est scil. S. C. C. per duas illas posteriores responsiones a. 1719 et 1734 recessisse ab interpretatione data a. 1684 et denuo adoptasse interpretationem antiquiorem. Neque hac in re quidquam esset mirum: idem enim accidit in aliis quibusdam interpretationibus iuris Tridentini v. g. in obligatione parochorum applicandi Missam tantum diebus dominicis et festis, derelicta antiquiore distinctione inter praebendas tenues et pingues et inter obligationem tantum diebus dominicis et festis et etiam diebus ferialibus. Similiter S. C. G. antiquiorem suam interpretationem de Metropolitis, qui gaudent iure convocandi Concilium provinciale, certis Archiepiscopis Italiae inferioris applicatam postea non sustinuit. Cfr.** *Benedictus XIV,* **De Synod, dioec. 1. II, cap. 4, num. 4 sqq.**

mationes iniunguntur. Nec *generaliter* dici potest proclamationes in casu esse inutiles, cum partes contrahentes in nova parochia vix cognoscantur atque idcirco ex mente legislatoris publicationes esse omittendas. Quae inutilitas sane intelligi potest, si partes *mox* (1) post adventum in nova parochia matrimonium celebrant ; at id non obtinet, si iam complures hebdomadae ibidem ante nuptias elabantur. Nequaquam enim opus est, ut quis universae parochiae notus sit, secus nostra aetate in maioribus civitatibus proclamationes possent omitti, sed sufficit, ut a parentibus et vicinis cognoscatur atque insuper, quod caput est, potuerit contrahere impedimentum; id autem attenta levitate hominum quoad impedimentum affinitatis, publicae honestatis, sponsalium intra breve tempus fieri potest, Cfr. *Gasparri* \. c. n. 163.

VI. Si vagi velint contrahere matrimonium, certe ad proclamationes faciendas competens est parochus loci, in quo actu commorantur ; is enim est *proprius* ipsorum parochus; at cum non sola verba, sed etiam mens legislatoris sit attendenda, prudenter exigi solet publicatio bannorum etiam in loco *originis* vagorum, vel ubi diutius commorati sunt. Quae norma etiam in vagis illis modernis, qui ex iure canonico in maioribus civitatibus vagi existunt, caute applicatur.

7. Atque haec de priori parte textus Tridentini sufficiant; restat, ut altera pars: « Matrimonium.... in ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur », breviter explicetur. Quamvis Concilium Tridentinum post verba « in ecclesia » non addat « parochiali », tamen ex iure antiquo et contextu intelligenda est ecclesia parochialis. Nam si cap. 3, X. de clandest. desp. IV. 3, praescribitur, ut matrimonia contrahenda « in ecclesiis per presbyteros publice proponantur », presbyteri illi pro antiquo more loquendi quo recens illud vocabulum « parochorum » nondum fuit re-

(1) Quod tempus sane statutis dioecesanis vel consuetudine legitima per Episcopum approbata accuratius definiri potest.

ceptum, intelliguntur « sacerdotes proprii » sive curati, et consequenter sermo est de ecclesiis illorum presbyterorum i. e. parochialibus, non aliorum clericorum. Item textus Tridentinus intelligi debet de ecclesia *illius,* cui competit proclamatio bannorum. Quod ius est penes *parochum proprium ;* ergo ecclesia sine addito est accipienda de ecclesia parochiali. Quoniam autem attendendus est finis legis, qua intenditur cognitio impedimentorum, et praeterea ratio habeatur verborum « inter Missarum solemnia », ad quae populus, qui de matrimonio contrahendo informandus est, censetur confluere, certe non est haerendum in cortice verborum et in materialis ecclesiae significatione. Hinc si Missarum solemnia, ad quae universus populus confluere soleat, ob festum quoddam extraordinarium celebrarentur extra ecclesiam parochialem in alia quadam ecclesia loci, certe in illa, non in derelicta ecclesia parochiali possunt et debent proclamationes matrimoniales publicari. Quae theologi et canonistae praeterea disputant de vesperis et diebus festis abrogatis vel ferialibus, non spectant ad rem, cum hac in re inter ecclesiam *matricem* et ecclesiam filialem sive *quasi parochialem* nulla existeret differentia.

8. Ex hactenus deductis de textu Tridentino *duae* gravissimae *conclusiones* videntur esse eruendae : I. Nullibi in iure communi praescriptum est, ut de iisdem sponsis in *eadem* parochia domicilium habentibus bis eodem die festo vel dominico in diversis ecclesiis eiusdem parochiae fiant proclamationes matrimoniales ; nam Concilium Tridentinum loquitur de *ecclesia,* non de *ecclesiis,* imo verbis « in ecclesia » ne expresse quidem addit, « parochiali ». Porro omnes scriptores, qui tenent in casu extraordinario, quo Missarum solemnia celebrentur *in alia ecclesia* eiusdem parochiae cum universali concursu populi, nequaquam urgent *secundam* quandam proclamationem eadem die in ecclesia parochiali faciendam, etsi forte ibidem coram sacri stano et nonnullis vetulis alia quaedam Missa celebraretur. Optimo enim consilio provocant ad regulam iuris 88. in Sexto : « Certum

est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem ». Quare quemadmodum esset formalismus quidam sive burocratismus ecclesiasticus, si qui parochus inhaerens « cortici verborum » in casu allegato per aliquem clericum in ecclesia parochiali universo fere populo absente proclamationes publicaret, ita vicissim in idem vitium incideret, si pro mera forma proclamationes in alia ecclesia iam factas intra muros ecclesiae parochialis vix ullo homine praesente repetendas curaret. Hinc si in nonnullis dioecesibus Germaniae et Austriae proclamationes tum in ecclesia matrici tum in ecclesia filiali eiusdem parochiae ex ordinatione Episcoporum fieri debent v. g. in dioecesi Rottemburgensi vel Brixinensi (cfr. *Wéber,* Imped. canon. matr. p. 367; *Aichner* Compend. iur. eccl. p. 574), huiusmodi statuta particularia sane laudabiliter servantur ; at cum evidenter nitantur specialibus circumstantiis, quae alibi non obtinent (nequaquam enim ibidem illae « filiales ecclesiae » (Filialen) practice iam sunt independentes et ab ecclesia matrice separatae), exinde non sequitur in aliis circumstantiis proclamationes fieri posse in *sola* ecclesia *matrice* vel in sola ecclesia *filiali.* Hinc etiam *Aichner* 1. c. provocans ad *Bangen* scribit : « Intelligitur ecclesia parochialis; sed potest esse alia, si illuc generaliter conveniant parochiani et Missa parochialis ibidem celebretur ».

II. Alterum corollarium deducendum est illud, quod in hac iuris Tridentini dispositione potissimum attendendus sit *finis,* ad quem obtinendum banna ordinata sunt ut medium. Qui finis est indagatio et cognitio impedimentorum, ad quae *denuntianda* populus quoque fidelis per proclamationes est instruendus et compellendus. Hinc denuntiatio debet fieri *coram illis,* qui de nupturientium conditione sunt instructi atque in illa ecclesia Missarum solemnium, ad quam populus ille instructus convenire solet. Quare sicuti est formalismus excessivus, si coram muris vacuae ecclesiae parochialis fierent proclamationes, ita etiam habetur modus

omnino absonus proclamandi banna in ecclesia stipata fidelibus, qui omnes laborant perfecta ignorantia personarum, quarum nomine ex pulpito fuerunt lecta. Quae lectio in ecclesia ista plena habet eundem effectum atque in ecclesia plane vacua. Inde consequitur hac in re principaliter attendendam esse ecclesiam, ad quam fideles parochiani rei gnari ad Missarum solemnia confluunt ; secus quis haeret in cortice verborum et agit contra legislatoris intentionem et voluntatem.

9. Quibus praemissis iam via videtur esse aperta ad solvendum dubium ab Archiepiscopo Coloniensi propositum.

Imprimis abstinendum videtur a proclamando *generali principio* banna matrimonialia in *sola ecclesia filiali publicata omnino sufficere,* nec requiri etiam in ecclesia matrice. Nemo enim huiusmodi generalem declarationem postulavit, neque ulla potest assignari ratio, ob quam generalis quaedam responsio sit necessaria. Porro laudabilis et legitima praxis hac in re pendet a non paucis circumstantiis particularibus, unde quis perveniat ad conclusionem v. g. in hac regione omnibus attentis per se sufficere proclamationes in *sola ecclesia matrice,* atque in ecclesia filiali fieri tantum ob laudabilem praxim maioris securitatis causa, at vicissim publicationes in *sola ecclesia filiali* non esse satis conformes iuri Tridentino, cum forte una pars contrahens ibidem non satis sit nota, vel forte utraque pars extra districtum ecclesiae filialis in reliquo territorio parochiae forte valde limitato frequenter conversata sit. Insuper ex dioecesibus Germaniae et Austriae supra allegatis nullae hucusque allatae sunt querelae de duplici proclamatione in ecclesia matrice et filiali; ergo in illa praxi ordinationibus Episcoporum introducta per generalem quandam declarationem non videntur esse perturbandae. Quae perturbatio disciplinae praesertim in Austria est vitanda, cum ibidem in negotio proclamationum matrimonialium etiam gubernium civile suis decretis interveniat. Cfr. *Aichner* 1. c. p. 573, 578.

10. Quodsi iam casus Colonienses examinandi sint, *îa-*

eile patet ibidem nunc *duplicem* fieri seriem proclamationum, quae ut supra iam demonstravi, in iure Tridentino solidum fundamentum non habet. Accedit parochias illas, de quibus agitur, constare ecclesia matrice et ecclesiis filialibus vel quasi parochialibus, quae *plurimum inter se distant* ut expresse testatur Rmus Archiepiscopus. Deinde ecclesiae illae filiales vel quasi parochiales administrantur *a proprio curato* ad instar parochiarum independentium et solummodo propter defectum dotationis in formales et canonicas parochias nondum sunt erectae.

Iuvat quoque addere in istis regionibus ad erigendas parochias etiam gubernium civile suam interponere auctoritatem sibique vindicare ius approbandi novae parochiae erectionem et inquirendi in sufficientiam dotationis. Quare fieri potest, ut ob conditiones iure civili requisitas, nondum ad erectionem novae parochiae procedi possit, quamvis attento solo iure canonico dismembratio facilius posset executioni mandari. Hinc multo magis durum est, si propter illas formalitates et impedimenta iuris civilis inutilia onera parochis et fidelibus imponantur (1). Et revera proclamationes matrimoniales in ecclesia *matrici* ad meram formam reducuntur, si ibidem nomina nupturientium personarum penitus ignotarum ex districtibus « *plurimum distantibus* » publicatur; cuius publicationis 50 vel 80 nominum ignotorum unicus effectus est taedium fidelium in ecclesia matrici. At proclamationes matrimoniales a Concilio Tridentino statutae sunt ad detegenda impedimenta, non ad excitandam nauseam fidelium absque ulla practica utilitate. Quare attentis generalibus legibus interpretationis, quae prohibent haerere in cortice verborum et negligere mentem legislatoris, insuper

(1) Inutiles formalitates in illis regionibus industrialibus etiam ob aliam rationem vitandae sunt; crescit enim ibidem in diversis districtibus incredibili celeritate multitudo fidelium; cui augmento fidelium non semper pari modo correspondet augmentum sacerdotum. Omnino igitur curandum videtur, ne pauci sacerdotes curati a gravioribus negotiis curae animarum per inutiles formalitates, attestationes, inscriptiones, quibus homines burocratici quandoque etiam in foro ecclesiastico sacerdotes curatos vexant, perperam retrahantur.

consideratis interpretationibus textus Tridentini cum conclusionibus supra allatis, nihil obstare videtur, quominus detur responsum iuxta preces Rmi Archiepiscopi.

11. Ast ut arbitrarius agendi modus excludatur, seiungendum esse videtur, ecclesias illas matrices et filiales vel quasi parochiales, si quoad publicationes matrimoniales tractentur ad instar *diversarum parochiarum,* nequaquam, ubi arrideat, in eadem materia iterum habendas esse ut *unam, parochiam ;* id enim esset agere in fraudem legis atque contra propria argumenta in favorem proclamationum unice in ecclesia filiali peragendarum allata. Quare haec ad tramites Ritualis Romani in responsione videntur esse exprimenda simulque addenda clausula generalis, qua totum responsum restringitur ad quaesitum propositum et in quaestionibus connexis relinquit alia iura in suo pleno vigore.

Quare hoc fere modo responsum dari posset :

« Iuxta exposita, attentis circumstantiis in causa concurrentibus, non requiri proclamationes matrimoniales etiam in ecclesia matrice, sed sufficere in sola ecclesia filiali sive quasi parochiali, si utraque pars contrahens tantum in speciali districtu ecclesiae filiali vel quasi parochiali assignato verum domicilium vel quasi domicilium habeat; quodsi una pars contrahens in speciali districtu ecclesiae matricis altera pars in speciali districtu ecclesiae filialis vol quasi parochialis verum domicilium vel quasi domicilium habeat, tum in ecclesia matrice tum in ecclesia filiali vel quasi parochiali proclamationes matrimoniales esse faciendas, servatis in reliquis, quae de iure cauta sunt ».

Quibus praemissis, quaesitum fuit, quod responsum esset dandum precibus.

RESOLUTIO. Sacra O. O. re disceptata sub die 23 Februarii 1901, censuit respondere: *Attentis peculiaribus circumstantiis in casu occurrentibus, publicationes matrimoniorum in Ecclesiis filialibus posse sufficere, dummodo ambo contrahentes verum domicilium aut quasi domicilium in districtu earumdem Ecclesiarum habeant.*

OAIETANA

FINIUM PAROCHIALIUM ET FONTIS BAPTISMALIS

Die 11 Augusti et 26 Ianuarii 190i.

Sess. 24, cap. 13, et sess. 21, caput 4, De ref.

COMPENDIUM FACTI. Oppidum - Itri - in Cáietana dioecesi situm est in aspero et eminenti colle, cuius incolae ad octo millia numerantur, divisi in duas paroecias, alteram a Sancto Michaele Archangelo dictam, *matricem* et *Collegiatam ;* alteram a S. Maria Maiore nuncupatam ; et ambae Ecclesiae titulares inter oppidi fines positae sunt, atque pene centum passus una ab altera distant, quamvis in declivio montis et in planitie suos protendant fines parochiales et plures amplectantur domos et incolas. Quia haud facilis est ad oppidum accessus et in planitie populus est frequens, inibi iam pridem tres extant Ecclesiae, inter quas praestat Ecclesia ab Annunciatione B. Mariae Virginis appellata, cui praeter Rectorem, addictus est etiam clerus non numeratus.

Malo fato, parochiarum fines quando altera Ecclesia parochialis S. Mariae Maioris constituta est, non adeo fuerunt definiti ut controversiarum et dubietatum auferentur occasiones et praetextus ; quae contentiones facilem habuerunt aditum quum in dies magis praecelleret Ecclesia filialis a titulo *SS. Annuntiationis,* subiecta iuri Patronatus Municipii Itrensis, atque ad eam concurreret populus in planitie usque frequentior, quamobrem hanc digniorem ditioremque filiam utraque Ecclesia parochialis sibi vindicare vehementer coepit. - Anno 1671, *'per modum provisionis,* seu non *définitive* quaestio composita fuit ab Episcopo per appositum decretum.

Hoc decretum, quamvis non *definitivum** nihilominus concordiam servare valuit usque ad a. 1858, quo anno iterum quaestio de finibus parochialibus definiendis excitata est ;

-sed Curia episcopalis rem pacifice componere potuit; et pax servata est, tamen non perpetua. Nam a. 1880 iterum lis mota est de finibus parochialibus regundis, et Archiepiscopus, uti videtur, premens sui antiqui Decessoris vestigia, negotium expedivit non *definitive,* sed per *modum provisionis* dividens fines parochiarum et uni et alteri Ecclesiae attribuens nonnullas domus et officinas. - Sed animorum aestus diu compressus vehementior erupit a. 1892, quum apud hodiernum Archiepiscopum instantius quaesitum fuit ut controversia *definitive* et *formiter* expediretur. Archiepiscopus dinotando rem componere satagebat, at preces a. 1895 ingeminatae fuerunt pro obtinendo definitivo iudicio, et anno nuper elapso 1899, quando Archiepiscopus solemniter suam dioecesim lustraret per *actum S. Visitationis,* in consilium adhibitis viris convisitatoribus, sed inscio parocho et capitulo S. Michaelis hoc dedit decretum die 8 Iunii :

« Iamdiu viget quaestio circa fines Paroeciarum Sancti Michaelis Archangeli, et S. Mariae Maioris in Terra Itri, et Prior Curatus S. Mariae Maioris pluries a nobis petiit, ut huiusmodi quaestioni, pacis causa, finem poneremus. Cum ergo Sanctam tertiam Visitationem in hac terra Itri peragamus desiderio Prioris Curati satisfacere in animo est. Attento itaque nobis exhibito documento sub die vigesima octava Septembris 1671 ; ex quo constat Ecclesiam A. Gr. P. Terrae Itri sitam esse, prout asseritur, intra limites Paroeciae Sanctae Mariae Maioris; attento quod plerumque viae solent limites iurisdictionis tum Paroeciarum, tum Dioecesum , et via quae a loco, vulgo dicto, Largo Fontana, ducit ad Sanctuarium Civita, limites signat supra dictarum Paroeciarum; ita ut pars domorum quae ab Oriente sunt, pertineant ad Paroeciam Sanctae Mariae Maioris, quae autem extant ab altera parte, seu ab Occidente, ad Paroeciam spectent S. Michaelis Archangeli ; nos hisque inspectis, et consideratis omnibus de iure considerandis, ut finis ponatur dictae quaestioni, et iurgiis exinde in posterum orituris finem

ponamus, utentes auctoritate nostra orbinaria, et altera, quae nobis est, tamquam Delegato Apostolico Sanctam Visitationem peragendi, declaramus, constituimus, et definit mus viam memoratam, quae a loco, vulgo dicto, Largo Fontana, ducit ad Sanctuarium Sanctae Mariae de Civita, finem, et limitem esse, et distincte signare utrique praefatae Paroeciae ; quae pars seu numerus domorum nulla excepta, quae extant uti dicimus, ab Oriente, spectant, et pertinent ad Paroeciam Sanctae Mariae Maioris, quin" Archipresbyter Paroeciae S. Michaelis ius ullum habeat, vel exerceat ex hac die in aliqua, vel aliquibus domibus a parte Orientali oppidi Itri, et iurisdictionis dictae Paroeciae, habitationes vero, seu domus, quae extant e parte adversa, seu occidentali repetitae viae, vulgo Largo Fontana, pertinent et spectant ad Paroeciam S. Michaelis, quin Prior Curatus S. Mariae Maioris ius ullum, seu iurisdictionem in aliqua earum habitatione habere audeat, vel praesumat. Ita in Domino decernimus sub poena suspensionis ipso facto incurrendae ab eo, vel ab iis, qui huic nostro decreto contradicere ausi fuerint ».

At huic decreto acquiescere noluerunt parochus et canonici Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis et ad S. Sedem recursum habuerunt.

Interim Archiepiscopus animum adiecit ad aliam sopiendam litem, nempe quoad *Fontem baptismalem.* Etenim unicus extat Fons baptismalis in Ecclesia matrici S. Michaelis, sed, ob auctum populum, iam diu est in votis omnium, ut alius erigeretur Fons pro commoditate populi, late dispersi in agro Itrensi. - Re sane vera a. 1875 Parochus Ecclesiae S. M. Maioris supplicem dedit libellum ad S.C.C, quo expostulabat veniam Fontis baptismalis erigendi. Verum quum exinde nullum fidelibus obveniret commodum, quippe Ecclesia S. M. Maioris in fastigio Collis est posita, non secus ac Ecclesia Sancti Michaelis neque ad eam facilior est accessus, respondit S. C. C. « *Non expedire* ».

Archiepiscopus autem, intendens votis satis facere eorum

qui in planitie *Fontem baptismalem* exoptant et efflagitant, die 9 Iunii a. 1899 per actum S. Visitationis, sed non admonito, uti fertur, capitulo S. Michaelis, hoc dedit decretum inscriptum de *altero communi fonte; communi* nempe utrique paroeciae. En Decretum: « Iamdiu nobis exposita fuit necessitas facilius consulendi infantibus baptizandis in oppido Itri ».

« Ea enim est huius Oppidi natura, ut pars incolarum utriusque Paroeciae sita sit in lateribus, et in summitate collis, altera pars vero, quae in dies crescit, iacet in planitie. Iam aegerrime, et non sine incommodo, et periculis, tempore praesertim hiemali , et aestivo, infantes deferunt ad summum collis, ubi unicus fons baptismalis et communis existit in Parochiali et Collegiata Ecclesia S. Michaelis Archangeli. Ex quo saepius factum est, ut baptisma, nobis invitis, ad plures dies dilatum sit, vel in Sacellis S. Rochi et S. Leonardi, cogentibus patribus familias, et patrinis, administrari necesse fuerit, neglecta Parochiali Ecclesia. Ut autem huic novae, et improbatae consuetudini obviam eamus, simulque faciliori primi et tam necessarii inter Sacramenta administrationi prospiciamus, voto civium, et universitatis Itrii satisfacientes permittimus, ut alter fons baptismalis erigatur in Ecclesia SSmae Nuntiatae, qui fons communis sit Parochis tam S. Michaelis Archangeli, quam S. Mariae Maioris sine ullo praeiudicio iurium Parochi S. Michaelis Archangeli quoad candelam, quae offertur de more a patrinis, et semper ad ipsum spectabit quoties ipse infantes suae Paroeciae baptizaverit ».

« Candela vero quae offertur a patrinis infantium S. Mariae Maioris a Parocho Priore donetur Ecclesiae SSmae Nuntiationis, quae curam fontis habebit ».

Sed neque huic Decreto sibi obsequendum esse arbitratus est clerus S. Michaelis, qui proinde ad S. Sedem appellavit.

Disceptatio Synoptica.

Canonici, quoad unam et alteram quaestionem per supplicem libellum multa congerunt, ut horum decretorum indolem evincant tum contra iustitiam, tum contra aequitatem, ita ut opus sit ea infirmari opera Apostolicae Sedis : Archiepiscopus e contra satagit, multa animadvertendo, ut sua protueatur decreta, praecipue quia emissa fuerunt tempore sacrae visitationis; quo tempore agunt Ordinarii ceu delegati Apostolicae Sedis; fretus insuper gravibus rationum momentis.

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. In primis textum Concilii Tridentini invocatum ab Archiepiscopo videtur spectare ad eum casum quo fines parochiarum nullimode sunt definiti, nimirum: « *In iis quoque civitatibus ac locis ubi parochiales Ecclesiae certos fines non habent, 'nec earum Rectores proprium populum quem regant, sed promiscue petentibus sacramenta administrant, mandat S. Synodus Episcopis,* etc. » *(¿ess. 24, cap. 13).* Ceterum in regendis finibus nondum definitis res non est expedienda, nisi desuper constructo quodam processu unde partium iura iam acquisita attente perpendantur.

Sed in themate videtur agi de *dismembratione* aut saltem processus servari debet necessarius pro decernenda *dismembratione,* quia tum capitulum S. Michaelis, tum S. Mariae parochus sibi arrogant ius in Ecclesiam SS. Annuntiatae ; et ipsum decretum *possessorium anni 1671* admisit rem dubiam esse in *petitorio,* et tantum concessit interdictum *manutentionis* favore Ecclesiae S. Mariae. - Decretum autem S. C. Rituum quod Ecclesiam SS. Annuntiatae attribuit parochiae S. Michaelis non est facile posthabendum, utpote quod hodie etiam refertur in nova collectione n. *1409* (2516).

Quoad processum autem observandum haec teneantur.

Iusta et legitima urgente causa, Episcopus non tantum potest, sed debet ad parochiarum divisiones procedere prouti

iubet decretum Tridentinum *Sess. 21, cap. 4.* Quia vero huiusmodi divisio facienda est ob iustam et legitimam causam, ius positivum constituit nonnullas solemnitates in divisionibus seu dismembraiionibus perficiendis observandas, quibus causae existentia et legitimitas comprobatur, prouti docet Fagnanus cap. *ad Audientiam n. 29.* - Hae solemnitates, veluti probat idem Doctor *1. cit.* sunt, citatio Rectoris Ecclesiae, cuius bona dismembratur, ut eius exquiratur consensus, nec non monendi sunt *interesse habentes;* ita Fagnanus *I. cit. n. 30* et Pignatelli *Consult. 230, t. 4, n.' 18.* Praeterea consensus requiritur Capituli Ecclesiae Cathedralis arg. cap. *Cum nos* et cap. *Cum pastorales. De his quae fiunt a Praelatis.* - De hisce executis actibus inde confici debere processum, statuit Rota in *Recent, decis. 224, quaest. 10, a n. 35* in *Adrien. Parochialis die 18 Decembris Ì779 § Altera.* Sed *formalem* processum non requiri tradunt Loterius *De re benef. lib. 1, quaest. 28n. 34,* aliique citati in *Spiren.* apud S. C. C. *Re aedificationis Eccles, die 31 Martii 1770, § Re.* - Quod si agatur de beneficio vacante seu viduata Ecclesia, exquirendus est consensus defensoris, ab Episcopo constituendi, ad cuius officium pertinet disquirere de legitimitate et veritate causae necessariae, ita Leurenius *For. benef. part. 3, sect. 2, cap. 2, quaest. 954, n. 4;* Corradus *Praxis benef. lib. 3, cap. 2, n. 2.* Officium vero defensoris explere valet idem curiae procurator fiscalis et hoc deficiente, ipse Episcopus; sed apud S. C C . non insolens est ut differatur dismembrationis cognitio donec Ecclesia de Rectore provideatur, qui eiusdem iura defenderé possit in *Fesulana Dismembrationis die 27 aprilis 1816, § Necessitas.*

Hisce vero solemnitatibus posthabitis et in primis non exquisito Capituli consensu, nullam esse factam ab Episcopo dismembrationem, millies edixit S. C. C. uti videre est apud Pallottini *Tom. 8, pag. 487, sq.,* ubi cumulat huiusmodi responsiones.

Quoties porro iustae adsint causae dismembrationis, ni-

hili faciendum esse parochi, Capituli, interesse habentium dissensum docet, cum pluribus, Fagnanus, cap. *Ad audientiam;* omnes enim conveniunt, consensum, in casu non exigi pro *forma,* sed tantum *ratione praeiudicii,* seu ad auferendum praeiudicium, Rota coram Crispo *decis. 221 n. 14* in *Recanaten. Argumenti cong. dismembrationis, die 18 Februarii 1854, § Unum.*

Quoad alterum decretum haec animadversa fuerunt. - Antiquiore disciplina tantum Ecclesiae Cathedrales Fontem baptismalem obtinebant et baptismi administrationi Episcopus ipse usque intererat, prouti probat Bened. XIV. *Inst. eccles. 1, n. 4.* Progressu temporis aucto populo christiano etiam simplicibus Ecclesiis parochialibus Fons baptismalis concessus fuit; adeo ut iurisprudentia S. C. C. firmaverit principium, nempe unamquamque parochiam Fontem baptismalem retinere debere, dummodo tamen Fons baptismalis non extet in aliquibus Ecclesiis quae *matrices* vel baptismales appellantur, uti refert Fagnanus, cap. *Contingat, De decimis, n. 59.*

Quare Fontes solent esse *communes* pluribus paroeciis, sed erigere Fontem *communem* idem facessit negotium ac Fontem erigere peculiarem uni Paroeciae.

Sane Fontem baptismalem in sola cathedrali matrice esse asservandum eoque infantes totius civitatis ad Sacramentum baptismatis suscipiendum esse de ferendos, definitum fuit ab S. C. C. in *Lycien. 19 Aprilis 1606.*

Baptismalis fontis erectionem in parochiali Ecclesia S. Mariae Novae Castri Seronis ab Episcopo in visitatione praescriptam, iuxta parochiae incolarum petitionem et adversus protesfationem Ecclesiae matricis, sustinendam esse declaravit S. C. C. data vero parochianis libertate deferendi iuxta solitum, filios baptizandos etiam ad alias Ecclesias; in *Fulginaten. Fontis baptismalis, 22 Iunii 1720.*

At Fontis baptismalis erectio conceditur etiam ab S. CC. de consensu tamen Ordinarii et interesse habentium : in *Massilien. Ecclesiae S. Stephani Ian. 1640.*

Nihilominus ob populi magnam commoditatem atque difficilem ad Ecclesiam, baptisterio praeditam, accessum, legitima censetur causa ob quam ipse Episcopus decernat novi Fontis erectionem, etsi hactenus privativo iure baptizandi usa sit Ecclesia matrix; in *Guardian. Fontis baptismalis die 23 April. 1735 § In;* et Spoletana *Fontis baptism. die 28 Ian. 1832, § Etenim.*

Fons autem baptismalis ordinario erigi debet in Ecclesia parochiali, sed non semel S. C. C. confirmavit decretum Episcopi, quo ob viarum asperitatem aut ob magnam locorum distantiam constituta fuit Fontis baptismalis erectio in Ecclesia *filiali',* licet matrix Ecclesia obsisteret, ita in *Urbevetana, Fontis Baptismalis die 14 Decemb. 1748,* et in *Neapolitana Decretorum, die 29 Feb. 1744** cuius facti species ita explicata est. - Unica parochialis mater Ecclesia S. Michaelis Archangeli est in Insula Prochyte, quae postea in continendam data fuit. Adaucto populo, filiales quoque Ecclesiae et Coadiutoriae adauctae sunt. Cardinalis Spinellius Archiepiscopus Neapolitanus Insulam visitans decrevit, ut qui infra fines Ecclesiae S. M. Gratiarum assignatos nascuntur,^ in parochiali Ecclesia baptisma susciperent; ratione vero distantiae et itinerum longitudine voluit in Ecclesia Annuntiationis B. M. Virginis extrui Fontem baptismalem, quo lavarentur ii, qui ortum haberent intra fines illius Ecclesiae atque alterius Ecclesiae S. Antonii Abbatis, ab Oeconomo sive Capellano primae baptismalis Ecclesiae qui singulis mensibus Vicario perpetuo traderet, utque ab eo in libros nominales referri possent et baptismatis testificationes exciperentur. Provocavit ab hoc decreto Card. Rufius Commendatarius Abbas atque perpetuus Vicarius ; proposito hinc congruo dubio declaratum est, sustineri decretum super erectione Fontis baptismalis, de consensu tamen Vicarii, neque vero in sola Ecclesia curata et matrice esse Fontem retinendum et ad mentem.

Quocirca non est omnino alienum a praxi S. C. C. rationes contradictorum quae haud sufficienter aut non formali

processu examinatae sint ab Ordinariis in decernendis finibus parochiarum aut in erigendis paroeciis aut Fontibus baptismalibus, ut ipsa S. C. easdem rationes examinet et perpendat ad dissolvendam quaestionem, an episcopalia decreta sint confirmanda vel infirmanda. Posthabitis enim solemnitatibus, maxime hac nostra aetate, ratio salutis animarum potissimum habenda est.

Dubia

I. - *An decretum Archiepiscopi 8 Iunii 1899 sit confirmandum vel infirmandum in casu.*

II. - *An decretum Archiepiscopi 9 Iunii 1899 sit confirmandum vel infirmandum in casu.*

Quibus dubiis responsum fuit sub die 11 Augusti 1900:

« Dilata et scribatur Archiepiscopo, an incertos fines paroeciarum solummodo determinaverit vel etiam iam constitutos in aliqua saltem parte determinaverit ; et audiat tam parochum S. Mariae, quam Archipresbyterum et Capitulum S. Michaelis, ut exponant an et in quonam, ex decretis dierum 8 et 9 Iunii 1899, sua iura laesa fuisse contendant ; capitulum vero S. Michaelis exprimat quae iura sibi vindicet in Ecclesia SSmae Annunciatae atque documenta exhibeat, quibus suam intentionem probare praesumit ».

Archiepiscopus, Capitulum et Parochi, iussa peragentes, deduxerunt apud S. C. Concilii quidquid ab eisdem petitum fuit, per longum sermonem et quamplurima documenta, quae sunt apud acta S. C.

Controversias vero extitisse pene assiduas inter Capitulum S. Michaelis et Clerum Ecclesiae S. Mariae Maioris docent omnia documenta allegata a Capitulo S. Michaelis quippe continent decreta edita ad lites praecidendas.

Hisce animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An decretum, Archiepiscopi diei 8 Iunii 1899 sit confirmandum vel infirmandum in casu.*

II. *An decretum Archiepiscopi diei 9 Iunii 1899 sit confirmandum vel infirmandum in* **Gasu.**

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 26 Ianuarii 1901 censuit respondere : *Ad I^um et II^um affirmative et ad mentem. Mens est ut omnibus fidelibus duarum paroeciarum liberum sit deferre parvidos ut baptizentur ad Ecclesiam s. Michaelis; imposito Ecclesiae SSmae Annuntiatae onere dandi duas libras cerae favore Archipresbyteri s. Michaelis.*

MELPHIBNSIS

IURIS ADSCRIPTIONIS AD CLERUM

Die 23 Februarii 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Tolomeus Ciofrl preces obtulit Sacrae Congregationi Concilii ut ei adiudicetur ius adscriptionis in clerum Ecclesiae Cathedralis Melphien. quod ei concedere detrectat Capitulum eiusdem Ecclesiae, asserens, Oratorem non fuisse sonitum civitatem Melphien. ex suis natalibus prouti expostulant Statuta Capitularia. At hoc negat Orator. Revera res ita se habet. Tolomeus Cioffi ortum habuit in oppido — *Laurenzana* — dioecesis Acheruntinae, quum forte eius pater inibi illius vices gereret, qui ex publico munere silvarum curam habet (vulgo *Vice-Ispettore forestale);* at tum pater, Ioseph, tum mater Oderisia dei Zio ortum habuerant in civitate Melphiensi ; et Oderisiae familia originem ducit ab eadem civitate dum oratoris pater et ipse in lucem datus fuit Melphii, quando inibi eius pater Franciscus e civitate Tito in provincia Basilicata, munere

fungebatur curatoris silvarum, qui alio dein se contulit cum sua familia ratione suscepti muneris. Verum Ioseph, mortuo patre, Melphium reversus est officium obiturus vice-curatoris silvarum et inibi uxorem duxit Oderisiam del Zio, at filium genuit Tolomeum, uti retuli, in oppido — *Laurenzana* — quo eum advocaverat ad suum explendum munus principis voluntas. Interim Tolomeus adoleverat et ad aetatem 15 annorum cum pervenit, studiorum causa, Seminarium ingressus est *Múrense* eiusdem dioecesis Adierunt, atque ibi quatuor annos permansit, usque ad obitum patris secutum die 29 Nov. 1897. Tunc enim cum matre se contulit Melphium, ubi larem fortunamque suam familia Cioffi deseruerat, et Tolomeus cupiens studia prosequi ecclesiastica et nomen dare clericali militiae, inter alumnos Seminarii Melphiensis cooptatus est. Porro progressu temporis quum sacris ordinibus expeteret initiari, pro recipiendis tonsura et minoribus ordinibus, petiit adscribi clero Ecclesiae Cathedralis ; quod ei negarunt capitulares, asserentes, illum non fuisse natum Melphii prouti expostulant Statuta Capitularia, expresse et hac de re confirmata per Constitutiones Pontificum Leonis X et Clementis VII. Quamobrem Episcopus illi contulit tonsuram et minores ordines, eumdem adscribens alii civitatis Ecclesiae.

Nihilominus Tolomeus, arbitratus non iure obsistere capitulares, S. C. C. efïïagïtavit sibi adiudicari ius adscriptionis ad clerum Ecclesiae Cathedralis.

Disceptatio Synoptica.

Episcopus de sua sententia percontatus, auditis interesse habentibus, retulit quamplurimas animadversiones, quoad factum et ius Clerici Tolomei, attamen sententiam suam non protulit favore ullius partis.

In Bulla Leonis X « *Exposuit nobis* » in propositum haec statuuntur, in capitulo partem habere non posse nisi qui « *fuerit Italus et antiquus civis, qui pare?%tes antiquos*

aut saltem eorum aliquem civem ipsius civitatis habuerit et dictae Ecclesiae in ordine Acolytatus etc. ». Eisdem verbis hoc privilegium ratum habetur et confirmatur in Const. Clementis VII. In Constitutionibus cavetur qui fuerit *Italus et antiquus civis* quia tunc temporis Melphii non pauci habebantur incolae Albanenses. Capitulum vero in suis animadversionibus ita summat huiusmodi requisitum « di essere cioè *cittadino nato a Melfi, ed avere i genitori od almeno uno di essi cittadino nato anche nella medesima città di Melfi* ». Hac de causa detrectat admittere clericum Cioffi in suum gremium, quippe non natum Melphii. Quare ait, illi non prodesse eius matrem esse civem Melphiensem, quia filius non matris, sed patris sortitur originem et civitatem. Pater autem Oratoris *per accidens* natus est Melphii dum eius parens Melphii ageret curatorem silvarum et hinc ibi haberet quasi domicilium. Quamobrem, iuxta capitulares, avus et pater oratoris nedum *antiqui cives,* sed ne quidem *cives* sunt Melphienses. Quam civitatem multo minus sortiri poterat orator, qui neque *per accidens* Melphii natus est. Huc spectant omnia argumenta a canonicis adducta.

Ex adverso Tolomeus Cioffi animadvertit, sibi negari non posse civitatem Melphiensem, quia in dubium vocari haud licet, eum hodie esse civem Melphiensem ob domicilium, imo esse civem *antiquum,* quia eius pater inibi, praeter *originem,* domicilium habebat dum ipse *per accidens* in civitate — *Laurenzana* — natus est. — Sane inquit, originem Melphiensem certe abiudicari eius patri non posse, qui Melphii natus est a patre, qui ibi flxerat domicilium, quippe huc remeavit statim ac *pensione donatus* officio curatoris silvarum amplius non est functus, cum animo Melphii obeundi diem supremum, quem alibi oppetiit, necessitate rei domesticae alio vocatus.

Quam doctrinam tradidit Bonifacius ita decernens : « Cum nullus clericum paroeciae alienae, praeter ipsius licentiam debeat ordinare, superior intelligitur in hoc casu Episcopus de cuius dioecesi est is qui ad ordines promoveri desiderat

oriundus, *seu habet, licet alibi natus fuit,* domicilium in eadem » *cap. 3 de temp. ord. in 6.*

Porro Acolyto Cioffi nulla deest ex conditionibus per bullas statutis ; siquidem, licet ipse non Melphii, sed in Laurenzana natus sit, hoc tamen per accidens factum est, cum sui muneris ratione debuerit pater ibi morari, quin Melphiensem civitatem amiserit in qua et ipse et uxor geniti fuerant et semper ipse vir propositum revertendi fovebat ubi bona propinquosque reliquerat. Et revera in Melphiensi civitate semper civilia et politica exercuit iura, et Melphium uxor cum filiis statim, defuncto viro, repetiit.

Cum autem rerum similiter iudicatarum conformitas maximi iure merito ponderis habeatur, aliqua praestat S. C. C suppeditare responsa, quae ad rem faciunt et claram de subiecta quoque causa continent decidendi rationem.

Tres praesertim iuvat connumerare quaestiones, quarum prima a. 1718, secunda a. 1820, tertia denique a. 1895 exagitatae sunt (1).

Reapse die 12 mensis Martii anno 1718, Episcopo Vici Equensis contra Archiepiscopum-Neapolitanum S. C. C. ius spectare definiit ordinandi Benedictum Mannellam, licet Neapoli natum, ubi 35 annis eius habita vera t pater gemmarum venditoris munere fungens : in medio enim positum fuit « che il padre era di Vico Equense, dove teneva casa e poderi e dove recavasi spesso, lasciando ivi moglie e figli ».

Eadem S. C. die 7 mensis Aprilis a. 1820 Cardinali episcopo Tusculano ius esse decrevit ordinandi Franciscum Antonucci, licet pater, Tusculus ortu, Urbem petiisset in qua domum bonaque sibi comparaverat, nec non interim procreato filio Francisco atque educato, quinquaginta ibidem annis et amplius permansisset. In causae defensione autem probatum fuerat Antonucci domum et bona Tusculano retinuisse eiusque filium 14 annis ibidem esse moratum et praesertim nullum iuramentum patrem praestitisse se fore Romae domicilium fixurum.

(i) Quaestio tertia relata iam fuit Vol. XXVIII pag. 224.

Quae autem causa subiectae nobis simillima esse videtur, ea est quam laudata S. Congregatio die 25 mens. Maii a. 1895 dirempsit, cum non de ordinatione tantummodo, verum etiam de incardinatione ad Ecclesiam cum iure ipsius percipiendi redditus in ea sermo habitus sit.

Hinc enim ab anno 1776 in Civitate Castrimaris Stabiae receptitia existit Ecclesia sub titulo Iesu et Mariae, cuius statuta sacerdotes tantum dioecesanos in capitulum admittunt, ceteris prorsus exclusis. Hoc solemnius confirmatum reperitur ex declaratione per communitatem sacerdotum dictae Ecclesiae, ipso auctore Episcopo, proclamata, qua pro lege decretum fuit, ut in posterum novi presbyteri qui communitati huius cleri simplicis aggregari volunt ac cupiunt *« omnino habere debeant civilitatem naturalem seu originariam in hac civitate*, videlicet illam provenientem *ex nativitate propria* in dicta civitate ab externo patre, qui domiciliaren! civitatem iam contraxerat in eadem civitate ». Factum est autem ut presbyter Antonius di Napoli in hanc Ecclesiam sacerdotum simplicium admitti poposcerit, eius autem intentioni idem clerus obstiterit, quum, etsi maiores Antonii ab hac urbe ducerent originem ibique semper possederint bona, imo et ipse Antonius incardinatus in illa dioecesi fuisset, eius tamen pater per accidens Neapoli, ipse vero per accidens in Surrentina archidioecesi esset natus. Pater vero Neapoli fuerat procrea tus eo quod illuc avunculus negotiorum causa profectus erat, filius autem Antonius in Archidioecesi Surrentina ortum habuerat eo quod mater, aegritudinis causa, hanc civitatem petierat : familia tamen domicilium Castrimaris retinuerat, quo identidem conveniebat, etiam cum alibi moraretur. Res in Curia Castrimaris est agitata ; quae intentioni sacerdotis De Napoli annuit, statuens non diversa ratione esse illius Ecclesiae interpretanda statuta quam quae per ss. Canones inculcatur, nempe ut nullo pacto origo in aliquo loco habeatur ablata propter nativitatem alio in loco per accidens subsecutam. Clerus autem ad metropolitanam curiam Surrentinam appel-

lavit, quae, postulato praesbyteri De Napoli rescisso, clero annuit appellanti. At S. O. C. ad quam recursum habuit presbyter De Napoli, re bene perpensa ad dubium: « An sententia Curiae Metropolitanae d. 20 Nov. a. 1893 sit confirmanda, vel infirmanda in casu », respondit d. 25 Maii a. 1895 « sententiam esse infirmandam ».

Denique non praetermittam referre Decretum Benedicti XIII *motu proprio* datum a. 1727, quod recolit orator in suis precibus, constituens « *quoscumque clericos seu presbyteros idoneos etiamsi alienigenas et undequaque oriundos* » admittendos esse ad praebendas dictae Ecclesiae, idque fuisse ordinatum ut vetera statuta mutarentur : at idem orator, illico advertit huiusmodi Decretum moribus non fuisse receptum, praeeuntibus magistratibus qui Decreto denegarunt non semel executionem. - Equidem intentio Pontificis erat derogare ius privilegiatum, et ius commune restituere, quod iubet in titulo - *De clericis peregrinis** - in conferendis beneficiis et officiis rationem habendam esse non originis aut domicilii sed idoneitatis clericorum. Quocirca etsi contraria consuetudo voluntatem Bened. XIII irritam esse perfecit, attamen si in themate aliquod superesset dubium, utrum nempe ius privilegiatum in casu excludat oratorem ab obtinenda participatione, stante hoc dubio, ius commune iuri privilegiato praevaleat necesse est. - Verum quid expostulet aequitas viderint EE. PP.

Hisce praehabitis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re cognita sub die 23 februarii 1901, censuit respondere: *Constare de iure adscriptionis ad clerum Ecclesiae Cathedralis favore oratoris.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

INSTRUCTIO ad Episcopos Albanenses quoad impedimentum matrimoniale raptus.

Iam inde ab anno 1895 a S. Congregatione de Propaganda Fide ad Supremum hoc Tribunal S. Officii remissae fuere preces Amplitudinum Vestrarum, in tertiam Provincialem Synodum Scodrae congregatarum, quibus votum exprimebatur ut, ex benigna cap. VI, sess. XXIV, Ss. Concilii Tridentini interpretatione, authentice declararetur sufficere ad matrimonii inter raptum raptoremque validitatem, si mulier abducta, quamvis non omnino a raptore separata nec in loco tuto ac libero constituta, iuramento affirmet se libere illum in virum habere consentire.

Res iterum iterumque ad Eminentissimorum DD. Cardinalium una mecum Inquisitorum Generalium iudicium delata est, qui, omnibus quo par erat studio ac maturitate perpensis, in eam semper atque unanimiter sententiam iverunt, imploratam Tridentinae legis modo generali et absoluto relaxationem (huc enim res recidit et non in simplicem, quantumvis latam, interpretationem) *non expedire.*

Quam Emorum Patrum resolutionem Amplitudines Vestrae facile intelligent, siquidem paullisper in animum revocaverint duplex, ut plurimum, in violentibus huiusmodi mulierum abductionibus impedimentum distinguendum esse, alterum scilicet *ex capite eiset metus,* quod reapse consensum afficit quodque proinde in ipso iure naturali fundamentum habet; alterum ex iure positivo Tridentino seu *raptus simpliciter,* quod matrimonium irritat, tum ex praesumptione non consensus, turn in odium tanti facinoris.

Iamvero cum super priore, quoties adsit, nullus dispensationi sit locus, totus in eo quaestionis eardo vertitur num, ob peculiares istorum locorum circumstantias, Tridentinam legem relaxari expediat, quatenus absit; quandocumque scilicet, ut in precibus exprimitur, mulier abducta, etsi loco haud reddita tuto, de proprio libero consensu per iuramentum fidem faciat.

Et vere equidem lectu horribilia sunt quae de raptuum istis in regionibus frequentia, de atrocibus eorum consummationis

circumstantiis, deque gravissimis incommodis immo et proxima vitae discrimine, in quo infelix rapta eiusque propinqui quam saepissime incidunt, ni in matrimonium cum raptore, adhuc sub immediata vel mediata eius potestate constituta, ipsa consentiat, Amplitudines Vestrae retulerunt. Verumtamen haec omnia, si res subtilius inspiciatur, potiusquam legis Tridentinae relaxationem, eius confirmationem suadent. Ad hos enim praecise convellendos abusus et barbaros mores extirpandos Sacrosanctum Concilium eiusmodi impedimentum invexisse constat. Quare ipsi modo impedimento pro istis Regionibus generatim derogare idem esset ac qui deplorantur abusus indirectim quodammodo confirmare, ampliorem eis viam sternere et recognitam a Sanctis Tridentinis Patribus huius remedii efficaciam in dubium revocare.

Quod autem remedium a Vestris Amplitudinibus proponitur iuramenti ex parte mulieris raptae, adhuc sub raptoris potestate constitutae, aliquibus in casibus haud indubium de absentia vis et metus deque ipsius mulieris vere libero consensu praeberet argumentum. Siquidem enim vim et metum abductam mulierem ad exprimendum exterius suum in matrimonium cum raptore consensum, refragante interius voluntate, inducere posse rationabiliter timetur: cur et non aeque rationabiliter timeatur ne eam ad propriam assertionem etiam iuramento firmandam compellat? Dum igitur, ex una parte, manifesto mulier exponeretur peierandi periculo; certum, ex altera, legi Tridentinae vulnus inferretur.

Haec tamen omnia de normali atque, ut ita dicam, theoretica legi Tridentinae derogatione dicta intelligantur; quod enim ad casus practicos attinet, nihil prohibet quominus, si et de raptae vere libero consensu quomodocumque certo constet, et sufficientia ad dispensandum motiva praesto sint, eidem per dispensationem succurratur. At in re tanti momenti, praesertim ne ex nimia huiusmodi dispensationis obtinendae facilitate sanctissima lex Tridentina vilescat, iudicium S. Sedi omnino reservari convenit; ad quam proinde toties quoties, omnibus expositis casus adiunctis, Amplitudines Vestrae recursum habere non dedignabuntur.

Interim vero S. Sedes plane confidit Amplitudines Vestras, pro ea qua praestant pastorali sollicitudine atque animarum zelo, omne studium omnemque curam adhibituras fore, ut, sive

in catecheticis collationibus, sive in concionibus ad populum habendis, sive etiam per extraordinarias sacras missiones, aliove quovis opportuniori modo, de infandi huius criminis nedum morali sed materiali quoque foeditate, deque gravissimis aeque ac iustissimis tam ab ecclesiasticis quam a civilibus legibus in sontes latis poenis fideles edoceantur. Quod enim et parentes proprias filias, haud requisito ipsarum consensu, immo non raro ipsis contradicentibus ac, veluti de vilibus ageretur iumentis, pacta mercede, sub barbaris sanctionibus despondeant, •et raptores in imbelles puellulas omni humano auxilio destitutas propria vi abutantur, non solum coram Deo turpissimum, «ed etiam coram humana societate quam maxime indecorum esse nemo sanae mentis non videt.

Ad quem finem valde etiam opportunum ducitur ut publicum in singulis paroeciis feratur edictum, quo et parentum turpis mercatus et raptorum effrenis audacia digno stigmate inuratur, ac decretae in hos poenae, publica excommunicatione non excepta, solemniter edicantur.

Dum igitur Dominum ex corde precor ut Vestris conatibus benignus adsit, fausta quaeque ac felicia Amplitudinibus Vestris Iubens ominor.

Datum Romae die 15 Februarii 1901.

Amplitudinum Vestrarum

Addictissimus uti Frater
L. M. CARD. PAROCCHI.

DUBIUM. An frui valeat privilegio paulino cum dispensatione ab interpellando con» iuge priore, protestans non baptizatus, devinctus iam vinculo matrimoniali mulieri protestanticae, non baptizatae.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus, humillime prout sequitur exponit.

Gulielmus R. protestans, promittens se catholicam fidem amplexurum fore, humiliter petit ut sibi *dispensatio ab interpellanda coniuge priore* concedatur, eum in finem ut cum Ma-

ria R. catholica matrimonium in facie Ecclesiae contrahere possit.

Praedictus Gulielmus matrimonium iniverat cum muliere protestantica coram magistratu civili. Nec ipse vir, nec ipsa mulier, unquam S. Baptismum susceperunt, ideoque eorum matrimonium simpliciter legitimum. Postea, obtento divortio civili, se separarunt, nec ullo modo constat ubinam terrarum mulier nunc versetur. Omnes conatus eam inveniendi frustra suscepti. Hanc ob causam dispensatio ab interpellatione enixe rogatur.

Et Deus etc.

Feria IV, die 13 Martii 1901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis praedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Curet Episcopus conversionem viri et, praevio baptismate, supplicandum SSmo pro dispensatione ab interpellatione, quatenus ex processu saltem summario constet baptismum neque viro neque mulieri protestanticae collatum fuisse et interpellationem vel impossibilem vel inutilem fore.

Sequenti vero feria VI, die 15 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Assessore habita, SSmus resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit et gratiam concessit.

I Can. MANCINI *S. B. et U. Inquisii. Notarius.*

DUBIUM. An vi privilegii paulini, infidelis, ad fidem catholicam conversus, possit propriam derelinquere uxorem, vitamque degere cum secunda, quin primam interpellet.

Beatissime Pater,

N. N. annos circiter sexaginta natus, natione Maurus ex. longinqua Mauritaniae Occidentalis provincia, olim mahumeta-

nus, nunc fidei catholicae catechumenus, gratiam Baptismi postulat; at matrimonio quondam in sua patria valide inito cum uxore infideli sectae Mahumetanorum ligatus, novam uxorem eiusdem sectae ex hoc nunc a vigintiquinque annis in nostra regione migratus duxit, de qua sex filios Aliasve adhuc vivos habuit, et quam proinde derelinquere illi durissimum esset, nec sine scandalo quodam posset.

Nulla prorsus possibilitas illi remanet primam uxorem in sua patria relictam, ibique alio viro nuptam, adeundi ad eam interpellandam : obstacula plane insuperabilia sunt quia pars infidelis degit in longinquissimis, hostilibus ac barbaris provinciis, ubi nullo Christiano ne aditus quidem pateat; et alia ex parte nulla adesset spes eam a suo secundo marito arripiendi christianamque ad fidem adducendi.

Et Deus etc.

Feria IV, die 13 Martii 1901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, ab Emis ac Rmis jDD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis praedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Modo ex processu saltem summario constet interpellationem vel impossibilem vel inutilem fore, supplicandum SSmo pro petita dispensatione.

Sequenti vero feria VI, die 15 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII, a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit et petitam gratiam concessit.

I. Can. MANCINI -S. *R. et U. I. Notarius.*

DUBIUM. An admitti queat devotio a *mano poderosa* appellata.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo della diocesi di L. in America, prostrato ai piedi della S. V, domanda umilmente se possa considerarsi lecita

una certa divozione detta della *Mano poderosa.* Essa consiste in immagini e medaglie', venute dall'Europa, che rappresentano una mano aperta con entro vi una piaga ed avente sulle punte delle dita le immagini del Bambino Gesù, di Maria SS., di S. Gioacchino e di S. Anna.

Che ecc.

Feria IV, die 13 Martii Î901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab Emis et Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Imaginem praedictam esse praedamnatam a Concilio Tridentino; et curet Episcopus ut destruantur imagines, numismata et quodcumque scriptum, seu precandi formula, ad dictam devotionem pertinentia.

Sequenti vero feria IV, eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIÍI a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI -S. *R. et V. Inquisii. Notarius.*

DUBIUM. An licita sit devotio novae crucis Immaculatae.

Beatissimo Padre,

L'Arcivescovo di N. nelle Americhe, prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone che un nuovo articolo di divozione è stato ivi messo in commercio sotto il nome di *Nuova Croce della Immacolata Concezione.* È una medaglia in forma di croce, portante la Immagine non di N. S. G. C. ma della Immacolata da una parte e de' Sacri Cuori col monogramma della B. V. dall' altra. Chiede perciò 1' oracolo della S. V. se siffatta divozione possa o pur no approvarsi.

Feria IV, die 13 Martii 1901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis supradictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Devotionem praedictam, uti est, non esse probandam.

Sequenti vero feria VI eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII, a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

RESCRIPTUM. Indulgetur ut Vicarius generalis Episcopi N. dum hic absens sit vel impeditus, valeat delegare confessariis facultatem recipiendi' denuntiationes sollicitationum.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus N. N., ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, humiliter quae sequuntur exponit:

Instructio S. C. Inquisitionis 14 Iulii 1753 negat Vicariis Episcoporum facultatem delegandi confessarium ut denuntiationem excipiat sollicitationis ad turpia. Iam vero saepe occurrit, vel occurrere potest, ut Episcopus ab Urbe [residentiali absit, vel domi aegrotet, vel alio quocumque modo impediatur, et interim casus sit urgentior, ita ut confessarius qui delegationem petit, nequeat eum adire. Hac de causa a Sanctitate Vestra humiliter rogo praedictam facultatem, qua Vicarii Generales huius Archidioeceseos delegare possint in casibus necessariis simplices confessarios ut denuntiationes excipiant.

Quod et Deus etc.

Feria IV, die 20 Martii Î90Î.

In Congregatione Generale S. R. et U. Inquisitionis ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis supradictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt :

Supplicandum SSmo iuxta preces.

Sequenti vero feria VI, die 22 eiusdem mensis et anni, in solita audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII, a R. P. D. Assessore S. Officii habita, SSmus D. N. petitam gratiam benigne concessit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

RESPONSUM. Episcopi possunt dividere tempus Iubilaei, petere prorogationem eiusdem, aliasque sufficere Ecclesias prioribus constitutis ad visitationes peragendas.

Beatissimo Padre,

Il sottoscritto Vescovo umilmente prostrato al Trono della B. V., espone:

I. D' aver con circolare 13 Gennaio 1901 designati come tempo utile per l'acquisto del S. Giubileo -nella sua Diocesi ì sei mesi decombili dal 17 Gennaio al 17 Luglio. Ciò egli fece credendo che questo fosse in generale per la sua Diocesi il tempo più propizio. Ma non potendosi in tutte avere comodità di predicazione e di confessione, ed anche pei lavori di campagna, i mesi di Giugno e Luglio ultimi dei sei mesi designati non sono propizii. Pertanto onde poter facilitare ai suoi diocesani l'acquisto di sì speciale grazia, supplica umilmente per la

facoltà di sostituire, in quelle parrocchie ove lo crederà utile, ai detti due mesi, quelli di Novembre e Dicembre.

II. Nella circolare stessa accordò ai Parroci la facoltà di designare le chiese da visitarsi. — In base a detta facoltà i Parroci designarono degli oratorii, ma ora purtroppo essi comprendono che a qualcuno di questi oratorii per la loro ubicazione o lontananza è difficile e di grave incomodo l'accesso. Al fine pertanto di provvedere anche a simile inconveniente che potrebbe a qualcuno esser pretesto per non lucrare il Santo Giubileo, il sottoscritto supplica per la facoltà di modificare le designazioni fatte dai Parroci, sia riducendo le visite alla Chiesa Parrocchiale, sia ad alcuna delle chiese esistenti nelle frazioni per maggiore comodità della popolazione.

Che ecc.

S. Poenitentiaria, attentis expositis, respondet prout sequitur: *Quoad primum.* Non obstante promulgatione iam peracta Iubilaei ad sex menses continuos, existente gravi et legitima causa, potest Ordinarius, virtute concessionis die 25 Ianuarii p. e. per novum Edictum tempus dividere per partes *pro universa tamen Dioecesi, non vero pro aliquibus paroeciis tantum.* — Instante autem termino ultimi mensis idem Ordinarius, si ita opportunum duxerit, poterit ab Apostolica Sede prorogationem pro illis, qui hoc beneficio usi antea non fuerint, impetrare. *Quoad secundum.* — Provisum per facultatem in folio dubiorum, sub N°. III.

Datum Romae ex Sacra Poenitentiaria die 27 Februarii 1901.

B. POMPILII, S. *P. Datarius.*

R. CELLI, *.S. P. Substitutus.*

RESPONSUM. Omissio adimpiementi poenitentiae, impositae pro dispensationibus matrimonialibus, haud secumfert dispositionis invaliditatem.

Beatissimo Padre,

Il Vicario Gen. dell'Archid, di Cosenza supplica, perchè nelle dispense matrim, per causa di peccato, non s'imponga penitenza alcuna, per la ragione che si mette in pericolo la validità

dell'esecuzione, massime quando trattasi di penitenza grave e diuturna. Ha prove che la penitenza si accetta fintamente, e poi certamente non si pratica. Sarebbe bene che per la penitenza se la vegga il Confessore, e che nella concessione delle dispense non se ne parlasse affatto.

Sacra Poenitentiaria ad praemissa rescribit: Poenitentias in executione dispensationum matrimonialium omnino imponendas esse, sed omissum earumdem adimplementum secum non ferre dispensationis invaliditatem. Et notet orator in imponendis poenitentiis, quae non specificantur, ab executore rationem habendam esse conditioni aetatis, virium aliarumque qualitatum personarum quibus dispensatio impertitur.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, 14 Decembris 1891.

R. CARD. MONACO *P. M.*

R. CELLI *S. P. Substitutus.*

RESPONSUM. Dispensatio non invalidatur etiamsi poenitentia excepta fuerit cum animo eam non implendi.

Beatissimo Padre,

Nelle dispense di occulto impedimento gli autori provati insegnano che se il Confessore, per colpevole negligenza, non impone la penitenza, gravemente pecca, ma secondo la quasi comune sentenza, la dispensa si esegue validamente: *non vero sì poenitens, gravem suscipiendo poenitentiam, intentionem eam implendi non habeat.* Insegnano che pur valida sarà la dispensa se la confessione sarà nulla e sacrilega, o anche se non si riceva assoluzione. Sicché non dalla invalidità della confessione, o dall'inadempimento posteriore della penitenza, ma dall'intenzione di non adempirla i predetti Teologi fan derivare l'invalidità della dispensa. Di tali finzioni ne avvengono continuamente, cioè di accettare la penitenza senza intenzione di adempirla. Per questo si mandò la prima supplica, senza di questo motivo quella supplica sarebbe stata per lo meno inopportuna.

Sacra Poenitentiaria Dilecto in Christo Vicario Generali scribenti super praemissis respondet: Clausulae praescribenti impositionem poenitentiae censeri satisfactum etiamsi ficto animo ab iis suscipiatur qui dispensantur.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, 12 Novembris 1891.

R. CARD. MONACO "P. *M.*

P. Can. MARTINI, .S. *P. Secretarius.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

SENOGALLIEN. Dubia varia.

R. D. Primus Battistini, Mansionarium et Caeremoniarum Magister Ecclesiae Cathedralis Senogallien. de consensu Rmi sui **Orr** dinarii, a Sacrorum Ritu um Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Ad quos spectet Missam Conventualem sive de feria sive de festo diebus ferialibus in Cathedrali Ecclesia celebrare?

II. Utrum dies 19 et 25 Martii computandi sint inter feriales, ita ut Missa Conventualis de feria ad Mansionarios spectet, cum in illis Festa S. Ioseph et Annuntiationis Deiparae occurrant?

III. Num Mansionariis legitime impeditis in casu liceat pro Missa Conventuali sibi substituere Sacerdotem, qui non sit de gremio Ecclesiae Cathedralis?

IV. Utrum tolerari possit consuetudo recitandi Sextam et Nonam Horam ante Missam Conventualem ?

V. Possuntne psalmi ita alternatim dici, ut versus alter concinatur a choro, alter vero recitetur sub organo, clara ac distincta voce, ab uno ex Mansionariis?

VI. Utrum, absente vel deficiente sacri concentus schola, quae ex Ecclesiae huius consuetudine relativas [Missae partes cantabiles et Vesperarum psalmos, uti quandoque et Matutini,

exequi solet, Canonici et Mansionarii teneantur a seipsis supplere saltem in Cantu Gregoriano?

VII. Utrum Chorales ad asteriscum psalmorum pausam facere teneantur?

VIII. Utrum organa pulsari queant feria V in Coena Domini per totum hymnum Angelicum et Sabbato Sancto ab eiusdem hymni initio et deinceps ?

Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, praehabita informatione et sententia Rmi Dñi Ordinarii Senogallien. audito etiam Rmo Capitulo illius Ecclesiae Cathedralis aliisque interesse habentibus, atque exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque accurate perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. Ad Mansionarios per turnum iuxta Decretum 2548, Senogallien. diei 18 Februarii 1794.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Negative et ad mentem.

Ad IV. Regulariter negative et serventur Rubricae.

Ad V. Affirmative: dummodo et organa non sileant, et insufficiens habeatur choralium numerus.

Ad VI. Affirmative.

Ad VII. Affirmative et servetur Decretum 3122 S. Iacobi de Chile diei 9 Iulii 1864.

Ad VIII. Affirmative iuxta Decretum 3515 Viglevanen. diei 11 Iunii 1880 ad IV, et Rubricas.

Atque ita rescripsit. Die 4 Martii 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA *S. B. C. Praef.*

L. * S.

† DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen. *Secr.*

SUPPLICATIO Abbatum quoad eorumdem interventionem in Consistoriis semipublicis Beatorum Canonizationi praeviis.

Rmi Abbates Ordinarii Nullius Montis Cassini, S. Pauli de Urbe et SSmae Trinitatis Caven, a Sactissimo Domino Nostro Leone Papa XIII humillime efflagitarunt, ut sibi suisque suc-

cessoribus confirmare in perpetuum dignaretur ius interveniendi suffragiumque ferendi in Consistoriis semipublicis Beatorum Canonizationi praeviis : eo vel magis quod ipsi auctoritate Ordinaria conficere possunt Processus informativos in Causis Beatificationis et Canonizationis, atque eorum antecessoribus intimatio pro supradictis Consistoriis semel atque iterum facta fuit, ipsique revera interfuerunt et votum dederunt. Placuit vero Eidem Sanctissimo Domino Nostro huiusmodi negotium Sacrorum Rituum Congregationi examinandum et discutiendum committere. Quae Summi Pontificis mandato obtemperans, praehabitis una cum informatione suffragiis, etiam praelo impressis, tum alterius ex Iuris Canonici Professoribus, tum Apostolicis Caeremoniis Praefecti, tum demum Commissionis Liturgicae, in Ordinario Coetu, subsignata die ad Vaticanum coacto, praefatam quaestionem, ab infrascripto Cardinali Sacrorum eidem Rituum Congregationi Praefecto propositam atque accurato examine discussam atque perpensam, ita resolvendam esse censuit : *Consulendum Sanctissimo pro concessione privilegii singulis petentibus.* Die 5 Februarii 1901.

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua resolutionem Sacrae ipsius Congregationis ratam habens, privilegium adstandi suffragiumque ferendi in praedictis Consistoriis semipublicis, non solum tribus Abbatibus Oratoribus, sed etiam aliis Abbatibus Nullius singulatim petentibus indulgere dignata est. Die 9 Februarii 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA *Sacr. Rit. Congr. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *Archiep. Laodicen. Secr.*

DUBIUM quoad festum particulare s. Angeli custodis Regni.

Ab hodiernis Calendariorum redactoribus quarundam dioecesium Hispaniae Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna declaratione humiliter expositum fuit, nimirum :

An Festum particulare Sancti Angeli Custodis Regni sit primarium vel secundarium?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicae etiam typis impresso, in Ordinariis Comitiis die 5 Februarii vertentis anni 1901 ad Vaticanum habitis, proposito dubio per infrascriptum Cardinalem ipsius Sacrae Congregationi Praefectum, omnibus accurate perpensis, respondendum esse censuit : *Negative* ad primam partem ; *Affirmative* ad secundam.

„ Quam Sacri Consilii resolutionem SSmo Domino Nostro Leoni Papae XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatam Sanctitas Sua probavit et confirmavit.

Die 9 Februarii 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA *S. Rit Congr. Praef.*

L. © S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laoolieen. Secret*

MONITUM. Sequitur processus beatificationis ven. Ioannae Thouret, cuius initium est pag. 229 et prosecutio pagg. 379 sq. et 427 sq.

DE MIRACULIS POST OBITUM

Deus immortalis eos insigni miraculorum dono exornare consuevit, quos inter ceteros homines flagrantissimo dilexit amore, quosque post mortem ad coelestium honores attollere decrevit ut nulla oblivio obruat illorum apud mortales memoriam. Inter hos recensenda autumo Ioannam Antidam Thouret, cuius fama a virtutibus atque egregiis facinoribus orta, divina providentia, prodigiis post mortem crescit atque augetur. Summas eorum tantummodo attingam.

Vim atque efficaciam intercessionis Ioannae Antidae Thouret apud Deum experta est Philumena Pantanella, quae in sinistro latere tumore correpta, remediis nequidquam adhibitis, ad patrocinium Dei Ancillae confugit ac salutarem eam sibi fuisse sensit. Nam non modo tumore, sed etiam convulsionibus, quibus affecta erat, statim sanatur postquam imaginem illius, quam dono acceperat, toto pectore totoque animo deprecata est. Ioanna enim noctu ad Philumenam apparuit ac iuniorem suis ipsius manibus excerpsit. Parentes vero ac medici, quotquot Philumenam infirmam antea, ac postea sanatam çonspexerunt, in hoc omnes concordant apertum esse nulla medicamentorum vi, nulla scientia, nullaque alia, nisi praeternaturali causa, puellam sanari potuisse: sanatio praeterea tam improviso evenit ut Dei Famulae omnino tribuenda esse videretur.

Alia quoque narrantur. Tradidit enim soror Lucia Beauquier praeclarissima femina ac fide digna, quamdam eius iraniani, Vesontione artuum doloribus eo affectam, ut ad immobilitatem corporis cogeretur, intra novendialem ad D. Famulam precem perfecte convaluisse; qua ex re sacerdos, illius paroeciae praepositus, maximam Ioannae nostrae adhibuit fiduciam.

Item quidem Balthassar Carlomusto undecim annorum puer ersypelate in ore affectus, Heroidis nostrae imaginis contactu, intra tertiam diem ad salutem reducitur.

Legitur etiam in ephemeride *L'Osservatore Romano* puellam Clotildem Mazzanti in nosocomio Castri S. Petri apud Bononiam, ob paralysim, spina quinque annorum spatio impo-

tentem, ex intercessione Ioannae Antidae Thouret, quam novendiali supplica vera t, illico revaluisse.

Etiam, post plura sacra novendialia, mulier quaedam, cuius brachii carcinomate cruciati amputationem medici iam statuerat, teste sorore Petra Bedotti, anno 1822 in nosocomio Thuscanae, integram valetudinem recuperavit.

Nec vos pigeat postremo a Teste II audire quae de se in processu ordinario sub sacramento testata est his verbis: «Circa 12 anni fa essendo io nella casa generalizia di Roma m'infermai di grave malattia, di cui però non ricordo il nome e la specie, e questa malattia mi durò una quindicina di giorni. Per la stessa mia malattia ricordo che le suore si davano pensiero e per più notti le suore stesse vegliavano per me. Intanto come approssimavasi il giorno della Nunziata, giorno in cui si rinnuovano dalle suore i voti, io fui presa dal desiderio di poter prendere anch'io parte alla festa della rinnovazione degli stessi voti; ne interrogai il medico cognominato Guardi, tuttora vivente, ma questi mi rispose, che non poteva io levarmi dal letto il dì della Nunziata. Io allora invocai la Serva di Dio nostra Fondatrice, perchè mi ottenesse la grazia della guarigione pel dì suddetto e le aggiunsi che desideravo da lei un segno dell'essere stata esaudita. Avvenne che la notte del giorno in cui mi era raccomandata alla Serva di Dio, mi sembrò di vedere non ricordo ora se in sogno o in veglia nella mia stanza una donna tutta vestita di bianco che stringeva con le mani al petto un Crocifìsso, e ciò per pochi momenti. Io allora stante la fatta preghiera con cui domandai alla S. d. D. un segno, come ho detto, giudicai che quella donna fosse stata realmente la Serva di Dio. Il fatto fu che al giorno dell'Annunziata io potetti levarmi dal letto perfettamente sana, e così presi parte alla festa della rinnovazione dei voti e quindi innanzi godetti, come godo tuttora, buona salute. Ciò io attribuii a grazia ottenuta dalla Serva di Dio ».

Ex his, quae huc usque persecuti sumus, quantae Dei Servae virtutes sint, praeclare constat. Munere igitur meo perfectum esse arbitror. Quod si ego conticuissem, pauperes et aegrotantes elatissimam vocem attollerent quotquot in toto orbe terrarum egestate laborant atque ope sororum a caritate fruuntur. Hi omnes clamitarent ut quod imperitiae meae iure deferendum non esset, humano saltem generi grati animi pretium

concederetur. Summam spem itaque fovemus fore ut, propitiis collatis suffragiis, commissionem esse signandam Vos, Patres Eiîii, censeatis, veluti una mecum omnis Ordo Sororum a Caritate expostulat atque Revmus Nazarenus Marzolini a Sacello Summi Pontificis, huius causae Postulator vigilantissimus..

ANIMADVERSIONES R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An sit signanda commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur?

Eme ac Rme Domine,

Uti probe norunt EE. PP. vix paucos ante annos Causae Commissio signata est Ven. Ancillae Dei, Ludovicae De Manilae, viri sanctitate celeberrimi, Sancti Vincentii a Paulo discipulae, quae eodem magistro atque duce, Religiosae Familiae erigendae, quam *Puellarum a Charitate* vocant, operam navavit. Quo factum est ut altera sacrarum Virginum Familia, •queis *Sororum a Charitate* inditum est nomen et coelitum honores Parenti suae, Ancillae Dei Ioannae Antidae Thouret postulare studuerit.

Equidem optarem, ut, prouti in votis est, res auspicato cederet, verum ex iis, quae pro Causa introducenda sapienter a iure nostro statuta sunt, nonnulla huic intentioni obstare videntur; quae proinde, ne muneri meo desim, statim expendenda aggredior.

DE FAMAE PROBATIONE EIUSQUE OBSTACULIS.

Quum primum anno 1895 Inquisitio Ordinaria auctoritate super sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum fama Ancillae Dei, Ioannae Antidae Thouret in Ecclesiastica Curia Neapolitana instituta est, ex duobus super triginta, quot universi sunt Testes, tum a Causae Postulatore, tum ex officio inducti, tres tantum supererant, qui Ioannam Antidam nostram se nosse affirmarunt. Porro hi sunt, qui numeris I. III. et VI in catalogo

percensentur. Iam, ex hoc inferre licet probationibus, quas subsidiarias vocant, in casu uti non posse Postulatores; quippe ex decreto anni 1741 tunc privilegio utendi subsidiarias probationibus locus fit « quando, verba Decreti sunt, non constiterit primos auctoritate Ordinaria processus fuisse dolo malo aut culpabili negligentia tandiu dilatos, donec testes de visu nulli superessent ». *(Bened. XIV lib. 3, Cap. 3, N. 25).*

Ceterum id haud ignorare visi sunt ipsi Postulatores, qui propterea a documentis in iudicio afferendis, quae ad sanctitatis famam adstruendam, totius rei caput, sive ad obstacula propulsanda magno usui forsitan esse potuissent, prorsus abstinuerunt; eosque imitatus est Causae Patronus, qui neque ipse de iuris remedio cogitans, quo omissae documentorum, uti aiunt, compulsationi forte opportune occurri potuisset, documentis omnino posthabitis, summarium digessit.

Veruntamen si in hac Causa, seposito remedio illo a celebri Decreto anni 1741 oblato, commune iuris praescriptum servandum erit, quod nempe « In Causis Beatificationis et Canonizationis procedentibus per viam non cultus, docente Benedicto XIV *(lib. III cap. 3. N. 3),* non est sufficiens illa probatio, quae descendit ex testibus de auditu, vel ex uno teste de visu, iunctis testibus de auditu, sed vera, integra et adaequata probatio constituenda est in testibus contestibus de visu », iam nunc de Causa actum omnino dicas oportet. Siquidem tres illi Testes, quibus unis, uti ait Benedict. XIV, « vera integra et adaequata probatio constituenda est», quonam in pretio habendi sint, ex eorundem testimonio luculenter apparet.

Primus ait: «Nella mia età di nove anni un giorno fui condotto insieme a mia sorella germana, Gaetana, allora, di anni 7, dal fu mio Padre alla Casa delle Suore della Carità, detta di Begina Coeli in Napoli, dove mio padre si diresse per collocare in quell'Istituto la detta mia sorella germana Gaetana, la quale fu poi Suora della Carità col nome di Suor Assunta, attualmente defunta. Così io vidi colà la fondatrice del detto Istituto, Suor Giovanna Antida Thouret, colla quale mio padre conferì. Pel tempo, in cui assieme a mio padre stetti colla detta Serva di Dio, notai bene in lei una donna distinta per affabilità, serietà e raccoglimento». Alter vero subdit: «Nella mia età di anni quattro e mezzo io fui ammessa al predetto Istituto Hella nostra casa di Regina Coeli dalla Serva di Dio, nostra

fondatrice, Suor Giovanna Antida Thouret, colla quale io ebbi interrottamente a conversare sino alla età di 13 anni, quando, essendo io novizia, essa passò agli eterni riposi ».

Prae duobus istis tertius maiorem auctoritatem sibi vindicare videtur; quippe testatur: «Nella mia età di 15 anni, io conobbi personalmente la Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, Fondatrice dei nostro Istituto; giacché a lei manifestai il mio desiderio di entrare in Comunità e da lei ammessa. Colla medesima Fondatrice io per circa sette anni convissi, in detta Casa di Regina Coeli, fino a che non passò agli eterni riposi » ; verum de rebus interrogata, quae scire maxime intererat, ieiuna admodum oratione utitur. Ita ad interrogat. 24 inquit: «Per quello che ora mi sovviene, approvatesi dalla Santa Sede le regole del nostro Istituto, la Serva di Dio ebbe delle dispiacenze da parte delle Suore di Francia, ma non posso dirvene il motivo, e come in riguardo a quei fatti siasi comportata la Serva di Dio ». Iis, de quibus rogata fuit in interrogatorio 34 finem facit verbis hisce: «Non posso però oggi precisarvi l'epoca in cui *è* cominciato il detto accesso di me e delle altre Suore al predetto sepolcro ». Ad interrogatorium 13, ubi de tentatione quadam, quam circa annum suae pubertatis passa est Dei Famula; ad interrogatoria 14-15-16, in quibus de vocatione Dei Servae ad religiosum statum, et ad interrogatorium 31, ubi de supernis donis quaestio est, sicce et ieiune reponit: « Non ho che aggiungere al deposto». Heic siste parumper, et vide num probationum instructus isto splendidior haberi potuisset.

Difficultatem forte cum videris, dices, ex testibus eiusmodi quum nil fere commodi Causa capiat, perinde esse ac illis careret omnino; quocirca: expleta conditione memorato Decreto adiecta, Benedictinum privilegium Postulatoribus non esse denegandum. Audio; et, si placet, non obsistam; at vero, etsi hoc dare velis in implicatiorem fortasse laqueum iterum negotium inducitur. Scitum est enim, quo Benedictino indulto frui possint Postulato res, ista duo solide demonstranda esse: primum ut illi quamcumque nedum fraudis, sed et negligentiae suspicionem a se amoveant, quibus factum est, ut primi ordinaria auctoritate processus tandiu dilati fuerint, donec testes de visu nulli superessenfc; alterum, ut subsidiarias quidem probationes, sed in genere suo perfectas in medium afferrent. Quid vero Causae huius Postulatores ?

Ad primum quod attinet, de re silet omnino in sua lucubratione Causae Patronus, silentque Testes omnes, inquam, ne vix innuere videar Testem XI quae in suo examine verbuscula quaedam veluti in transitu, in medium iacit: «Che se questa Causa di Beatificazione e Canonizazione, non è stata promossa per T addietro, ciò lo è stato unicamente per le condizioni dei tempi ». Haec sane prorsus generalia sunt atque causis omnibus facile accommodanda. Oportet itaque ut probabiliores dilationis causae tandem prodeant in conspectum; idque eo apertius atque data opera praestandum erit in Causa ista, quum de Serva Dei agatur, quae, dum viveret, acérrimos nacta est adversarios, ideoque haud immerito suspicari poterit adeo in eiusdem provehenda Causa cunctatum fuisse, donec illis e medio sublatis, ipsa, si fieri possit, factorum memoria tempore deleretur.

Ad alterum vero quod spectat, subsidiariae probationes,, quibus uti volunt Postulatores, in suo genere perfectae non sunt; neque res difficilis probati! est. Etenim easdem suppeditat Inquisitio ordinaria, cuius si formam spectes, ea sedulitate atque peritia digesta apparet, quibus in hisce negotiis gerendis Curia ecclesiastica neapolitana pollet. At non ita res se habet,, si, contra eiusdem, quam quotidiano sermone *Relevantiam* vocant, attendas. Siquidem ceu notum est, subsidiariae, seu indirectae probationis fontes duo sunt; oralis nempe traditio quae solummodo per testes habetur, atque documenta. Iam oralem traditionem aliquando deficere ipsimet Testes auctores sunt; namque, quum ipsorum fuisset propositis interrogatoriis satis facere ea dumtaxat afferendo, quae a maioribus acceperunt,, aliquot ex ipsis non raro ad documenta confugere coguntur. Sint speciminis ergo quae in Processu leguntur.

Iis adde, ipsos testes saepe innuere Commentariis vitae Ancillae Dei, quae novissimis hisce annis in lucem prodiere, haud parum tribuendum si sanctitatis fama paucis abhinc annis reviviscere visa fuerit. De re audiendi sunt Testes XVIII inquit : « La sunnominata Suora Ghambrot, parlando della Serva di Dio, mi fece intendere che la Serva di Dio Thouret in vita fu avuta generalmente nel nostro Istituto e fuori come una donna fornita di grande zelo per la gloria di Dio, e di eroica carità pei prossimi. Riguardo alla fama, che ella godette in morte, nulla posso dirvi per difetto di notizie precise. Dalla

morte sino ad oggi posso deporre, per quanto è a mia conoscenza, che la Serva di Dio, « specialmente da che se n'è pubblicata per le stampe la vita, che ne ha dato ad intendere i meriti speciali», nel nostro Istituto generalmente, ed anche presso coloro nella franca Contea, che ne hanno avuto notizie da persone che conobbero in vita la Serva di Dio, ha goduto e gode fama di santità ». Concinit Testis XX quae haec habet: « La stessa fama ebbe positivo incremento sopra tutto nel nostro Istituto da che se n'è pubblicata la vita, che ho accennato di sopra; giacché la vita stessa ha fatto conoscere il gran merito della predetta Serva di Dio».

Porro commentaria vitae Ancillae Dei duo potissimum sunt; alterum Gallico idiomate exaratum, quod typis Vaticanis Romae editum est anno 1892, alterum vero italico sermone conscriptum, quod Prati prodiit anno 1893 typis Giachetti, figlio e C. Hoc secundum auctorem habet cl. me. P. Ferdinandum Canger e S. L, qui haefe proefatur: « Rendo brevemente ragione del presente lavoro, perchè conoscasi fin da principio com'esso differenzii da quello del chiarissimo Abate Enrico Calhiat, che fu il primo a compilare e a descrivere nell'idioma francese la storia della Fondatrice delle Suore della Carità. Richiesto con gentilezza dalla Superiora Generale del detto Istituto di fare Italiana la Storia dell'Illustre Abbate; ampliandola per ciò, che concerne più da vicino l'insegnamento religioso e morale con riflessioni ascetiche ed istruttive, che più della notizia dei fatti approdano alla imitazione e discernimento delle virtù, mi consigliai ben presto discostarmi alquanto dalla prima storia francese, non già nell'ordine e orditura degli avvenimenti, sibbene nella parola, nello stile, nella intestazione e ripartizione dei libri e dei capi, in alcune spiegazioni e giudizii dei fatti, e in quella forma brillante e scorrevole che tanto attira e piace in essa... La storia del primo è un quadro luminoso, attraente e dilettevole soprammodo, senza che difetti punto il morale vantaggio delle lettrici: questa mia poi mirando anzi tutto allo spirituale profitto delle medesime, è un libro di pratico magistero, delineato sull'esemplare di squisita e peregrina virtù».

Quare de primo potius quaerere praestat, de quo eiusdem Auctor Rmus Henricus Calhiat, qui simul testis est in hac Causa, haec in iudicio testatur: « Nel 1889 circa, il mio amico Conte Agostino Antonelli domiciliato in Roma, tuttora vivente, mi

condusse un giorno, che ora non posso precisare, alla Casa generalizia delle Suore della Carità in Roma, dove la Madre Generale, Suor Maria Giuseppa Bouquet, oggi defunta^mi espresse con grande premura il desiderio che io scrivessi la vita di Suor Giovanna Antida Thouret, Fondatrice dell'Istituto delle dette Suore. Io le risposi che bisognava leggere i documenti, che n' esistevano, e questi effettivamente mi furono consegnati. Essi manoscritti si conservano nelP Archivio della predetta Casa generalizia. Io li lessi e ne fui innamorato del gran merito della Thouret. Fra i documenti trovai delle note del Parroco di Sancey, il quale parlava della famiglia e parenti della Thouret, luogo della nascita ed infanzia di lei, notizie eh' egli aveva raccolto dalla tradizione vigente. Lessi pure una copia della relazione della vita della Thouret, scritta da lei stessa per ubbidienza datale dal suo Direttore, Mons. Narni Arcivescovo di Cosenza, relazione, che terminava all'epoca della rivoluzione francese. Lessi pure una copia del manoscritto intorno alla vita della medesima Thouret, redatto dalla sua nipote Suor Rosalia Thouret, stata provinciale di Modena. Lessi pure un.gran numero di lettere circolari della Madre Thouret, delle quali alcune erano originali, ed altre stampate; lessi inoltre varie lettere del predetto Mons. Narni, che parlò con grande vantaggio della detta Serva di Dio. Conferii pure colle Suore Montelli, che erano tre sorelle, di cui una soltanto sopravvisse con la Suora Enrichetta Bégueué, Suore che furono contemporanee della Serva di Dio, Thouret».

Recensitis documentis alia adiicienda sunt, uti patet ex Actis. Sane Testis X refert : « Scrisse pure (D. S.) una sua difesa, che le fu suggerita dal Parroco di Tonon, affine di dimostrare l'insussistenza di ciò che le s'imputava». Testi adhaerent Ancillae Dei Biographi : italus « Allora la Madre (D. S.) divisò stendere un memoriale in cui prese a confutare ad uno ad uno tutti i torti, onde l'Arcivescovo tanto aspramente rimproverolla nella breve conversazione, che all'impensata ebbe con lei », et addit: «In quel torno scrisse (A. D.) eziandio al Vescovo di Annecy.... A nome del Prelato rispondevate l'Abbate Negre.... ed in ultimo la pregava delle cose seguenti, che trascriviamo a verbo: - Intanto a pro della vostra congregazione, che sempremai mi sarà a cuore, vorrei, mia Reverenda Madre, che voi componeste un Memoriale, in cui esponeste: 1. quando e

in che modo si è formato il vostro Istituto: 2. come non si è potuta eseguire col tempo la riunione colla casa di Parigi; 3. perchè la Casa di Besançon non ha voluto accettare la Regola approvata dal Papa -. Tal richiesta del benevolo- Superiore del Seminario di Annecy obbligò la Thouret di tessere una specie di memoriale di tutti gli avvenimenti spettanti la sua vita religiosa e le vicende dell'Istituto come pure le traversie alle quali andò incontro. « Lo dettò tra il Marzo e l'Aprile del 1825, e il 2 Maggio seguente il Negre gliene accusò il recapito ». Hisce quoque accensendae Ancillae Dei epistolae cum ad Episcopum Cosentinum, eiusdem Confessarium, tum ad Archiepiscopum Bisuntinum missae, praesertim vero quae missae sunt eo tempore, quo maxima erat D. S. cum Archiepiscopo discordia, necnon documentum, cui nomen « Le récit de Marie Sourdon » de quo passim in Actis atque in Biographiis mentio fit.

Praeter haec alia extitisse documenta insigni argumento est, quod in processiculo diligentiarum, uti aiunt, asseruit cl. mem. Rev. Mater Antistita Generalis, Soror Leontina Vandel; inquit enim: « Per quanto a me consta io non posso dire che scritti della Serva di Dio si fossero smarriti, fossero stati bruciati od in altro modo distrutti. So solamente che sotto il Generalato della Madre Carolina Chambrot, Generalato, che durò ventidue anni, fu. distrutta una Vita stampata della Madre. Questa Vita era stata scritta dalla nipote della Serva di Dio ». Verba ista ad commentarium Vitae Servae Dei, ab eiusdem nepote, cui nomen Rosalia, exaratum non spectant: quippe illud, si Testes audias, extat adhuc, et nunquam typis impressum est; ergo ad aliud commentarium pertinent; istud autem quodnam fuerit et qua de causa exitium passum, Defensionis erit apertissime edocere.

Accedit: passim Testes dicunt de opusculo quodam a Serva Dei conscripto quod et typis vulgatum est : « È tradizione fra noi, ait Testis XVI, che la Serva di Dio pubblicò per le stampe un catechismo religioso ad uso delle Suore». Italici commentarii Auctor etiam habet: « Il perchè alle speranze del Curato non corrispondevano i desiderii, ed i disegni di lei (D. F.) ai quali peraltro aggiunse sprone e fidanza il carteggio, che ella (D. F.) teneva coli'Abate Receveur che di sovente la invitava a seguirlo in Friburgo, dove erasi rifugiato

col suo novello Istituto ». Scripta haec, uti et epistolam supra memoratam ab Ancilla Dei ad Episcopum Anneciensem datam, in iuridica scriptorum recensione diligenter quidem at frustra quaesivi.

Neque praetereundum quod ipse adnotat Censor theologus, cuius verba referre praestat : « Fatendum quidem est quasdam inter autographas Dei Famulae litteras adeo esse atramento ac tempore consumptas ut plura desint verba pluraque incisa ac difficile admodum sit quorundam periodorum sensum percipere, quod dolendum est prae ceteris contingisse de epistola Cusentino Episcopo inscripta, in qua loquitur de debilitatis corporis viribus propter toleratas angustias atque persecutiones. Epistola autem Sorori Basiliae remissa manca est ac postrema eius pars deest. Ast ex iis quae habentur, facile est deducere in paucis, quae desiderantur, nihil adesse, quod Censurae locum tribuat, ac mulieris pientissimae minus dignum habeatur ».

Adde etiam: liturae quoque deprehenduntur, et, quod gravius est data opera patratae, uti in Servae Dei manuscripto, cui titulus « Memoire de pure vérité », in quo verba haec : « Alors les Soeurs de Paris publièrent que nous étions des schismatiques - haec alia proxime subsequuntur - et elles ont toujours continué à le publier » quae tamen lituris suffusa sunt. Hisce omnibus pro eorumdem gravitate opportune occurrat egregius Causae Patronus; interim vero haec adnotasse sufficiat, ut pateat documenta, quae percensuimus pro eorumdem numero et gravitate in quaestione perpendenda tanti facienda esse, ut nihil supra. Quo proinde subsidiaria probatio in suo genere perfecta haberentur, eadem in iudicio proferri oportebat, Actisque rite inserenda erant. Quid tamen? Acta evolventi documenta quidem occurrunt, quae de matrimonio agunt legitime inito a S. D. parentibus, de baptismate ab eadem suscepto, et licet in Regestis Parochialibus authenticum documentum desit de suscepta confirmatione, coniicitur tamen etiam sacramentum istud eam recepisse ; sed ne unum quidem e recensitis documentis, neque vitae commentaria, neque manuscripta, neque epistolae, brevi, prorsus nihil. Itaque ex his omnibus concludere licet: legitimam probationem, sive directam sive indirectam, seu subsidiariam in hac Causa prorsus desiderari; idque praecipuum esse causae huius obstaculum, docente Be-

nedicto XIV «... insuperabile obstaculum nedum erit illud, quod obstat excellentiae et fulgori et, ut consueto verbo utamur, relevantiae virtutum, sed etiam illud quod obstat earum probationi».

Quin imo, si vitam Servae Dei expendas, prouti eam Testis et documenta enarrant, quaedam offendis, quae cum asserta sanctitatis fama aegre admodum componi posse videntur. Siquidem uti ex Actis scimus, duos et viginti annos nata, Parisiensem Domum Puellarum a Charitate, a Sancto Lázaro nuncupatam, ingressa est, ibique quum quinque annorum spatio commorata esset, oborta gallica perturbatione, paternam domum remeare coacta, Vesontionem se contulit. Heic quum accepisset Ven. Dei Famulum Antonium Sil vestrum Receveur, quandam piarum feminarum societatem instituisse, quacum Friburgum in Helvetia sese recepisse, hanc urbem concessit, eoque quum pervenisset, novo Instituto nomen dedit. Inter alia adversa, quae Instituto huic obvenerunt aliquid notatu dignum occurrit, quod iisdem Ioannae Antidae verbis referre praestat: « Le supérieur, ita scribit in suis Memoriis, ne sachant plus que faire, il nous fit aborder sur le rive du Danube, et nous dit: nous voici entre le ciel et la terre, n'ayant aucun asyle et étant en gran péril ; il faut que tous les personnes au dessus de douze ans fassent vœu d'aller pendant un an à Jerusalem; levez tous la main au ciel et dites tous avec moi... ce que nous fîmes ». Rem ipsam quum etiam narrasset, italus Servae Dei Biographus, ita Ven. Dei Famulum Antonium Silvestrum Receveur carpit : « Non è qui luogo per verità di esaminare questa ultima scena narrata dalla Thouret. Fu saggio e prudente consiglio in quelle angustie lasciarsi in preda di un entusiasmo suggerito dalla calamità incolta, e da una certa esaltazione da non ammettersi in chi guidava donzelle, deserte di ogni cosa e ridotte a ramingare in quel modo? E legare a tal segno le loro coscienze in un momento di possibile disperazione può sicuramente approvarsi? Sarà stata pure una scena biblica e cavalleresca, ma certo non rappresentava una figura per ogni verso lodevole ».

Quidquid tamen sit, Ioanna Antida, relicta Societate a Ven. Receveur instituta, per Helvetiae Urbes vagatur. Dum in quodam pago degeret, cui nomen Lauderon duo ecclesiastici viri e Bisuntina Archidioecesi, eidem occurrerunt, qui, ut Vesontio-

nem repeteret, ibique novum Institutum erigeret, eam hortati sunt. Iisdem se morem gerere non posse reposuit Dei Famula, quippe, ut ipsa inquit, votum voverat se nunquam in Galliam redituram. Cui haec fatenti eorum alter, qui fuisse dicitur Vicarius Generalis Bisuntinae Archidioecesis Rmus D. De Chaffoy, auctor fuit, ut intra quindecim dies Vesontionem remearet, atque confessario, cui primum se sistere placuisset ediceret, eidem a Vicario Generali facultatem fuisse concessam sibi votum immutandi.

Acquievit Dei Famula, atque Vesontionem reversa, iam novae Congregationi a se erigendae animum adiiciebat, quum, inito foedere Pium VII inter et Galliarum Consulem ac proinde in integrum restituta Parisiensi Domo Puellarum a Charitate, anceps haerere coepit, num illuc sibi esset redeundum ; re cum ecclesiasticis Praesulibus collata hi omnem dubitationem sustulerunt. Factum, prouti gestum est, a Ioanna ipsamet accipere placet : « Quand j'appris, sic scribit, que la Communauté des Sœurs de la Charité de Paris, se rétablissait, j'allai au près des Supérieurs ecclésiastiques; je leur dis: j'ai resté comme novice quelques années chez les Soeurs de Paris, jamais je n'y fis aucun voeu ; la première maison de Paris fut supprimée, et la Chambre nationale nous força de nous en aller dans nos lieux de naissance; que jugez vous que je fasse, si l'on me rappelle? Ils me répondirent, nous ne voulons pas que vous y alliez: vous n'avez aucune obligation d'y retourner, nous ne voulons pas vous perdre, nous sommes très contents de vous, restez dans vos établissements et continuez à propager votre Institut sans aucune dépendance de celle de Paris. Elles n'ayant aucun droit. Elles ne me rappellèrent pas et ne me proposèrent point de réunion avec elles, non plus que d'autres personnes », et pergit « Quelques temps après les Supérieurs ecclésiastiques me dirent que la Supérieure générale de Paris leur avait écrit, qu'elle ne voulait pas que nous portassions le nom de Soeurs de la Charité, que c'étoit le leur ; ils me dirent de prendre celui de filles de Saint Vicent de Paul, puisque nous l'avions pris pour protecteur, père et modele. Alors les Sœurs de Paris publièrent que nous étions des schismatiques et elles ont toujours continué à le publier » quae tamen postrema verba, uti innui, lituris obducta conspiciuntur.

Hic in factorum narratione sistimus parumper; namque fa-

cere non possumus, quin inconstantiam Ancillae Dei miremur quae sane hac agendi ratione haud parum deficere visa est a prudentiae semita; prudentia vero quum virtutum omnium sit moderatrix atque ornamentum, si quis in eam peccet, ceterae virtutes statim decolorentur et pereant necesse est. Ast de iis satis quum urgeant graviora.

Sane, uti notum est, quum primum quaestio fuit de conficiendis atque approbandis Regulis Congregationis ab Ancilla Dei institutae, eam inter atque Bisuntinum Archiepiscopum dira contendo exarsit, quae Congregationem vix dum natam deperdere minata est. Discordiae caput fuisse asseritur Archiepiscopus Bisuntinus, qui Gallicanis favebat, atque Parochus Bacoffe, qui cum Vicario Generali, Rmo De Chaffoy, Ioannae Antidae novi erigendi Instituti primum suasor extitit. Equidem non sum qui praesertim Archiepiscopi Bisuntini causam agere ausim, at si penitius res investigetur, prima simultatis origo in satis imprudenti ratione, qua in hoc negotio se gessit Dei Famula, forte reponenda est.

Huiusce sentiendi rationis assertorem habeo ipsum censorem theologum, qui scripta Servae Dei expendens, hanc etiam quaestionem ponere muneris sui esse duxit: « Potius animadversio quaedam, ita ille in suo voto, oriri posset ex eius (D. F.) agendi ratione erga Praesulem Lecoz, qui labentis saeculi exordio primus post gallicam Subversionen! Bisuntinam Ecclesiam moderatus est. Cum D. Serva in Dolensis Visitationis coenobio moraretur, ut regulas pro sua religiosa familia componeret, ipsa in praefata biographia refert: - j'avois oui dire que l'Archevêque qui devoit venir à Besançon avait donné dans la révolution - hac de causa - pour ne pas exposer mon institut, je ne lui donnai pas la qualité de Supérieur; je le donnai à Monsieur le Curé Bacoffe». Id contra prudentiae regulas visum est cuidam sacerdoti pientissimo, cui ipsa consilium petiit; hinc illi suasit, ut Bisuntinos Archiepiscopos pro tempore, ut Supremos Societatis moderatores eligeret. Subdit ipsa: «Celui, qui viendra n'a pas bon nom, il a donné dans la révolution - cui sacerdos - Que voulez vous, il vous est envoyé par Dieu et par son Eglise». At Dei Famula, uti fatetur «J'avais une si grande répugnance, que je ne le voulais pas » qua de causa « le prêtre se mis en colère et presque nous, nous serions battu il est encore au monde, il le puit dire comme je le dis, et il

l'a dit de lui, même il n'y a pas longtemps, à de mes ennemis qui ont plaisir de parler ». Tandem Missionarios quosdam catholicae religioni addictissimus adivit, a quibus itidem accepit « que je devais donner aux Archevêques successivement la qualité de Supérieur». Ast illa: « mais il est malheureux que le premier, qui va venir soit aussi ». Quibus ille « oui, mais il est légitime, soyez tranquille ». Acquievit Serva Dei « je me soumis » ast « quand le dit Archevêque passa par Dôle, je n'allai pas le visiter. Il alla visiter notre première maison, je fus bien aise d'être absente ». Neque post reditum in Bisuntinam urbem Archiepiscopum adit, licet hic « avait remis de louis pour le bouillon des pauvres ». Regulas vero a se exaratas submittit Parocho Bacoffe, quo de facto prosequitur moderari societatem; submittit Vicariis Generalibus, non tamen submittit Archiepiscopo, qui superior constituebatur, non alia de causa nisi quia iidem Vicarii « me disent de ne la pas soumettre à l'Archevêque, parce qu'il en seroit trop flatté ». Hinc consiliis inhaerens Parochi Bacoffe Archiepiscopum non vidit, nisi exordiente altero anno post eius reditum, cum tandem a Sacerdote Bacoffe permissionem habuit ad eum accedendi, ut fausta de more auspicaretur. Tandem ut ipsa in sua Defensione scribit: « une de mes élèves, qui flattait M. Bacoffe pour avoir ses bonnes grâces et qui était jalouse et ambitieuse elle lui fit croire que je correspondais avec l'Archevêque, et que je ne voulais plus le reconnaître..... enfin M. Bacoffe s'échauffa à un tel point, que l'Archevêque en fut informé, et de lui même il prit ses droits sur notre Communauté, et dit à M. Bacoffe de ne plus s'en mêler ». Hactenus Censor Theologus in suo voto.

Itaque factorum serie probe inspecta, Ancilla Dei poenam luere visa est facilitatis illius, qua Parocho Bacoffe ita indulsit, ut officia, Bisuntino Pastori debita, prorsus negligere eiusque existimationem adeo lacessere non verità fuerit. Nihilominus Archiepiscopus Bisuntinus Rmus D. Lecoz (hoc ei nomen erat) veniam tribuit Antidae nostrae, immo, donec ille vixit, eam semper tuitus est, atque Presbyterum Bacoffe in officio continua. Sed, Archiepiscopo Lecoz vita functo, atque ad Bisuntinam Sedem evecto Rmo de Pressigny, res aliter se habuit, namque ipsum inter atque Ancillam Dei brevi apertum dissidium exarsit, quo domus in Archidioecesi Bisuntina priman a

Serva Dei erectae, ab universa eiusdem Familia scissae et evulsae sunt. Hoc tamen forte non accidisset, si, rebus Neapoli compositis, Ioanna Antida aliquandiu Vesontionem repetiisset, quemadmodum ipsi eiusdem Biographi innuere videntur. Eorum alter scribit: « Nondimeno io son di credere, che se ella (D. F.) avesse fatto tutto il possibile di ritornare almeno dopo un anno a Besançon, le cose sarebbero altrimenti. L'ingrandimento dell' Istituto in Napoli, che pel favore dei Sovrani, e per la benevolenza di tutti i ceti s'innalzava nella sua straordinaria e grandiosa fondazione sopra le primitive di Francia, come rendevano necessaria la presenza della Fondatrice in Napoli, così svegliavano diversi affetti e giudizii in Francia. Oh! quanto facilmente le gare di nazioni adombrano anche sottilmente le più preziose opere di santità e di apostolato! » Haec omnia, quae totius Causae fundamentum sunt, uti par est, explanet Causae Patronus, ita nempe, ut nullus quantum fieri possit, nec dubitationi, nec obscuritati locus relinquatur.

Sed iam de obitu Servae Dei dicendum, qui ita ab eiusdem Biographis describitur: « Il nuovo Papa Leone XII, inquit italici Commentarii Auctor, aveva intimato l'anno santo che cadeva nel 1825, e ne pubblicò la Bolla in Roma per la Festa dell'Ascensione di quello stesso anno. In Napoli inaugurossi nel Maggio del 1826. La Madre Thouret fu premurosa per se e per tutte le sue dipendenti, vuoi Suore, vuoi allieve, poverelli ed infermi di lucrare la santa indulgenza. In quel dì fu veduta più raccolta ad orare e tutta intesa a fare una general confessione di tutta la sua vita. L' avvenire forse le balenava da quel lato, che attenevasi alla sua vita terrena. Il dì penultimo infatti delle processioni di rito, mentre ella colle altre aggravasi intorno litaniando, fu colpita da una minaccia di apoplessia »...; et pergit: « La mattina del 24 Agosto cadde in maggiore prostrazione, e dopo il mezzodì fu determinato di apprestarle gli ultimi Sacramenti. Ma il suo stato aggravatissimo non permise che le si somministrasse il Santo Viatico. Le fu data l'Estrema Unzione coll'accompagnamento di tutte le Suore che erano in preda alla massima desolazione». Quidquid? scribit: « Da un documento manoscritto di una religiosa di Regina Coeli (de quo etiam nihil in Actis) sappiamo che quest'ultimo colpo le fu occasionato da una croce soppravvenutale all'impensata. Qual fosse lo ignoriamo. Per abbattere una pianta già

indebolita, e logora basta perfino un sol soffio di vento per atterrarla. Ecco le parole della Suora suddetta, che l'assisteva. -1 patimenti e il languore la conducevano passo passo al sepolcro : ma 1' ultima sua Cróce che non è conosciuta, se non da Dio e da me, mise il colmo alle sue sofferenze -. Così commenta queste parole lo storico Francese. Noi ignoriamo quale sia stata quest'ultima croce. Sappiamo soltanto che da ben molti anni la sua vita era un tessuto di tristezza e di angosce. Il calice dei suoi dolori nel 1826 era più che sufficientemente riempito. Non mancava che una goccia per farlo traboccare, e la croce conosciuta, di cui parla la Religiosa, fu forse quella goccia ». Verba illa mysterii plena explicet oportet Causae Patronus, ne in re adeo gravi ancipites haerere cogamur.

29 Martii 1900.

LITTERAE in forma Brevis SSmi O. N. Leonis XIII, occasione anni centesimi ab institutione nobilis cohortis Sacratissimum Principem protuentis.

LEO PP. XIII.

Dilectis Filiis Protector¿bus Nostri Lateris Merentibus et Emeritis.

Dilecti filii, salutem et Apostolicam benedictionem. Saecularis eventus faustitas, quae nobilem cohortem vestram hisce diebus laetitia merito perfundit, non ita cadit in rationem rerum vestrarum, ut Nos etiam quodammodo non attingat, et ad iucundos animi sensus non commoveat. Respicientes enim Nos spatium praeteriti temporis, et memoria repetentes varia rerum eventa, quae huic Apostolicae Sedi, Deo volente, vel secunda vel adversa acciderunt, animadvertimus vestros in munere decessores, quorum non pauci erant vobiscum cognatione et affinitate coniuncti, in assignata sibi a Pontifice statione digne permansisse. Enimvero undevigesimo ineunte saeculo, cum nonnulli Quiritium Optimates quo obsequium studiumque suum difficillimis Ecclesiae temporibus Romano Pontifici testarentur, enixe peterent a regnante Decessore Nostro Pio VII, ut se in numerum veterum excubiarum adsciscere vellet, et ille Pontifex libenter eorum optatis obsecundans in locum praetoriae Equitum turmae eos nobiles viros volens lubensque sufficeret, repente foeda illa tempestas coorta est, qua fortuna Apostolicae Sedis, mox ad pristinum decus et splendorem reditura, iacuit aliquandiu inclinata ac pene eversa. Id temporis, ut memoriae posterorum proditum est, novi Equités, licet in militia tyrones, illustre dederunt specimen fidelitatis et virtutis: maluerunt enim in Urbanam Arcem, quasi mancipia, detrudi, quafn ab observantia desciscere, et fidem Pontifici semel datam violare. Cuius quidem laudis nemo vestrum est, dilecti filii, qui non sentiat quodammodo se esse participem, ideoque vos omnes saecularia istiusmodi solemnia, velut gentilitia sacra, laeti factitatis. Quae virtus et fides in posterioribus etiam rebus gestis et in recentioribus Ecclesiae acerbitatibus et luctibus luculenter apparuit, et Nos pro certo habemus fore ut unusquisque vestrum, si res postulet, eandem religionem Nobis, eandem fidem servet, ac maiores vestri praestiterunt et paris virtutis edat exempla. Ad Nos quod attinet, Decessorum Nostrorum supra dicti Pii VII, Leonis XII, Gregorii XVI, et Pii IX,

qui ordinem vestrum non paucis auxere iuribus et honoribus, vestigiis insistentes, volumus ut etiam per Nos aliqua vobis honorum fiat accessio. Quapropter ne memoria huius fausti eventus, ut assolet, in rebus humanis, cito intereat, singulari mnemosyno vos omnes donandos censuimus, quod vobis de Petri Cathedra, de Nobis egregie semper meritis, paternam etiam benevolentiam Nostram cumulate testetur. Volumus igitur et Apostolica Nostra auctoritate decernimus, ut proprium confitetur ex argento numisma, cuius adversa pars Nostram imaginem referat dextrorsum respicientem, aversa duos habeat oleae et quercum ramos, quibus in mediis legatur titulus « - *Leo XIII. P. M. - Custodibus. Corporis. Nobilibus - Anno. C. - Ab. Eorum. Cohorte - A. Pio VII. Dee. Suo ~ Constituta* - ». Peculiari huiusmodi honoris insigni, quod a taenia serica, alternis distincta lineis caeruleis et rubris, dependeat, decoretur pectus Protectorum omnium Nostri lateris, et eorum nimirum, qui hoc honorifico munere funguntur, et eorum, qui illo, dum sivit aetas, perfuncti sunt. Haec ultro concedimus non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11 maii 1901. Pontificatus Nostri Anno Vicesimo quarto.

(L. & S.)

ALOIS. CARD. MACCHI.

GALTELLINOREN.

IURIUM PAROCHIALIUM

Die 15 Decembris 1900.

Sess. 24, cap. 18, de Ref.

COMPENDIUM FACTI. Haec quaestio quae Canonicum Curatum inter et Capitulum Cathedrale agitatur super pluribus iurium capitibus, iam ab a. 1891 mense Iunio, proposita fuit in plenariis comitiis EE. PP.; et dein ad Vos rediit repetitis vicibus; demum nonnullis controversiis finem imposuit *res iudicata* prouti refertur in *folio* sub *die 20* Augusti 1898 in quo causa quoad reliqua quaestionum

-capita discussa fuit per sequentes rogandi formulas : I. An •constet de iure parochi celebrandi sive solius sive cum adsistentia beneficiatorum aut coadiutorum missas cum cantu sive solemnes festivas vel de requie, novendiales vel triduanas supplicationes, processiones vel functiones cuiuscumque generis tum in ecclesia cathedrali tum in ecclesiis filialibus et emolumenta inde percipiendi, dividendi ad medietatem cum coadiutoribus praesentibus, et adsistentibus in casu. - II. An eidem canonico parocho ius competat percipiendi medietatem emolumentorum ex aliis functionibus tum quae in ecclesia cathedrali tum in filialibus absque interventu capituli celebrantur in casu.

Et quatenus affirmative ad I. vel II.

III. An eidem canonico parocho debeatur vel a capitulo Tel ab Episcopo refectio damnorum aut aliqua compensatio pro inhibitione eidem facta celebrandi functiones vel pro •emolumentis ab aliis, eorum auctoritate, perceptis ad formam petitionis parochi diei 13 Aprilis 1897 in casu. - IV. An et in quanam mensura in exequiis praeter praecedentiam et rituales absolutiones ius competat canonico parocho, capitulo assistente vel non, emolumenta exequiis adnexa percipiendi in casu. - V. An eidem parocho competat ius celebrandi missas praesente corpore et illas - *dei **termini,*** - omnia emolumenta inde percipiendi et absolutiones post missas peragendi in casu.

Et quatenus affirmative ad IV vel ad V.

VI. An canonico parocho debeatur restitutio emolumentorum de quibus in IV vel in V a capitulo hactenus perceptorum in casu.

At insoluta remansit controversia ; quippe rescriptum prodiit - *Dilata.* - Mens fuit EE. PP. in solutionem huiusmodi implexae et tam diuturnae quaestionis operam adhibere Archiepiscopi Calaritani, qui pro bono et aequo curaret partes ad concordiam adducere. - Quamobrem Vestra iussa faciens die 29 Augusti 1898 litteras dedi Archiepiscopo Calaritano ei significans EE. PP, voluntatem, unaque ad

Episcopum Galtellinoren., epistolam misi qua illum admonebam de officio Archiepiscopo Calaritano demandato et adprecabar ut illi in expediendo haud facili munere, suppetias ferret.

Calaritanus Antistes sedulo operam dedit concordiae ineundae sed incassum; quare die 22 Iulii 1899 sub iisdem dubitandi formulis haec quaestio iterum agitata est et prodiit rescriptum: *Dilata et scribat consultor iuxta mentem.* Cum voto eximii Consultoris causa iterum proposita fuit die 19 Maii 1900 atque ita rescriptum fuit suprarelatis dubiis. «Ad I. *Affirmativein omnibus, dummodo in Cathedrali non impediatur chorale servitium et functiones celebrentur in sacello SSïïii Sacramenti.* Ad IL *Affirmative.* Ad III. *Non proposita.* Ad IV. *In- exequiis parochianorum Canonico parocho, praeter praecedentiam et rituales absolutiones, deberi omnia et integra emolumenta quamvis intersit capitulum.* Ad V. *Affirmative in omnibus, dummodo celebrandae sint in Sacello SSmi Sacramenti.* Ad VI. *Non proposita.*

Iamvero Capitulum institit, ut ei novae audientiae beneficium concederetur quoad dubium IV, et Canonici Parochi procurator petiit ut duo dubia *non proposita* iterum proponerentur. Quas petitiones acceptandas esse decrevi, concesso novae audientiae beneficio.

Praeterea Canonici Parochi procurator expostulavit ut definiretur quaestio nempe « de iure Parochi induendi pluviale quum illi competit praecedentia obeunti suorum parochianorum funera ». Verum quia haec quaestio nondum sortita est contestationem, et interim capitulum suum constituit procuratorem, hic petiit differri dubii contestationem ut mature quaestionis studio incumberet.

Interea alia agitari coepit quaestio. Nam Episcopus in executionem rescripti ad 2. Dubium edidit decretum die 2 Iunii 1900.

Parochus ab hoc decreto appellavit ad S. C. C. et eius procurator institit, ut extemplo appellationis instantia agi-

taretur. - Tunc quoad dubium de iure Pluvialis, et quoad instantiam appellationis, rescriptum fuit : « Habebitur ratio in die propositionis causae si et quatenus placuerit Emis Patribus ». Sed EE. PP. resolutionem dubiorum differendam esse decreverunt, rescribentes : « Ad primam post aquas omnino et infallanter ».

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO CAPITULI. Capitulum per adlectum procuratorem hodie haec- deducit. - In primis procurator rem ab initio repetens, ait extra omnem dubitationis aleam esse, vi Constitutionis Pii VI diei 21 Iulii 1799 « *Eam inter coeteras* » qua Cathedralis Ecclesia Norensis erecta est, tum habitualem, tum actualem animarum curam eiusdem Ecclesiae Capitulo concreditam fuisse, adeo ut ad hunc effectum canonicatus omnes et praebendae constitutae fuerint actu presbiterales, eorumque collatio ad instar beneficiorum parochialium praevio concursu expleri deberet. — Quare advertit, anno 1834, huiuscemodi Norensis Cathedralis conditionem immutatam fuisse per Bullam « *Ad supremae* » datam Kalendis Februarii a S. P. Gregorio XVI.

Sane Archiepiscopus Bua, pergit orator, tunc temporis Administrator Apostolicus Dioecesis Galtellinoren., considerans, animarum curam Capitulo ex Piana Constitutione concreditam ea, quam illa expetit, diligentia ab eodem Capitulo minime exerceri ob simultaneum parochialium munerum et Capitularium officiorum adimplementum, consilium iniit exonerandi Capitulum cura animarum actuali, illamque Canonico Parocho instituendo tribuendi. Marte hinc proprio, ad idem Capitulum die 11 Aug. 1829 schema novae huius institutionis misit, in quo, inter alia, haec leguntur: « 1. Che colla erezione perpetua del vacante canonicato di Santa Rosa di Viterbo in Parrocchiale, e colla înstituzione del Canonico Parroco, essendo al medesimo affidata la cura attuale delle anime della parocchia di Nuoro, il Capitolo verrà esonerato della cura attuale ritenendo

soltanto la cura abituale, quindi rinuncierà espressamente alla detta cura attuale, d'aver luogo essa rinuncia nel momento che verrà installato il Canonico Parroco ». Capitulum autem, mature omnibus ponderatis, iuxta Archiepiscopi placitum, libenter datas conditiones acceptavit in generali Conventu 21 Aug. 1829, quod quidem officialibus Litteris 22 Aug. 1829 eidem Archiepiscopo significavit.

Re quidem vera instat orator quod ad Litteras Apostolicas spectat, quotiescumque in iis sermo est de animarum cura, quae novo Canonico Parocho committitur, toties et continuo exprimitur non cura simpliciter, bene vero Curae exercitium. Quod, iuxta Pignatellium Con. Can. t. Ç), con. 169, n. 10: « demonstrat proprietatem Curae residere apud Capitulum, illiusque exercitium et curam actualem penes Canonicum Parochum; Lotter, */. 1, q. 14, n. 101* ac seq. ; Rota, *disc. 316, p. 4, t. 2, recent. »* - Quod autem pertinet ad executoriale Decretum, praeter quam quod et in ipso semper sermo fiat de curae exercitio, in Art. IX, explicite dicitur: « Ab animarum itaque actuali cura saepedictis Apostolicis Litteris restitutionis Episcopatus Archipresbytero praecipue, ac toti Capitulo commissa, ex nunc et in posterum ipsos Archipresbyterum et Capitulum exoneramus ». Ad rem haec docet Reclusius in suo magistrali tractatu *De Ee paroeciali p. I, tit. 5, n. 39, 40, 41:* « Sunt nonnulli qui, ultra quam par sit progredientes, autumant non solum actualem, sed etiam habitualem fuisse Canonico Parocho impertitam animarum curam ex hisce Pontificis verbis in Bulla erectionis insertis : - *Prout iure' usque peractum fuit - et cui omnimoda cura - liberum et plenum exercitium - pleno iure pertineat* - vel, *independenter ab illius Capitulo et Canonicis exerceat;* - ut notat etiam Rota in Imolen. *Beneficii super pertinentia personali* 13 Iunii 1747. § *Cum enim.* Quando quidem huiusmodi indicia mihi videntur omnino aequivoca et periculosa, quemadmodum et illud : *Cum omnibus illius iuribus parochialibus plene et commode;* quia haec omnia denotare qui-

dem possunt, Canonicum Curatum habere liberum exercitium omnium iurium parochialium, plene et omnimode, obvenientium ex cura actuali sibi antecedenter collata: numquam vero ex cura habituali, quae in Capitulum fuit collata. Quamobrem illa verba, quamvis effrenata et generalia, stare debent famulative et restrictive ad curam actualem; quemadmodum deciditur ex textu cap. *Inter dilectos § Coeterum,* ibique Glossa verbo *Petitionis, de fide instr.;* Menoch. *cons. 23, n. 4, et cons. 180, n. 4;* Natta, *cons. 98, n. 22;* Rota, *decis. 350, n. 8, p. 17, rec;* et in Ariminen. *functionum,* super primo dubio, 13 Februarii 1616, § *Nec in controversia* cor. Lana ».

Perperam vero quis insisteret, notat orator, in plena parochiali tate quam plura documenta in themate Canonico Parocho tribuere videntur, quia, praeter dicta, clara est Canonistarum doctrina, quod per se vera ac propria parochialitas curam habitualem non includit : « Si quis autem fortasse crediderit ad parochialitatem inducendam veram et propriam omnino exigi, quod animarum cura actualis et habitualis coniunctim exerceatur, maximo in errore ita autumans versaretur : quandoquidem sufficit, ut, habituali penes aliquem vel aliquod corpus remanente, actualis ab aliquo exerceatur» (Reclusius, *De re paroeciali p... I, tit. 5, n. 23).*

Nec ullius ponderis est, iuxta oratorem, quod in contrarium observatur, tum circa defectum iuris nominandi in Capitulo; tum circa concursum, ad quem in casu nostro Canonicus Parochus tenetur. - Nam S. C. Conc. in una *Marsorum* 30 Ian. 1830, *Iurium Parochialium,* recognovit habitualem animarum curam in Capitulo Collegiatae S. Bartholomaei, quamvis eidem Capitulo nullum competat ius parochum nominandi. Exinde etiam deducit orator responsionem ad aliud quod observatur circa concursum ; omnes enim admittunt, eo tantummodo in casu Vicarium Curatum non teneri lege concursus quando a Capitulo nominetur. Hinc S. C. C. in *Lauden.: Iurium et emolumentorum parochialium 2* Iulii 1860, consultissime retinuit, curam

habitualem Cathedrali Capitulo competere, quamvis idem Capitulum non haberet ullum nominandi ius et parochus teneretur lege concursus.

Deinde recolit orator allatis etiam documentis ex iure antiquo, 1.° triplicem functionum speciem viguisse, functiones nempe Capitulares, Canonicales et Beneficiarías, uti supra explicatum est ; 2.° in aliis Ecclesiis, praeter Cathedralem, non exclusive a Capitulo sacra facta fuisse, cum in quibusdam peculiares Rectores constituti essent cum relativis Confraternitatibus, ibique functiones mere sacerdotales peragerent, integra earumdem emolumenta percipientes.

Verum, advertit patronus, ex nova praebendae parochialis fundatione, vi executorialis Decreti Art. IV, V et VIII, praeter iam vigentes sacrarum functionum species, Capitularium scilicet, Canonicalium et Beneficiariarum, alia inducta est species functionum, nempe stricte parochialium et in quibus non intervenit Capitulum, vel aliarum quae directe ipsi Parocho a fidelibus committuntur; quae omnes in Sacello SSmi Sacramenti, ad exercitia parochialia specialiter dedicato, sunt celebrandae, et quarum Canonicus Parochus habet exclusivum ius : emolumentorum tamen inde provenientium medietas ipsi, medietas Beneficiariis vel adsistentibus competit.

Ad maiorem huius dispositionis intelligentiam iudicium refert clarissimi Consultoris, an. 1891: «... Canonicus igitur Curatus hodie in illa ipsa conditione reperitur, in qua olim reperiebatur Capitulum, scilicet ius quidem habet ad mediam partem fructuum, sed nullum possidet ius ad illarum functionum celebrationem. Exclusis enim solis parochialibus muneribus, reliqua omnia in eo statu relicta fuerunt per Gregorianam Constitutionem quo antea reperiebantur, uno dempto iure percipiendi mediam illam partem fructuum, qui pro veniebant ex functionibus celebratis a solis beneficiariis, quae media pars olim cedebat in bonum Capituli et hodie debetur Canonico Parocho. Male igitur argumentati Canonicus Curatus, dum ex partiali cessione

fructuum totalem iuris cessionem deducit. Et hoc adeo verum est, ut in ipso compromisso res explicite contemplata fuerit quando Capitulum cessit quidem Canonico Curato portionem fructuum illarum functionum, *senza però prendervi parte nella qualità di parroco,* et cum clausula quod *in caso opposto le funzioni dei beneficiati si cambierebbero in Canonicati* ».

Insuper est notandum, instat orator, quod haec emolumentorum medietas, quae parocho tribuitur, intelligenda est solummodo in functionibus beneficialibus, non vero in iis, quas Rectores filialium ibi peragunt; quemadmodum enim in istis antea Capitulum nullam habebat partem, ita nec ullam habere nunc potest Canonicus Parochus qui Capitulo successit.

Quae cum ita se habeant, orator, innixus Gregorianae Constitutioni et relativo executoriali Decreto, haec circa actualem Ecclesiae Cathedralis Norensis conditionem ac statum retinenda esse opinatur :

1.° Quoad animarum curam, actuali tantummodo in Canonicum Curatum translata, in Capitulo habitualis permansit.

2.° Quoad sacras functiones, distinguendae sunt illae *quibus Capitulum minime interest,* ab illis *quae cum interessentia Capituli* celebrantur.

3.° In specie vero Canonicus Parochus vi curae actualis habet ius peragendi omnes functiones, quas officium parochi complectitur, vel quae ipsi directe committuntur, sed semper et in omnibus sine Capituli interventu; in Cathedrali tamen Ecclesia easdem celebrare tenetur, in solo Sanctissimi Sacramenti Sacello quin Capitulares functiones perturbet.

4.° Idem Canonicus Parochus quoad functiones, quae sive in Cathedrali sive in Ecclesiis sic dictis filialibus a Beneficiariorum collegio peraguntur, habet ius ad medietatem emolumentorum.

5.° Nullum eidem parocho competit emolumentorum ius,

quoad eas functiones, quae in Ecclesiis filialibus ab earundem Rectoribus celebrantur.

6.° Item, Capitulo et Archipresbytero omnes honores ac praeeminentiae, uti antea, recognosci debent: quin parochus, uti parochus, aliquid ex his sibi arrogare possit.

Exinde ad 1um Dubium. - *An Canonico Parocho debeatur vel a Capitulo vel ab Episcopo refectio damnorum aut aliqua compensatio pro inhibitione eidem facta celebrandi functiones vel pro emolumentis ab aliis, eorum auctoritate perceptis, ad formam petitionis parochi diei 13 Apr. 1897 in casu*, advertit advocatus, propositum dubium in mera ambiguitate positum fuisse, falsoque supposito laborare; ideoque *negativo* responso dimittendum esse. Sane refectio damnorum repetitur ex responsionibus die 19 Maii 1900 a. S. C. C. datis sequentibus dubiis:

Dub. I. An constet de iure parochi celebrandi sive solius sive cum adsistentia beneficiatorum aut coadiutorum missas cum cantu sive solemnes festivas vel de requie, novendiales vel triduanas supplicationes, processiones vel functiones cuiuscumque generis tum in Ecclesia Cathedrali tum in Ecclesiis filialibus, et emolumenta inde percipiendi dividendi ad medietatem cum coadiutoribus praesentibus vel adsistentibus in casu ; - cui responsum fuit : Affirmative in omnibus, dummodo in Cathedrali non impediatur chorale servitium, et functiones celebrentur in Sacello SSmi Sacramenti.

Dub. II. An eidem canonico parocho ius competat percipiendi medietatem emolumentorum ex aliis functionibus quae in Ecclesia Cathedrali tum in filialibus absque interventu Capituli celebrantur in casu ; - cui responsum fuit : Affirmative.

Verum, iuxta patronum, quod primum attinet dubium duplex in eo ambiguitas est : una, quae Cathedralem Ecclesiam, altera, quae filiales Ecclesias respicit. Primam E. Vestra, explicite explosit sapientia, restringens ius parochi peragendi functiones in Cathedrali ad solum Sacellum

SSmi Sacramenti ; alteram evidenter detegit excluditque ipsa rei veritas; quoad enim functiones quae in Ecclesiis filialibus celebrantur, non aliud ius parocho competere potest, quam quod Capitulo *vi curae animarum actualis* antea competebat. Atqui vi huius curae Capitulo antea non competebat in filialibus nisi ius celebrandi functiones stricti iuris parochialis : coeterae enim functiones mere sacerdotales, uti sunt illae in proposito dubio enumeratae, celebrabantur vel ab ipso Capitulo, quatenus Capitulum, specialiter ex pia fidelium devotione invitatum, vel item a Canonico nomine Capituli, vel item a Beneficiariorum collegio, vel demum ab ipsis earumdem Ecclesiarum Rectoribus, iuxta diversum optatae solemnitatis gradum ; quae iura minime in Canonico Parocho transierunt, sed unicuique adhuc integra manent. — Quod vero attinet secundum dubium, notat orator, functiones quae in filialibus celebrantur *absque interventu Capituli*, vel esse functiones stricti iuris parochialis vel quae beneficiarne vocantur, vel quae demum ab earumdem Ecclesiarum Rectoribus celebrantur. Porro quoad duas priores functionum species, nulla quaestio est, parocho ius emolumentorum percipiendi competere ; quoad vero ultimam functionum speciem nullum prorsus emolumentorum ius parocho competere potest, quemadmodum nullum antea Capitulo competebat.

Verumtamen autumat advocatus proposita dubia nedum in ambiguitate totaliter fundata esse, sed falso insuper supposito laborare. Re quidem vera nulla alia in casu assignari possunt legitima praetensae indemnitatis vel compensationis capita, quam vel 1. quia parochus impeditus fuerit quominus celebraret in Sacello SSmi Sacramenti, vel 2. quia impeditus fuerit in Ecclesiis filialibus; vel 3. quia de facto ipse non perceperit emolumentorum medietatem, quae de iure eidem competeret. Atqui nullum ex his veritati consonum est. Non *primum,* uti patet ex Conventu Capitulari iam ab an. 1866, in quo relative praecipitur « di fare cioè simili funzioni all' altare del SSmo » - item ex altero Capi-

tulari Conventu 7 Iunii 1893, quo statuitur: « Il Canonico Parroco faccia pure qualunque sua istruzione cT ufficio oppure di divozione ». - Item ex iurata depositione, in qua testatur quod Parochus « come tale unicamente poteva funzionare nella Cappella del SSmo allo scopo della cura dedicata ». — Non *alterum,* uti eruitur ex eorumdem Rectorum iurata depositione, ibi « Attestano pure che le funzioni sia Capitolari, Canonicali e Parrocchiali o di Beneficiati furono sempre eseguite senza molestia quando avessero voluto intervenire o per diritto o per invito ». — Non *tertium* demum, quia cum ex una parte in Ecclesiis Filialibus earumdem Rectores numquam alias celebraverint functiones praeter mere sacerdotales quoad has nullum Parocho competit ius, ut supra dictum est : ex altera quoad functiones eidem parocho directe commissas, quas forsan aliquando in aestu quaestionis personaliter ipse haud perficere potuerit, eaedem semper celebratae fuerunt a Beneficialis, earundemque, quemadmodum et omnium aliarum Beneficiatorum functionum, quae omnes plena cum libertate a Beneficiariis peractae sunt, portionem, quae de iure parocho competit, semper pleno iure ipse consecutus est.

Ad 2.um Dub. *An Canonico Parocho debeatur restitutio emolumentorum de quibus in IV vel in V dubio a Capitulo hactenus perceptorum, in casu,* orator praestolatus *negativum* responsum, recolit dubia iam definita, nempe Dub. IV. An et in quanam mensura in exequiis, praeter praecedentiam et rituales absolutiones, ius competat canonico parocho, capitulo assistente vel non, emolumenta exequiis adnexa percipiendi, in casu; — cui responsum fuit: In exequiis parochianorum Canonico Parocho, praeter praecedentiam et rituales absolutiones deberi omnia et integra emolumenta, quamvis intersit Capitulum.

Dub. V. An eidem parocho competat ius celebrandi missas praesente cadavere, vel illas — *dei termini* — omnia emolumenta inde percipiendi et absolutiones post Missas peragendi in casu ; — cui responsum fuit : Affirmative in omni-

bus, dummodo celebrandae sint in Sacello Sanctissimi Sacramenti.

Verum reponit ad V Dub. advocatus, umquam percepisse Capitulum emolumenta, quae Parocho competunt quoad functiones in Sacello SSmi Sacramenti celebrandas, et hinc non posse damnari ad restitutionem; sed neque damnari posse ratione prioris dubii circa quod, cum Capitulum novae audientiae beneficium obtinuerit, numquam exinde, lite adhuc pendente, haberi posset liquidus restitutionis titulus. — Ceterum, pergit patronus, medietatem emolumentorum, ad parochum iure spectantem in funeribus, in quibus minime interfuerit Capitulum ; portionem vero virilem in funeribus cum interessentia Capituli celebratis, eumdem semper recepisse nec ipse in dubium revocabit. Quod vero eidem ius ita adiudicandum sit, ut non tantum virilis portio sed omnia et integra emolumenta ad ipsum pertineant in funeribus, cum interessentia Capituli celebratis a veritate iustitiaque distare, et in aperto positum iri, confidit orator ex dubii tertii expositione ; nempe *An sit standum vel recedendum a decisis ad dubium IV in casu.*

Dubium IV ita conceptum fuit : « An et in quanam mensura in exequiis, praeter praecedentiam et rituales absolutiones, ius competat Canonico Parocho, Capitulo adsistente vel non, emolumenta exequiis adnexa. — Huic autem S. O. respondit: In exequiis parochianorum Canonico Parocho praeter praecedentiam et rituales absolutiones deberi omnia et integra emolumenta, quamvis intersit Capitulum. — Advocatus exspectat rescriptum: *recedendum a decisis,* eo sensu quod, in funeribus, Capitulo interveniente, ad idem spectent absolutiones cum relativis statutis emolumentis, atque praecedentia.

Quoad absolutiones, refert orator, in Civitate Norensi praeter absolutiones rituales in usu esse alias etiam fúnebres absolutiones extrarituales, quae scilicet ad cognatorum defuncti petitionem in via, dum ducitur funus, fieri assolent. Pro unaquaque ex istis extraritualibus absolutionibus,

quatenus Capitulares sint, constituta est taxa L. 2,50; si vero Capitulum non intervenerit, taxa est L. O, 25. Pro absolutionibus ritualibus nulla specialis taxa constituta est sed comprehensae intelliguntur in ipsa funerum taxa, quae interessente Capitulo, constituta est in L. 35; Capitulo non interveniente in L. 16.

Recolit insuper, quod translata scilicet vi Bullae Gregorianae actuali animarum cura in Canonicum Curatum, habitualem apud ipsum Norense Capitulum mansisse. Porro trita est doctrina, ait patronus, quod in limine institutionis novi parochi, in quem actualis animarum cura transfertur, Capitulum, apud quem manet habitualis cura, nedum possit licite et valide sibi aliquid reservare, quod ad ipsam actualem animarum curam pertineat; sed insuper, si revera reservet, ipsum in eo, quod sibi reservavit, verus parochus existat, propter consoliciationem curae actualis cum habituali, circa particulare illud quod reservatum est. Exinde manifeste consequitur, quod, data hypothesi, quod Capitulum Norense in ipso limine fundationis novae paroeciae sibi expresse reservaverit ius funera peragendi quoties ex pia fidelium devotione invitetur, ipsum in iis funeribus tamquam verus parochus habendum sit, eidemque omnia iura recognoscantur oportet, quae vero parocho competunt.

Unde, iuxta advocatum, unica est hic quaestio agitanda, et est quaestio non iuris sed facti; an scilicet constet, Capitulum Norense in ipso limine fundationis novae paroeciae sibi expresse reservaverit ius funeris peragendi quoties a fidelibus invitetur. Iamvero Norense Capitulum praedictam reservationem in ipso fundationis limine sibi expresse fecisse ad evidentiam usque patet tum ex art. VI Decreti executorialis; tum, ex solemni et authentica declaratione data ab ipso Executore Apostolico, tum ex schemate novae institutionis exhibito ab Administratore Apostolico, in quo sub n. 3, haec leguntur: « Mentre gli emolumenti ^annessi alle tumulazioni dei cadaveri e successivi suffragi saranno ripartiti fra tutti al solito, *se vi sarà invitato o v inter-*

verrà tutto il Capitolo ; il Capitolo, *fuori di questo caso,* troverà giusto il consenso, che la tumulazione, suffragi e loro proventi siano di privativo diritto del Canonico Parroco » ; — tum demum ex absoluta Capituli voluntate, expressa in epistola diei 22 Aug. 1829 ad Administratorem Apostolicum, in qua haec habentur: « Riservandosi solo questo Capitolo il diritto delle tumulazioni dei cadaveri, - quando sia invitato per l'accompagnamento il Corpo Capitolare - sia per cantare l'uffizio dei morti, sia per le messe canonicali, che sogliono celebrarsi da un canonico nel giorno dell' obito, terzo, settimo, trigesimo ed anniversario, di cui però parteciperà lo stesso canonico Parroco come gli altri singoli membri ».

Erecta autem nova paroecia, ab anno scilicet 1831 usque ad nostra haec tempora, Capitulum, quotiescumque funeribus interfuit, ius impartiendi absolutiones semper exercuit; et, quod minime praetereundum est, neque Executor Apostolicus usque ad an. 1840, neque primus parochus Can. M. Guisu usque ad an. 1868, neque hodiernus parochus I. Serra usque ad an. 1891, aliquid quod semel contradiceret, invenerunt.

Porro huiusmodi consuetudinem in Eccl. Cathedr. Noren. extitisse, et adhuc extare, referunt tres testes omni exceptione maiores, sacerdotali dignitate fulgentes, et aetate provecti.

Neque putandum est consuetudinem hanc esse propriam et exclusivam solius Ecclesiae Catedr. Norensis ; viget enim integra in omnibus Cathedralibus Insulae Sardiniae. Item quoad Cathedrales Algaren., Templen., Ecclesien., Arboren. Turritan., etc. Quin immo longe profecto a veritate non abiret, urget orator, si quis diceret, praxim hanc ordinario omnibus Ecclesiis Cathedralibus communem esse ; rarissime enim fit, ut Capitulum Cathedrale non retineat habitualem animarum curam, et huius vi sibi aliquid, praesertim quoad funera, in limine fundationis paroeciae non reservaverit.

Canonicus Ternarius retulit quaenam sint emolumenta

et quomodo dividantur, quatenus Capitulum interveniat aut absit. Neque aliquid, instat patronus, canonicus parochus sibi vindicare valet ratione *quartae funerariae;* quandoquidem patet integrum capitulum interesse funeribus ratione parochialitatis.

Quoad praecedentiam, contendit advocatus, in funeribus ducendis, Capitulo et non Canonico Parocho praecedentiam deberi. Docet enim Card. De Luca *De Praeem. dis. 22, n. 9:* « Certum est, quod quando Capitulum Cathedralis collegiatim seu capitulariter intervenit, praecedit Capitulum Collegiatae ac parochum et quemcumque alium praelatum et rectorem quamvis qualificatum ». Item Vecchiotti *Inst. Canon. vol. 2 cap. 5, pag. 146:* « In funeris deductiones Parochus omnibus praeest, nisi Capitulum ipsum accedat; quia tunc huic praelatio, salvis in reliquis parochi iuribus, debetur » ; et *pag. 151 :* « Parocho est ius...... ultimum locum (qui dignior est) immediate ante feretrum usque ad ecclesiam tumulantem occupandi, modo Capitulum capitulariter non intervenerit, quo casu ipsi in incessu per vias princeps locus debetur ». - (Bouix, *De Capitulis pag. 354, art. 4).* « Si interveniat Cathedrale Capitulum, ipsi praecedentia et dignior locus competit ac proinde incedere debet immediate ante cadaver ; parochus autem stola indutus immediate ante Capitulum et post ceteros omnes ».

Quominus vero haec restringantur ad solos parochos aliarum Ecclesiarum, adeo ut aliter sentiendum sit quoad parochos Ecclesiarum Cathedralium, impedit omnino, instat orator, apertissima *decisio S. R. C.* in *Aliphana* diei 24 Novembris 1691, relat, in noviss. collect, sub n. 1857: « Instantibus Dignitatibus et Canonicis Cathedralis in S. R. C. pro declaratione infrascripti dubii, videlicet: An Canonicus eiusdem Cathedralis, cui fuerit commissa cura animarum, debeat, uti Parochus, stola amictus, praecedere Canonicos, aut stare et sedere in loco suae receptionis sine stola, illamque potius de ferri a prima Dignitate aut Canonico? -

Et S. R. C. respondit: Quod Canonicus, cui collata est cura animarum, si velit incedere in funeribus cum stola et gerere personam Parochi, locum non habet inter Canonicos; sed incedere debet uti Parochus ante Capitulum Cathedralis post coeteros Presbyteros. Si autem velit interesse uti canonicus, stare debet loco suae receptionis, sed sine stola, deferenda hoc casu per digniorem de Capitulo. Et ita declaravit et servari mandavit. Die 24 Novembris 1691 ».

Quod si ratio quaeratur istius praecedentiae Cathedrali Capitulo debitae, eam sic tradit Emus De Luca, *De Praeem. disc. 21 n. 7 :* « Quia Capitulum constituere et repraesentare dicitur ipsum Corpus Ecclesiae Cathedralis atque saltem habitu habet iurisdictionem Episcopalem et superioritatem supra Parochos ac reliquos omnes, ideoque merito praeeminentia sibi debeatur ».

Iuri communi in nostra, de quo agimus ', quaestione concordat apertissime ius particulare Ecclesiae Cathedralis Norensis, ait advocatus, quia in executoriali Decreto sub articulo XII haec decernuntur : « Cetera iura, onera, honores, praeeminentias, praerogativas, quae ad ipsum ut ante de iure vel ex consuetudine pertinebant, ad eumdem etiam Archipresbyterum in posterum spectare, praedicta auctoritate Apostolica, decernimus et declaramus ».

Ex hactenus dictis ad Dub: « An usus Pluvialis competat Parocho suorum parochianorum funera obeunti, in casu », autumat patronus, fluere *negativam responsionem.* Imo huc pertinet *Decretum super exequiis,* quo S. R. C. die 23 Aprilis 1895 solemniter declaravit: I. Cadavera defunctorum associanda esse cum unica tantum Cruce, quae debet esse illius Ecclesiae, ad quam corpus defuncti defertur: dummodo non interveniat Capitulum Ecclesiae Cathedralis, sub qua omnes incedere debent funus associantes. III. Eundem Parochum primas habere super omnem clerum, excepto (si interfuerit) Capitulo Cathedralis Ecclesiae, *quod in associatione incedet post ipsum parochum :* excepto etiam Capitulo Collegiatae, si ita consuetudo ferat. Hoc tamen in

casu dignior Capituli Cathedralis incedat cum stola et etiam cum pluviali, quod tamen non ferat Parochus.^.. V. Haec autem omnia servanda S. R. C. iubet pro quibuscumque Ecclesiis... *quacumque in contrarium consuetudine minime obstante.* Ita decrevit et servari mandavit ».

Verum urget orator dato insuper, at numquam concesso, quod Canonico parocho ius absolutionum et praecedentiae debeatur, non inde tamen dicendum, usum Pluvialis non Capitulo, sed Canonico Parocho competere. Siquidem ex una parte certum est, usum pluvialis necessario non includi in iure absolutionum et praecedentiae, cum, *ut declaravit S. R. C. die 21 Martii 1699, in noviss. collect, n. 2033* usus Pluvialis non sit nec testimonium nec signum iurisdictionis in utente Sacerdote ; ideoque posse in distinctis subiectis inveniri, — ex altera vero parte ex constanti ac legitime praescripta consuetudine constat, Capitulum semper quotiescumque funeribus interfuit, usum Pluvialis habuisse. Porro in honorariis ' totum facit consuetudo, quae omnimode regulatrix dicitur (De Luca, *De regul. disc. 19, n. 7,* et Rota *rec. p. 10, dec. 254, n. 15, p. 4, tit. 2, Romana Praeced. 18 Maii 1620, n. 4, p. 5, tit. 1, dec. 85, n. 5).* His addatur facti circumstantia quod scilicet Ca,-pitulum, quando Capitulariter incedit, repraesentetur a Canonico hebdomadario et duobus adsistentibus, qui semper pluviali induti in publicum hucusque prodierunt. Ad rem Ordinarius Norens. *in Epistola ad S. C. C. 15 Giugno 1900* « Il Capitolo neu' accompagnamento funebre Capitolare non può essere privato dell'uso del Piviale che ha indossato sempre ed in ogni processione, preceduta dalla croce del Capitolo. *La funzione capitolare sarebbe priva della maggior pompa e solennità richiesta dalla famiglia dello stesso defunto e Vuso contrario susciterebbe grave sconcio in tutta la città ».*

Neque est ut Canonicus Parochus heic iteret, se iam ab anno 1891 Pluviali usum esse; id enim ex mera Capituli tolerantia ; ad publicum scandalum vitandum factum est,**t** clamat patronus.

Denique ad dub. : « An sit confirmanda vel infirmanda •sententia Episcopalis diei 2 Iunii 1900, in casu », sententiam *confirmandam* esse contendit advocatus. In ea enim hoc unum tantummodo quoad rem nostram statuitur, Rectoribus scilicet Ecclesiarum sic dictarum filialium seu melius minorum, liberum esse functiones mere sacerdotales in iisdem peragere ac relativa emolumenta percipere. Quod quidem non videtur prorsus qua vel levissima ratione in dubium revocari possit ; siquidem praeprimis certissime constat ex documentis citatis, praedictos Ecclesiarum Rectores etiam quando Capitulum copulative tum habitualem tum actualem animarum curam gerebat, libere omnino functiones mere sacerdotales celebrasse ac relativa percepisse emolumenta, quin Capitulum ullum in his sibi vindicaret ius. Atqui nunc Canonico Parocho nil pluris iuris in dictis Ecclesiis earumque Rectoribus competere potest, quam antea •Capitulo competebat.

Notat insuper patronus, Ecclesias, de quibus agimus, proprie filiales dici non posse : « Non vi è in tutta la Diocesi Chiesa alcuna di quelle che propriamente diconsi filiali ». Hinc ad normam *Decreti S. R. C. 10 Dec. 1703 in noviss. collect, n. 2123,* quoad functiones mere sacerdotales quae in praedictis Ecclesiis celebrantur, et quoad relativa emolumenta quae ab earumdem Rectoribus percipiuntur, Parochus quemadmodum immixtionem ullam, ita nec ullum ius vindicare potest: bene vero unice ad Episcopum spectat quemadmodum ipsa Rectorum electio, ita et omnis in dictis Ecclesiis ordinatio.

Procurator parochi nihil novi deduxit.

Quibus animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An Canonico Parodio debeatur vel a Capitulo vel ab Episcopo refectio damnorum aut aliqua compensatio pro inhibitione eidem facta celebrandi functiones vel pro emo-*

lumentis ab altis, eorum auctoritate, perceptis, ad formam petitionis parochi diei 13 Aprilis 1897, in casu.

II. *An Canonico Parocho debeatur restitutio emolumentorum de quibus in 4 et 5 dubio a Capitulo hactenus perceptorum in casu.*

III. *An sit standum vel recedendum a decisis ad dubium 4, in casu.*

IV. *An usus Pluvialis competat parocho suorum parochianorum funera ob eunti, in casu.*

V. *An sit confirmanda vel infirmanda sententia Episcopalis diei 2 Iunii 1900 in caste.*

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 15 Decembris 1900 censuit respondere: *Ad I et II. Parochus acquiescat et amplius. Ad III. ex noviter deductis recedendum a decisis, iuxta modum. Modus est ut parocho, praeter virilem portionem, uti habent ceteri canonici, debeantur emolumenta ex ab solutionibus ritualibus et extraritualibus provenientia et amplius: Ad IV. Affirmative et amplius. Ad V. decretum non sustineri.*

SANCTI CLAUDII

NULLITATIS MATRIMONII

Die 26 Iauuarii 1901.

Sess. 24 Cap. 4 de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. *Die 29 Aprilis 1873* in oppido vulgo *Champvans,* dioecesis S. Claudii, Alicia P., septemdecim annos tunc nata, rite matrimonium iniit cum Alberto tunc temporis in civitate *Arbois* Substituto Procuratoris Imperialis.

Sponsi per 19 circiter annos vitam coniugalem foverunt ac tres liberos procrearunt, donec ortis inter ipsos discordiis ac iurgiis mulier viro valedixit, quin unquam instauratum fuerit maritale contubernium. Post aliquot annos Alicia a quodam sacerdote certior facta, ut ipsa ait, de nul-

lítate matrimonii, initi cum Alberto ad Curiam S. Claudii supplicem misit libellum, expetens ut hoc matrimonium nullum declaretur" ex duplici nullitatis capite : primum ex impedimento affinitatis primi gradus ob pravas relationes, quas dictus Albertus habuit cum oratricis matre ante matrimonium ; alterum ex defectu consensus, cum Alicia invita ad hoc matrimonium contrahendum a matre coacta fuerit.

« Il est souverainement pénible, pro testatur actrix in suo libello, à une enfant d'accuser sa mère ; mais je ne puis m'empêcher de le faire pour la défense de mes droits ». Narrat enim : « Deux ans s'étaient à peine écoulés depuis cette mort, lorsque Monsieur Albert, substitut du procureur à Arbois, commença a faire à ma mère des visites, qui rares d'abord, comme cela arrive ordinairement en pareil cas, devinrent plus fréquentes, quotidiennes même, et se prolongeaient tellement que Monsieur Albert passait presque toute le nuit auprès de Madame P., au grand scandale de tout le pays, et des deux jeunes âges et de l'éducation sévère qu'elles avaient reçue, avaient conservé jusque là leur simplicité et leur ignorance du mal ».

Iamvero, fatente actrice, cum fama huiusmodi pravae relationis pervulgata fuerit in tota civitate, mater ad propriam infamiam obtegendam ac simul ad prosequendam pravam consuetudinem, filiam Aliciam coegit, ut ipsa matrimonium contraheret cum Alberto; quod revera obtinuit non sine repugnantia puellae.

Idcirco Curia S. Claudii processum instituit, ac primum actricem audivit et reum conventum, qui validitatem matrimonii affirmavit, necnon plurimos testes a partibus productos percontavit ; at cum actrix instaverit, ut causa tantum per tractaretur super impedimento affinitatis, iudex delegatus die 29 Octobris hanc dedit sententiam, actrici favorabilem :

« Examinatis et perpensis attestationibus, quae hinc inde produxerunt Actrix in causa D. Alicia et reus Albertus,

illa affirmans, hic negans invalidum fuisse ipsorum connubium ob dirimens impedimentum affinitatis illicitae in primo gradu lineae rectae proveniens inter sponsos, ante eorum connubium, ex copula sponsi cum matre sponsae ;

« Cum legitime probetur et testium oculatorum depositione, et publica fama, nec non rei semiplena confessione Ludovicam, assidue per tres annos, in intimo suae domus Arboriensis cubiculo, sub clauso ostio tardisque vespere horis, suis familiaribus et puellis accurate remotis, Alberti visitationes frequenti s simas excepisse, adhibitis praeterea .et coenis, pluries, et itineribus ad simul huc aut illuc conveniendum ;

« Cum ex omnibus circumstantiis huius tam crebrae longaeque et intimae familiaritatis, prout humana fragilitas non sine plena certitudine praesumatur inter praedictos adfuisse commercium carnale ; eademque oriatur praesumptio : — sive ex perturbatis et quasi desperatis animi sensibus qui, non nisi latenti libidine explicabiles, in Ludovica eo tempore patuerunt quo filiam suam Alberto in civitatem Nivernensem translato uxorem dedit; sive ex festinatione qua cum apud eum more in viciniam reducens saepius et diutius aequo mansit : - sive ex ingenti pecunia quam sibi extorquen passa est ab Alberto in sententia iudiciali obstitisset;

« Cum, si praetermittantur diversa indicia illicitae copulae a famulis domi observata, hoc maximi momenti retinendum sit quod in istis relationibus usum copulae uxoriae completum ex sua parte ipsa criminis socia Ludovica primum in epistola missa ad Rmum Marpot Episcopum S. Claudii, nuper defunctum, deinde ex ipso ore coram nostro tribunali comparens aperte confessa est ; et licet dixerit se non posse post tot annos recordari et asseverare quomodo in illo actu Albertus cum ea se gesserit, attamen cum habita copula pro recta et communiter habita censenda sit, si contrarium ut in casu non probetur;

« Ob has rationes, perpensisque utriusque advocati libellis et defensoris vinculi animadversionibus, ego subscri-

p tus iudex delegatus, in hac causa pronuntio et decerno constare dé affinitate in primo gradu lineae rectae inter sponsos, orta ante eorum connubium ex copula illicita sponsi cum matre sponsae, vique huius impedimenti dirimentis non dispensati matrimonium in parochia Champvans die 20 Aprilis anni 1873 contractum a D. Alberto cum D. Alicia invalidum fuisse ».

Contra hanc sententiam Albertus reus conventus appellationem interposuit penes Curiam Archiepiscopalem Lugdunensem; quae die 7 Aprilis 1900, sententiam S. Claudii reformavit, et sequens obtulit iudicium:

« Viso textu tituli XIII libri IV Decretalium quo impedimentum affinitatis ex illicita copula dirimit matrimonium dummodo probetur; diligenter consideratis omnibus et singulis instrumentis processus primae instantiae, quibus Albertus et Alicia declaraverunt nihil addendum habere; auditis quoque animadversionibus defensoris vinculi matrimonialis ;

« Attento quod ad declarandam nullitatem matrimonii iam contracti propter impedimentum dirimens affinitatis illicitae, hoc impedimentum debet esse, non mera praesumptione fundatum, sed aut publicum et notorium, aut idoneis testibus comprobatum *(Lib. IV Decret, tit. XIII, c. S);* nec sufficiunt ad illud affirmandum, confessio coniugum et rumor viciniae *(ibid. c.* 5);

« Attento quod matrimonium initum inter Albertum et Aliciam fuit in facie Ecclesiae contractum, quod idem sine ulla reclamatione, scilicet per annos fere viginti; quod insuper ex eo intra illud tempus nati fuerunt tres infantes;

« Attento quod instantia et allegationes actricis Aliciae, in legitimam suspicionem veniunt quae ante sententiam Ecclesiae divortium civile petiit et obtinuit, et postea matrimonium civile cum Laurentio Philiberto contraxit ;

« Attento quod e nimia familiaritate quae adfuisse videtur inter Albertum et Ludovicam, ante matrimonium in causa, non certo probetur secutam fuisse copulam carnalem

completetam quae in casu impedimentum dirimens constituisset: siquidem haec copula carnalis completa non certo probatur, neque depositionibus testium, quarum aliae sunt obscurae et aliae collusionem redolent; neque fama publica, quae ut probatio sufficiens non videri potest; neque confessione matris actricis, cuius testimonia praeterquam non sunt semper sibi consentanea et praecisa circa relationes eius cum Alberto, iuridico valore destituuntur, iuxta axioma : nemo allegans propriam turpitudinem audiendus est;

« Dicimus et declaramus, sententia Curiae episcopalis Sancti Claudii reformata, non constare matrimonium fuisse initum cum impedimento dirimente affinitatis primi gradus in linea recta ex illicita copula ».

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO MULIERIS. Actricis Defensor orationem suam in duo praecipua capita dispescit, in quorum primo ad tuendam sententiam iudicis S. Claudii de nullitate agit contracti matrimonii ob existentiam impedimenti dirimentis affinitatis illicitae matrimonium praecedentis. In secundo capite eamdem matrimonii nullitatem exurgere ait ex defectu libertatis, seu perfecti consensus ex parte sponsae.

Primum caput aggrediens ait, esse in iure notissimum ex copula perfecta illicita oriri impedimentum affinitatis dirimens matrimonium usque ad secundum gradum. - Conc. Trid., *Sess. XXIV, cap. 4 de Reform. Matrim.* - Reiffenstuel *lib. 4 Decret., tit. 14, § 2, n. 47.* - Sánchez /. 7, *disp. 64, n. 8.* - Iamvero in casu Albertus commercium carnale illicitum, et quidem per triennium ante matrimonium, cum matre sponsae habuisse colligi inquit: 1.° ex triplici depositione iurata ipsius sponsae; 2.° Ex semiplena confessione ipsius sponsi; 3.° ex confessione iurata nec non extraiudiciali matris eiusdem sponsae; 4.° ex testibus, omni exceptione maioribus; 5.° ex publica fama.

Sane actrix iudicialiter interrogata, sub sanctitatis iuramento ita respondit: « Deux ans s'étaient à peine écou-

lés depuis cette mort (patris Actricis), lorsque Mr. Albert substitut du procureur à Arbois, commença à faire à ma mère des visités, qui rares d'abord, comme cela arrive ordinairement en pareil cas, devinrent plus fréquentes, quotidiennes même, et se prolongeaient tellement que Mr. Albert passait presque toute la nuit auprès de Madame, au grand scandale de tout le pays. . . . - Deux fois, me trouvant dans ma chambre le soir, attendant que Mr. Albert qui passait par cette chambre, fut sorti j'ai entendu, à travers la cloison, le mouvement du lit opposé contre cette cloison et divers bruits très significatifs pour moi depuis, sinon alors (des bruits de voix étouffées). Une fois au départ de Mr. Albert qu'elle venait de reconduire, je l'ai vue dans un état de toilette, qui prouvait qu'elle avait été déshabillée auparavant.... Une autre fois, étant entrée dans la chambre, je remarquai que le lit avait été défait, et, y portant la main, qu'il était chaud ; et je vis sur le drap une tache que je ne compris pas dans le moment ». In themate autem sponsae confessionem plurimi faciendam esse edicit orator, tum quia ipsa quae semper domi erat, agendi rationem suae genitricis agnoscere poterat, tum quia eius depositio cum confessione ipsius matris ac ceterorum testium omnimode concordat, tum denique quia praesumi nequit, filiam propriam genitricem calumniis persequi velle; prout ipsa expresse declaravit : « Il est souverainement pénible à une enfant d'accuser sa mère : mais je ne puis m'empêcher de la faire pour la défense de mes droits ».

Quod si obiiciatur filiam inhabilem esse ad testificandum contra propriam matrem, reponit cum Mascardo *De probat, conci. 1359, n. 1:* « Testes alias inhabiles admittuntur in iis quae sunt difficilis probationis, ut sunt ea quae communiter occulte fieri consueverunt, ut adulterium, furtum et huiusmodi, in quibus ut plurimum nulli testes intervenire solent, nisi fortasse mulieres et domesticae personae ».

Idipsum probat patronus ex indirecta confessione ipsius

sponsi, qui fatetur: « C'est ainsi que j'entrai en relations avec la famille P.... Après être nées, comme je l'ai dit, les relations devinrent en effet plus fréquentes... C'est dans cette chambre (à coucher) qu'elle recevait alors. C'est ainsi que oui, j'ai été reçu en cette chambre. Quand je fus devenu plus familier y ai-je été reçu l'été aussi? C'est fort possible. J'affirme cependant que si la chambre a été fermée à clef je ne le savais pas... J'ai été reçu après dîner, c'est-à-dire aux heures qu'indique la question (de sept à huit heures du soir jusq'à dix heures et même jusqu'à minuit), mais je ne crois pas y être resté jusqu'à minuit ».

Quare, deducit defensor, ex ore sponsi plane eruitur: virum domum Dnae. P. frequentasse, et solum cum sola in cubiculo eiusdem Dominae, ab hora septima vel octava serotina usque saltem ad decimam moratum esse. Quod si cetera denegare satagit, ei fides praestanda non est, vult orator, tum quia fere omnes testes contra eum clamant, tum quia coram Tribunali periuratus est.

Concinit iurata depositio ipsiusmet matris oratricis, quae sine ambagibus fatetur: « Je reconnais avoir avoué, dans une lettre adressée à Mr. de St. Claude, qu'avant le mariage de ma fille avec Mr. Albert, j'ai eu avec ce dernier des relations telles que ma fille ne pouvait l'épouser. Dans ces circonstances je me suis livrée comme une femme a l'habitude de se livrer à son mari ». Et prosequitur: « Il s'était emparé tellement de toute ma volonté, qu'il a brisé toute ma volonté qu'il a brisé toutes mes hésitations et mes scrupules ».

Idipsum eruitur ex testium depositionibus.

Eisdem testimoniis concinere, ait defensor, alios testes, qui de publica fama referunt circa turpem relationem inter Albertum et oratricis matrem.

Ex allatis igitur testium depositionibus id nullimode rite ambigi potest, affirmat defensor. Quandoquidem omnes testes sunt iurati et omni exceptione maiores. Plurimi, qui in eadem domo manserunt, et, prout viderunt, retulerunt;

alii de auditu et ex publica fama in loco, quae fama usque Parisios pervolavit; alii sunt (Sacerdotes vel etiam Religiosi. Id igitur consonat cum illa iuris dispositione, *Lib. IV tit. XIII, cap. III:* « Quod nisi hoc publicum et notorium, fuerit, aut idoneis testibus comprobatum etc. ».

Post haec orator adducit theoriam Alae *Foro Criminale t. 7, Class. 2, num. 58,* qui docet: « che trattandosi di delitti di carne, i quali odiano la luce e perciò commettonsi occultamente, hanno luogo e valore gl'indizi, le presunzioni, le congetture, regola stabilita e ripetuta dai dottori Farinacio, Zacchia e firmata dalla Rota nella *Cdlagaritana praetensi matrimonii 11 Februarii 1647* coram Meltio *n. 10 ».*

Et graves praesumptiones in casu non deesse affirmat orator, cum non una, sed centies, milliesque per triennium actricis mater et D. Albertus ad plurimas horas noctis solus cum sola permanserunt.

Adstructa matrimonii nullitate, fere inutile esse edicit eam ex alio capite probare nempe ex defectu libertatis ; hac de re actrix huic secundo capiti valedixit. Ceterum patronus haud otiosum putat, saltem ad abundantiam, etiam circa hoc argumentum aliquid referre.

Sane matrimonium non sponte ab Alicia fuit contractum, sed contra propriam inclinationem, nempe ut genitrici morem gereret, quae sperabat hoc modo turpia sua facta tegere et in prava consuetudine perseverare posse. Ait enim actrix: « Un jour, après trois ans et plus de relations coupables entre Mr. Albert et ma mère, celle-ci me déclara ex abrupto que Mr. Albert me demandait en mariage, et que ce mariage devait se faire, malgré tout, et le plus tôt possible. Une telle proposition m'inspira une extrême répugnance, et provoqua en moi un profond dégôut, et je refusai purement et simplement. Ce refus irrita ma mère et il s'en suivit une lutte qui dura plus de six mois ».

Ex allatis igitur testimoniis, concludit patronus, actricem non sponte sed coacte hoc matrimonium contraxisse.

Hisce positis, advocatus ad trutinam revocans confessionem viri, una cum depositionibus eius testium, affirmat sorum testimonia nullam fidem mereri. Et in primis refert iudicium praestantissimorum testium, qui de viro percontati fuerunt.

Ulterius, subdit orator, testimonium viri nihili est faciendum, quia suspectum est et i n verosímil ia enarrat.

Neque in maiori pretio habendas esse affirmat patronus depositiones testium a D. Alberto productorum. Nam 1.° fere omnes sunt consanguinei D. Alberti. — 2.° Uno ore fassi sunt numquam in civitate Arboriensi extitisse, nisi occasione celebrationis matrimonii, proptereaque nihil scire potuerunt in loco tempore non suspecto, de prava consuetudine eiusdem Alberti cum Domina P. — 3.° omnes ex composito evidentissime enarrant ad unguem, quod ab eodem Alberto acceperunt.

Hisce positis, ad refutandam sententiam Curiae Lugdunensis pergit patronus; et quoad primum « *Attento* », ait, nulla ratione affirmari posse, confessionem coniugum et rumorem viciniae non sufficere sine mentione testium. Nam, advertit defensor, in casu plura sunt iurata testimonia, quae una voce proclamant pravam consuetudinem inter Dominam P. et Albertum. Insuper fama erat publica non solum in civitate Arboriensi, in loco Champvans, sed etiam in Palatio Iustitiae Parisien., ubi D. Albertus vocabatur « le travailleur de la mère, l'Amiral ». Quocirca Praeses Tribunalis et Syndicus Arboriensis iusserunt D. Alberto ut alibi matrimonium celebraretur, ne scandalum in populo oriretur; et Collegae Tribunalis D. Alberti noluerunt assistere eius matrimonio.

Quoad secundum « *Attento* », quod scilicet sine ulla reclamatone per annos fere 20, et quod intra illud tempus nati fuerunt tres infantes, defensor respondet, hic non agi de illis impedimentis, in quibus per subsequentem mutuum consensum ratihabitio haberi possit; sed quaestio est de impedimento affinitatis, pro quo absolute requiritur dispensa-

fio Apostolica, secus matrimonium est semper nullum in radice.

Tertium vero « *Attento* » non minus caret omni fundamento, affirmat advocatus. Etenim vigore legis civilis Gallicae an. 1884 facultas facta est expetendi obtinendique a Magistratibus divortium a contractu matrimoniali civili. Quod autem Actrix noverit necne decreta S. Officii annorum 1885 et 1886, ipsa videat coram Deo. Ceterum, haec ratio et alia matrimonii civilis postea contracti, nullo modo attingunt substantiam impedimenti de quo agimus.

Quoad quartum « *Attento* », quod nempe copulam carnalem completam fuisse, de visu probari nequit, quia, clauso ostio hoc gestum est ; orator adnotat, quod ex omnibus allatis circumstantiis ita evidens est, ut nonnisi quis habeat opinionem secundum suam voluntatem, id denegare nequit.

Neque dicatur confessio matris valore iuridico destitui, quia fides non est praestanda illi qui revelat turpitudinem suam. Nam, respondet advocatus, cum in causis matrimonialibus ipsi reo de veritate dicenda iuramentum deferatur, id quod reus asserit in vim iuramenti, pro veritate habendum erit. — Eo vel magis in casu in quo agitur de matre 74 annorum nata, quae facti poenitens et damna filiae suae allata reparare cupiens, prout se gesserit cum D. Alberto non sine magno rubore fassa est, inquiens: « J'ai réfléchi longtemps, et avec l'espérance, que Dieu me tiendra compte de ma démarche pénible... Dieu, qui m'entend, me soutient dans cette démarche cruelle, et j'ai confiance que j'en serai récompensée ».

Cum igitur in themate sive de impedimento affinitatis ob copulam illicitam, sive de defectu alterutrius partis consensus dubitari nequeat, sponte sua fluere, concludit orator, matrimonium nullum declarandum esse, ac proinde sententiam Curiae S. Claudii esse confirmandam.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. EX adverso vinculi defensor, praemissa factorum narratione, ab ipso exordio advertit facta, quae nunc actrix refert ad dissolvendum

coniugium, tempore suspecto excogitata fuisse, nempe post dissolutionem vitae coniugalis, quando marito Alberto fuerunt noti adulterini amores suae uxoris cum barone Cerise.

Et in primis testimonia affert praestantissimorum testium, qui religionem honorabilitatemque viri ad coelum extollunt. Sane Henricus Pouchin « ancien magistrat » iureiurando affirmat: « Je connais Mr. Albert depuis l'âge de dix ans. Je l'ai suivi je puis dire, pas à pas dans la vie... je puis dire qu'il a ***été élevé*** très chrétiennement en particulier j'ai vécu près de lui à Paris pendant que nous faisions notre droit tous deux. Sa famille était dans la Nièvre, il aurait pu s'amuser comme beaucoup de jeunes gens. C'était au contraire un travailleur sérieux ; et il a été reçu Docteur en droit à vingt-deux ans ».

Et vice-parochus Petrus Finel, qui in domo coniugum Alberti et Aliciae versatus est, qua liberorum institutor, deponit: « Monsieur Albertus a des convictions religieuses sincères. Il a été élevé chez les Jésuites, et c'est lui qui avait tenu à ce que son fils eût un prêtre pour précepteur. Je ne pourrai dire la même chose de Madame : ses sentiments n'étaient pas religieux, elle allait rarement à la messe ».

Hisce positis, orator notat Aliciam libenter Albertum in virum excepisse, ac sponsos pacifice per plures annos coniugalem vitam fovisse. Sane Victor Crinquand, qui matrimonialem nupturientium consensum excepit qua parochus Aliciae proprius, testatur : « Le jour du mariage elle a prononcé le oui du contract comme toute autre le fait à ce moment: je n'ai rien remarqué qui me donnât à penser qu'elle manquait de liberté, de sincérité ». Et Henricus Pouchin, testis ad matrimonium adhibitus iurat : « Je n'ai constaté aucun incident ni à la mairie, ni à l'Eglise... Il m'a paru qu'elle accueillait Mr. Albert comme on accueille un fiancé. Rien dans son attitude ne laissait à penser qu'elle contractait cette union malgré elle ».

Eadem referunt alii testes, et Sacerdos Petrus Finel,

yice-parochus qui a mense octobri 1884 ad mensem octobrem 1886 coniugum contubernalis fuit qua filiorum institutor, auctor est : « Je n'ai jamais rien remarqué d'anormal pendant les deux ans que j'ai passés dans le famille V. Ils semblaient, s'entendre ; leur attitude était correcte. Devant moi ils ont vécu en bonne intelligence. Mme. Alice paraissait contente et heureuse ».

Et Sac. Petrus Finel refert : « Ses sentiments (Aliciae) n'étaient pas religieux, elle allait rarement à la messe ».

Haud igitur miratur vinculi defensor, quod femina coelestibus charismatibus destituta, eifraenatae libidini laxaret habenas. « Tout à coup (ait Albertus) au mois d'octobre 1892, (viginti ferme exactis ab hymeneo annis) je reçus une lettre anonyme dont les détails précis me forcèrent à réfléchir ». Quid autem deprehenderit Albertus adversus uxorem fuse exponit apud magistratum civilem 24 articulis, quorum sextus decimus sic iacet : « La dame Alice entretient en secret depuis mil huit cent quatre-vingt-sept, avec le sieur 0. une correspondance erotique contenant des phrases comme celles-ci : — je te vois encore dans ce grand* lit où je t'ai possédée pour la première fois où nous avons tressé ensemble des liens qui ne se détruiront jamais - *ou lien:* - je couvre de baisers ton beau corps adoré, et je dépose sur tes lèvres chéries mes baisers les plus passionnés - *ou encore:* - O mon aimée, tu es ma vie, tu m'a appris seule ce que c'est l'amour. J'ai couché pendant trois nuits avec la chemise et déjà ton odeur disparait - *ou encore:* - toi qui depuis six ans n'a pas eu un instant qui ne me fût consacré, oui tu es bien ma femme légitime ».

Prout in hodie coram EE. PP., ita apud laicum etiam magistratum actrix denuntiavit praetensa crimina Alberti cum Ludovica eiusdem actricis matre ; sed tribunal facili negotio agnovit fabulosas cantiunculas. - Ibi: - « Attendu que par de nouvelles conclusions signifiées le vingt-quatre janvier mil huit cent quatre vingt quatorze la dame Alice a" encore articulé contre son mari dix huit autres faits ten-

dant à établir qu'il y avait eu avant et depuis son mariage des relations coupables avec la dame P.... mère de la demanderesse. Attendu que cette imputation est d'ores et déjà formellement démentie par toutes les circonstances de la cause et par les documents produits notamment par la correspondance échangée avant le mariage et pendant les fiançailles entre Albert et la dame P. et depuis le mariage entre les époux et la demanderesse et sa mère ».

Non diffitetur orator actricis matrem, ut filiae suppetias ferret, probrosa facta contra se ipsam confirmasse; sed huiusmodi testimonium uti suspectum reiicit defensor. Sane actricis mater die 19 ianuarii 1898 interrogata a iudice num in votis habeat, ut filia abeat absoluta a matrimoniali vinculo, quo Alberto ligatur, rotunde respondit : « Mon Dieu oui ». Qua de re eadem oratricis mater die 26 martii 1896 Alberto, qui penes civile tribunal uxorem adulterio accusabat, scribebat absque ambagibus : « Veuillez je vous prie, retirer de suite votre pourvoi, et s'il n'est plus temps veuillez alors vous désister:,.. Si vous croyez ne pas devoir consentir à ma demande, je vous préviens que je ferai tout sans exception pour que le nouveau jugement ne change rien à celui de la cour... J'emmènerai Alice à 100 lieues! ensuite vous ne reverrez plus vos petits enfants!! ». Die 12 aprilis 1896 eidem Alberto scribebat: « Si le (iudicium) continuerez je serai contre vous cette fois, toute entière et votre personne ne sortira pas honorable des débats ».

Die vero 15 octobris 1896 in haec erumpit: « Si vous ne vous désistez pas de votre appel à la Cour de Cassation, je dirai la vérité (sic) : C'est que j'ai eu avec vous des rapports intimes, depuis l'année 1877, après votre mariage. Pareille déclaration est faite dans un cachette, que j'envoie à mon avocat, le quel le fera parvenir selon mes ordres, à qui de droit, si vous ne vous désistez pas ».

Quocirca, pergit defensor, Albertus in iudicio contendit ut ea damnetur crimine adulterii: haec ut Albertum arceat a iudicio iudici denuntiat matrem suam cum Alberto

iam genero rem habuisse: et mater iurat se cognitam ab Alberto fuisse « après le mariage ». Actrix cum baroni Cerise denubere nequeat, nisi probet matrem suam fuisse ab Alberto cognitam antequam Aliciam inter et Albertum matrimonium celebraretur, iudicem adit inquiens : « Je prétends que ce mariage a été nul à cause de relations, que ma mère a eu avec Mr. Albert antérieurement au mariage » extemplo mater testatur: « Avant le mariage de ma fille avec Mr. Albert, j'ai eu avec ce dernier des relations telles que ma fille ne pouvait l'épouser».

Sed, iuxta oratorem, haec omnia, nonnisi tempore suspecto fuerunt excogitata. Sane Maria Pouchin iureiurando affirmat: « Je n'avais jamais entendu parler de ces choses jusqu'au moment où Madame Pouchin ma belle-sœur est venue m'en parler au commencement de l'hiver 1893. C'était l'époque de la brouille définitive où Madame Alice cherchait des raisons de pouvoir se séparer____Elle a d'abord dit à ma belle-sœur qu'elle venait de découvrir qu'il y avait eu des relations entre Mr. Albert et sa mère avant le mariage. Du reste elle avait répété ces affirmations à plusieurs membres de notre famille, même éloignés. Plus tard elle dit que ces relations avaient eu lieu non seulement avant, mais même pendant le mariage ; et plus tard encore, sans que je sache par qui cela m'est revenu, elle affirmait que cela durait encore même au moment où elle parlait...

Ad eamdem quaestionem Maria Godot de Mouroy, praestito iuramento, reponit : « Je n'ai jamais entendu parler de pareilles relations que seulement Madame Alice a songé à quitter Mr. Albert son mari et à faire prononcer son divorce. Ce n'est pas elle du tout, qui m'en a parlé, mais je l'ai appris par les rumeurs même du monde à ce moment... Je me rappelle aussi que Mme. P. elle-même en faisant allusion à ces bruits pleurait et se lamentait chez-moi, et comme nous lui faisions observer : pourquoi supporter de pareils propos? elle nous disait: Ma fille me dit de ne pas

m'inquiéter, que c'est uniquement pour les besoins de sa cause qu'elle a lancé de pareilles affirmations ».

Concinit Alberti soror, quippe quae iuramento affirmat : « J'ajoute encore que je faisais remarquer un jour à Madame la mère : Pourquoi elle supportait que sa fille osât lancer contre elle les abominables accusations qu'on sait? - Oh ! me dit-elle, Alice me répète toujours de ne pas y faire attention, qu'il lui est nécessaire de dire cela pour les besoins de sa cause ».

Huc accedit, prosequitur Sacramenti defensor, quod Albertus, cui per viginti annos, antequam ipsa insimularetur crimine adulterii, uxor nunquam obiecit praetensos amores cum num, Albertus, cui neque modo uxor obiicere audet amores minus honestos cum quacunque alia muliere, pessumdatus esset cum vetula Ludovica, cum nuru ; quam despicit atque contemnit. Porro Ludovica die 26 Martii 1896 Alberto scribit : « N'oubliez pas que plusieurs fois vous m'avez frappée, jetée à terre au seconde étage dans une chambre à Champvans! j'ai des témoins ». Memoratus vice-parochus, Petrus Finel, qui duobus annis qua institutor permansit in domo coniugum, testatur: « Mr. Albert était froid vis-à-vis de sa belle mère. Celle-ci voulait se mêler de l'éducation de l'enfant et Mr. Albert ne voyait pas cela d'un bon oeil ». Maria Godo t de Mauroy refert: « Quelquefois, Mme. P. mère, quand elle parlait du caractère un peu vif de Mr. Albert ajoutait : Mon Dieu ! il rend ma fille si heureuse, que je lui pardonne tout». Antonia V. : «Madame P. elle même disait quelquefois en se plaignant qu'il (Albertus) était brusque vis-à-vis d'elle-même : Oh ! il est si bien pour ma fille que ça m'est égal qu'il soit bourru pour moi ».

Quapropter, pergit defensor, iure optimo merito testes omnes, qui Albertum cognoscunt intus et in cute et qui per viginti annos cum coniugibus familiariter egerunt, magna animi indignatione insurgunt adversus probra ab Alicia contra virum praedicata. Sane Maria Godot de Mauroy in haec erumpit : « Ces sont, des mensonges que Mme. Alice a in-

ventés jour par jour selon les besoins de la cause, pour arriver à épouser son amant le baron Cerise ». Clementina Alberti mater, ait: « Affirmer l'existence de ces relations coupables c'est ourdir une calomnie abominable. Mon fils a toujours été ce qu'il devait être, méritant le respect et l'estime de tous». Henricus Pouch in inquit: «Je proteste énergiquement contre ces accusations portées contre Monsieur Albert. Je le connais depuis l'âge de dix ans. Je l'ai suivi, je puis dire pas à pas dans la vie ».

Item vir a iudice percontatus : « Affirmez-vous de la façon la plus solennelle devant Dieu que vous n'avez eu jamais de rapports avec votre belle mère avant la mariage? » Albertus sacramentalibus verbis respondit « en levant la main devant Dieu. - Je jure de la façon la plus absolue que je n'ai jamais eu de rapports avec ma belle mère, ni avant ni après le mariage, et que c'est là une odieuse calomnie. C'est purement une machination de la part de ces deux malheureux pour arriver à se marier devant la loi et devant Dieu ».

Ulterius, contendit vinculi defensor, agitur hic de probando crimine, et de irritando matrimonio iam contracto, quare probationes occurrunt apodicticae et concludentes. Testes •esse debent numero plures, omni exceptione maiores, non viles, immunes a studio partium ; non admittuntur testes de credulitate neque de auditu alieno, sed tantum de scientia propria ; opus est ut deponant de factis, quae suis ipsi Tel oculis viderunt, vel auribus perceperunt. Quod si testes aliquam patiantur exceptionem, necesse est ut defectus qualitatis suppleatur excessu numeri. Copula, si directe probari nequeat, requiritur ut probentur facta copulae proxima, nexum cum copula plus minusve necessarium habentia, et ut facta ista plura sint ac plene singula probentur.

At in casu, iuxta oratorem, inter tot testes ab actrice productos, nemo est, qui, saltem viderit quandoque Albertum Ludovicam amplexantem osculum ei admoventem, aut verbusculum ei dirigentem minus honestum. Nullus est de

scientia propria testis gravis, a studio partium immunis: Maria Chiovenda, filiarum Ludovicae paedagoga, Henrica Brides et Maria C u sin, famulae, ac Clementina Chevassu, quae aeque ac Maria Chiovenda paedagogae munere in domo P. functa esset: en omnes.

Iamvero, pergit defensor, Maria Chiovenda potissime refert facta, quae ipsa nec vidit nec scientia propria cognoscit: et eò usque procedit ut suam aliorumque audacem denuntiet opinionem: « Entre domestiques (ait), nous pensions que ces relations n'étaient pas honnêtes ». Subiectivum, non vero obiectivum est « nous pensions ». Adiicit Maria: « Je crois me rappeler également, qu'à Arbois on trouvait dans le public ces relations très moquantes »; at reponit orator, Arborienses, ut planum est, conversationem inter Albertum et Ludovicam haud melius cognoscere poterant, quam Ludovicae inservientes.

Quocirca, ait, omnis consuetudo Alberti cum actricis matre Ludovica en in quo consistat, ubi incipiat et ubi desinat: « Les visites devenues plus fréquents' avec le temps: à dater (inquit paedagoga) de 1871 ou 1872 Mme. P. invitait régulièrement à souper Mr. Albert, tous les huit ou quinze jours ». Idipsum testatur Maria Cusin, cubicularia, quippe quae admittit et ipsa: « Venait (Albertus) souper avec Mme. P. tous les huit ou quinze jours ».

Neque fidem adhibendam esse dicit orator Mariae Cusin dum asserit « Monsieur Albert non seulement venait souper avec Mme. P. tous les huit ou quinze jours, je ne me rappelle pas bien; mais, en moyenne trois ou quatre fois par semaine il rendait visite à Madame P., le soir vers sept ou huit heures, et s'enfermait dans sa chambre avec elle jusqu'à 10, 11 heures et quelquefois minuit ». Haec iuxta oratorem ex diametro pugnant cum iis quae refert Maria Chiovenda, quae, ut dictum est, testatur: « A dater de 1871 ou 1872 Mme. P. invitait régulièrement à souper Mr. Albert tous les huit ou quinze jours; elle remmenait, après souper, dans sa chambre à coucher, où ils s'enfermaient en-

semble au point qu'Alice s'impatientait de ne pouvoir aller à se coucher ». Quare si frequentes illiusmodi visitationes locum habuissent, melius quam aliae famulae, eas in memoria retinuisset paedagoga, quae una cum discipula visitationum incommoda persentiisset. Et proinde Maria Chiovenda contenta haud fuisset asserere : « Après souper tous les huit, ou quinze jours » sed contra dixisset : « trois ou quatre fois par semaine » : imo rotunde dixisset cum Henrica Brides: « tous les soirs ».

Verum quaerit vinculi defensor, quando visitationes Alberti frequentes esse, scilicet: « tous les huit ou quinze jours », coeperunt, Maria Cusin aderatne in domo Ludovicae? Certe Maria Chiovenda ait: « Les visites sont devenues plus fréquentes avec le temps: à dater de 1871 ou 1872 Mme. P. invitait régulièrement à souper Mr. Albert tous les huit ou quinze jours » : Maria Cusin autem affirmat: « J'ai été femme de chambre chez Madame P. depuis 25 avril 1871 jusqu'au 8 ou 9 décembre de la même année ».

Neque in maiori pretio habendam esse dicit depositionem Mariae Chevassu. Siquidem illa ad iudicem defert : « Pour la question des relations, évidemment je n'ai rien **TU** par moi-même directement, mais je me rappelle fort bien qu'au moment de l'occupation des Prussiens, où j'avais à surveiller les enfants, Mme. P. m'ordonnait de ne pas rester au château quand Mr. Albert venait parce que, disait-elle, avait de la Société... Du reste, pour ne pas qu'il soit obligé d'entrer par devant du château, Mme. P. lui avait donné une clef des communs, qui lui permettait d'entrer quand il voulait sans être vu».

Iam vero, notat defensor, eadem testatur etiam : « Je n'ai eu comme rapports avec Mr. Albert et Mme. Alice •que ceux d'institutrice pendant trois ans chez Madame P. environ quand Alice a eu de neuf à douze ans ». Audi modo Mariam Chiovenda, quae iurat: « Je les ai connues pour avoir été institutrice des deux demoiselles P. à dater de

juillet 1866 jusqu'en novembre 1874 ». Ex his liquet Mariam Chevassu a domo P. discessisse anno 1866. Nemo enim facile credet in domo P., ubi una eademque famula, Henrica Brides (si veritatem aliquando fatentur istae mulieres) « exerçait les fonctions de femme de chambre, de cuisinière et aussi de surveillante des enfants », duas feminas uno eodemque tempore munere paedagogae functas esse.

Ad actricis depositionem, quae ait: « Une autre fois, comme elle (mater) venait me dire bonsoir, je remarquai sur sa poitrine des traces de dents, qu'elle prétendit être une écourchure, sur le moment, mais plus tard, remarquant sur moi le même signe, elle me dit un jour trois ou quatre mois après mon mariage : je connais cette marque là____Une autre fois, étant entrée dans la chambre, je remarquai que le lit était défait, et, y portant la main, qu'il était chaud; et je vis sur le drap une tache que je ne compris pas dans ce momenf ». Respondet vinculi defensor, praeprimis compertissimum esse Aliciam ignaram prorsus fuisse minus honestae Alberti cum Ludovica consuetudinis. Certe Pater Ireneus Vallée Ordinis Praedicatorum testis parti adversae addictissimus, praestito iuramento, affirmat : « Ce dont je me souviens bien c'est qu'elle (Alicia) m'a dit expressément, c'est que lorsqu'elle s'est mariée, elle était dans l'ignorance la plus absolue de ces relations, et qu'elle ne les a connues que plusieurs années après son mariage ». Iam vero puella, quae nihil mali suspicatur, praesertim in palaestra coniugali haud versata, nec animum intendit ad levia illa ac remota criminis indicia, nec ea figit in mente et si ea memoriae mandasset, Alicia, asserere Patri Ireneo Vallee minime potuisset « qu'elle était dans l'ignorance la plus absolue de ces relations et qu'elle ne les a connues que plusieurs années après son mariage ».

Loquens tandem de populi rumore vinculi defensor advertit, quod Pontifex Innocentius III in *cap. XXIV de accusationibus* distincte vetat ne illum aliquo in pretio ha-

beamus cum provenit a malevolis et maledicis. Iam vero rumorem illum nonnisi a malevolis.et maledicis praesenti in causa provenire potuisse dicit orator : 1,° ex quo nemo unus Albertum inter et Ludovicam viderit aut audierit actum, gestum, aut verbum minus honestum. Quod in huiusmodi diffamationibus et suspicionibus semper locum habet; 2.° ex quo familia P., erat concivibus invisa: 3.° ex quo Ludovica « était coquette », et arbosienses ignorabant mores quibus Albertus *alienígena*, praestabat; ex quo 4.° ignorabant causam frequentiae Alberti in domo P., et qui eam suspicabantur, aegre ferebant quod Alicia praepingui dote instructa nuberet alienigenae : hinc, 5.° irae in Albertum ipsum quasi usurpatorem bonorum, quae sibi debita esse contendebant, mirum proin, 6.° non est quod dictitarent: « qu'il avait courtisé la mère pour avoir la fille » aliaque huiusmodi.

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Curiae Lugdunensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 26 Ianuarii 1901, censuit respondere: *Ex deductis non constare de nullitate matrimonii.*

PAOENSIS

PRAEBENDAE LECTORALIS

«

Die 23 Februarii 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. In statutis capitularibus Ecclesiae Cathedralis Pacis Augustae in Hispania, anno 1858 confectis, cap. III « De Officiis communibus » legitur : « Capitulares praedicabunt praeterea conciones non assignatas canonicis " De officio ,, eo modo et forma ac in sancta hac

Ecclesia in praxim actum fuit ». De quorum verborum interpretatione exorta controversia inter Capitulum et Episcopum, res delata est S. C. C. quae die 31 Ianuarii 1874 ad dubium : « An Canonici Ecclesiae Cathedralis Pacensis ad praedicationis munus teneantur in casu? » reposuit: « Affirmative in vim statutorum et iuxta praxim ». Hoc Sacrae Congr. decretum observatum fuit ad an. 1892, quo, edito concursu ad vacantem Praebendam Lectoralem, factum est ut Episcopus de consensu Capituli, praeter conciliarem expositionem Sacrae Scripturae in Seminario vel alio loco faciendam, imposuerit sex novas annuas conciones Praebendae Lectorali, iam duabus gravatae, quamobrem ceteri capitulares a praedicationis munere immunes evaserunt.

Peracto concursu, electus est ad Praebendam Thyrsus Lozano, qui interrogatus ab Episcopo « an acciperet dictam praebendam cum omnibus officiis et oneribus illi in edictis convocatoriis impositis » *affirmative* respondit et iurisiurandi religione se obstrinxit. Post septem annos Lozano ratus se iniuria gravari onere illarum sex concionum, cum die 3 Novembris 1899 frustra a Capitulo et ab Episcopo exonerationem petivisset, ad Sacram C. Cong. exonerationem obtinendi causa recursum habuit. Cuius supplicem libellum S. C. misit ad Episcopnm Pacenssm « pro informatione, audito Capitulo », qui haec retulit.

Disceptatio synoptica

QUAE FACIUNT CONTRA CANONICUM THEOLOGUM. « In primis notum facio quod praedictus Lectoralis adduxit Episcopo et Capitulo supplicem libellum die 3 Nov. ultimi ann. elapsi, efflagitans exonerationem praedicandi sex concionem annuas impositas praebendae Lectorali huius Ecclesiae Cathed. in edictis convocatoriis. Episcopus et Capitulum gratiam petitam de communi consensu negarunt, cuius negationis fundamenta haec sunt.

« In litteris convocatoriis huius Praebendae Lectoralis

Episcopus et Capitulum unanimiter convenerunt imponere praeter expositionem Sacrae Scripturae in Seminario aut alio loco ab Episcopo designato sex conciones annuas, huic Praebendae iam cum duabus et antea cum quatuor gravatae. Exercitiis litterariis peractis, omnes candidati interrogati fuerunt an promitterent et darent fidem adimplendi exacte ac religiose munera et officia huic Praebendae in litteris convocatoriis praescripta: uno ore omnes responderunt *affirmative*. Electione facta, electus ad Praebendam Lectoralem, qui fuit ipsemet orator, ante collationem canonicam iterum fuit interrogatus an acciperet dictam Praebendam cum omnibus officiis et oneribus illi in edictis convocatoriis impositis, ad quae respondit *affirmative*, et cum iuramento astrinxit se. Tunc venit in possessionem huius Praebendae et ex eo tempore (ann. 1892) usque hodie nulla protestatio ab oratore allata fuit, sed e contra onus sex concionum sine ulla animadversione adimplevit ».

« Episcopus et Capitulum praedictum onus imponentes Praebendae Lectorali suo iure usi sunt, innixi lege edita in nostra hispana natione concordia ambarum potestatum, a qua originem ducit praxis hodie in Hispania universalis imponendi canonicis dictis *de officio* praeter onera institutionis canonicae obligationem praedicandi nonnullas conciones, quarum numerus in edictis convocationis designatur. In hac natione vix est Cathedralis in qua praedicti canonici hoc onus praedicandi aut aliud gravius non habeant supra illud a Concilio impositum. Haec praxis universalis sancita est a Nunciatura Apostolica et confirmata a variis S. C. C. resolutionibus. Inter alias sufficiat recensere datam 22 Apr. ann. 1882 super precibus canonici Lectoralis Salmanticensis, qui cum esset iam valde senex, insuper aegrotus et cum eximiis meritis ab ipso Ecclesiae et cum eximiis meritis preces ad S. S. elevavit, petens gratiam exonerationis quatuor concionum, quibus gravata fuit praebenda Lectoralis praeter onus exponendi Sacras Scripturas. Dubium propositum fuit S. C. C. his verbis » : an Canonicus

Lectoralis infirmitate impeditus teneatur onus quatuor per annum concionum litteris edictorialibus ipsi impositum per substitutum et propriis expensis adimplere in casu : » Sacra C. Conc. respondit: *Affirmative.* Ex quibus recte sequitur, Sac. Congregationem declarantem firmam obligationem Lectoralis Salmanticensis adimplendi onus praedicandi ab Episcopo et Capitulo impositam, declarasse ipso facto validam ac legitimam talem impositionem.

« Uti patet Lectoralis Salmanticensis erat valde senex, aegrotus et meritorum plenus. Hic Lectoralis orator valde iuvenis est, integrae valetudinis, iam exoneratus pro gratia a S. C. C. a chorali assistentia pro tota die qua legit, et. eius praesentia in diurnis lectionibus exponendis Sac. Scrip. in Seminario non est tam ad unguem exacta et assidua uti ad hoc officium suum pertinet. Hae sunt rationes prae oculis habitae ab Episcopo et Capitulo ad gratiam exonerationis. denegandam oratori Lectorali.

« Insuper impositio oneris sex concionum canonicatui Lectorali, de qua hic agitur, non laedit Statuta Capitularia huius Sanctae Ecclesiae Cathedralis, in quibus decernitur canonicos teneri ad praedicandas conciones non assignatas canonicis dictis *de officio,* quam obligationem canonici omnes huius Capituli Cathedralis agnoscunt et admittunt, adimplentes resolutionem S. C. C. 31 Ian. ann. 1874 editam occasione sequentis dubii propositi ab hoc Capitulo : « an canonici Ecclesiae Cathedralis Pacensis ad praedicationis munus teneantur in casu: » S. C. C. respondit: *Affirmative in vim Statutorum et iuxta praxim.*

« Finem ponam denique huic operi mentem meam clare exponens in casu. Aestimo quod onus sex concionum ab Episcopo et Capitulo Praebendae Lectorali impositum, est per se exercitium legitimi iuris quod, licet per accidens faveat ceteris canonicis, convenientiam cum legibus non amittit. Huius exercitii effectus vere et realiter dici nequit *exoneratio* ex parte Capituli, uti in precibus asseritur, sed proprie appellarijdebet *diminutio* oneris, quatenus in illo ma-

net obligatio praedicandi ceteras conciones non assignatas canonicis *de oficio* et quae noviter instituantur ».

QUAE FACIUNT PRO CANONICO THEOLOGO. Canonicus Theologus ex adverso, haec animadvertit. In primis illam invocat regulam, in iure tritissimam « beneficia Ecclesiastica sine diminutione conferenda esse ».

At certe, novi oneris impositione, beneficium diminuitur : « diminutio beneficii quatuor modis fieri potest, videlicet per impositionem novi oneris, per divisionem, per dismembrationem, per suppressionem » (Reiffenstuel ad *tit. ut ben. Eccl. sine dim. conf. p. 1* n. 2)* : quod pluries censuit S. C. Congregatio. *(Pisauren.* 6. Apr. 1647 lib. 18 decr., pag. 231, *Pisauren'* 17 Maii 1653, lib. 19, pag. 243; *Ariminen.* mensis Maii 1589, lib. 5, pag. 288; *Sabinen,* mens. Ian. pag. 99.; *Sarnen.* 3 Iul. 1690, lib. 40, pag. 340; *Ästen.* 14 feb. 1699, lib. 49, pag. 57), et Synodus Tridentina declaravit; « ratio postulat ut illis quae bene sunt constituta, contrariis ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione seu fundatione aut aliis constitutionibus qualitates aliquae requiruntur, seu certa onera illi sunt iniuncta, in beneficiorum collatione seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur » *(c. 5, sess. 24 de ref.).*

Sed obiicitur illorum sententia qui autumant Episcopum posse, « urgente necessitate beneficio vacante honestum onus imponere » (Santi prael. iuris can. ad h. tit. n. 4): cui respondet canonicus, iuxta probatos auctores, hanc sententiam nulli inniti fundamento. Nam Pontifex in cap. 11 De praeb, cui unice haec innititur sententia, haud declaravit legitime novum onus impositum fuisse, sed onus, licet impositum non legitime, Pontificia auctoritate confirmavit « praesens littera *(hanc sententiam)* non probat: quin potius innuit oppositum. Nam Papa hic non decidit ordinationem Praepositi et Capituli esse validam : sed illam confirmat cum modificatione, ut patet - ibi - institutionem eatenus confirmamus. - Ergo pactum et onus iniunctum non

substitisset nisi accessisset robur confirmationis apostolicae; propterea enim fuit petita » (Fagnanus ad cap. Il de Praeb, n. 1 et 2).

Quamvis autem obiecta sententia esset probanda non sequeretur onus impositum Canonico Theologo sustineri, quippe hic nulla urgebat necessitas : nam conciones, Canonico Theologo assignatae, tum ex praecepto statutorum, tum vi consuetudinis a S. C. C. firmatae a ceteris Canonicis praedicari debuissent et in praeteritum praedicabantur.

Verum Episcopus, uti patet ex relatis litteris, arbitrato, in Hispania, id in morem venisse, ut Episcopi in edictis affigendis pro aliquo canonicatu *ex officio,* quasdam concessiones, propriis muneribus beneficii, adiungere soleant. Sed putat Canonicus hanc consuetudinem non esse legitimam : immo etiam, in rem istam non posse invocari, quamvis legitima videretur.

Hanc consuetudinem legitimam non esse, iuris ecclesiastici periti in Hispania palam proclamant, tum quia regulae ut beneficia Ecclesiastica sine diminutione conferantur refragatur expresse : tum quia saepius munus praedicandi, cum muneribus horum propriis canonicatuum, non bene componi eo magis comprobatur, iuxta canonicum, si eae ipsae leges inspiciantur, inter Ecclesiam et Hispanos reges concordatae, quibus Episcopus ad praxim defendendam uti conatur. Nam quum aliquod, ea ratione promulgatum *(die 6 dec. 1888)* decretum imperaverit, ut dimidia canonicorum pars in cathedralibus, (praeter canonicos *de officio)* per concursum eligerentur, et praeceperit ut cuique canonico ita eligendo speciale aliquod munus destinaretur, communis invaluit interpretatio, ut duo munera, *nec alternative* eidem canonico imponi queant.

Quod non modo communis docet interpretatio, sed decretum, collatis consiliis, a Rege factum et a Nuntio Apostolico confirmavit. « Visto l'art. 16 del Real decreto concordato del 6 dec. 1888, S. M. la Regina Reggente in nome del suo Augusto Figlio, di accordo col M. Reverendo Nun-

zio Apostolico, ha risoluto: che si significhi la convenienza di ciò, che in futuro non si impongano disgiuntivamente varie cariche speciali al medesimo canonicato » ***(14 novembris 1890).*** Ergo ***a pari*** si simplicibus Canonicis, per concursum eligendis, unum tantum speciale munus assignare licet: canonicis, quos vocant ***de officio,*** qui proprium iam habent speciale munus designatum, iuxta leges in Hispania vigentes, munus alterum speciale iniungi non potest.

Quod si concedatur, ait Canonicus, hanc praxim, quam invocat Episcopus, legitimam esse, haec tamen ad rem istam non quadrat: nec onus Theologo impositum tuetur. Et re vera licite Canonicis ***de officio,*** ut aliquot conciones praedicent, imponitur quum est nullus, qui ***vi propriae obligationis,*** eas praedicare teneatur : et propterea, capituli impensis, ab extraneis sacerdotibus habendae sunt. Tunc, ut capitulum indemne evadat, novum onus canonicis imponi solet. Hic erat casus in causa ***Salmanticensi,***/apud S. C. C. agitata: in quo Canonici, nec vi statutorum, nec alia lege ad concionandum tenebantur. Hinc factum ut vacantibus canonicatibus concionandi munus adiungeretur. At contra in praesenti casu, iam adest, qui vi propriae obligationis concionari tenentur. Sunt Canonici, quibus capitulares constitutiones, quibus mos, suffragio S. C. C. roboratum, ne muneri concionandi se subtraherent mandavit.

Praeoccupat tandem canonicus hanc alteram Episcopi obiectionem: Canonicum Theologum onus istud acceptasse in publicando concursu expressum nec posse, quod acceptavit, hodie detrectare. Cui respondit: quamvis rite theologus onus istud acceptasset, onus tamen huiusmodi non sustineri quod communi legi, immo sanctioni Tridentinae aperte refragatur. At Theologus, haud forte causa cognita, certe non libere, onus istud acceptavit.

Haud forte ***causa cognita :*** nam non constat Theologum, scivisse, vi consuetudinis et statutorum, canonicos, imperante etiam S. C. C. ad concionandum teneri. Haud certe ***libere:*** nam, quin sibi viam praecluderet ad beneficium,

Theologus legem indictam concurrentibus recusare non poterat. Quapropter, id cadit in Theologum, quod olim, alia simili in causa, S. C. O. iudicavit, edicens huiusmodi onere non obligari beneficiatum, qui novum onus in collatione constitutum, non modo acceptaverat, sed se servaturum iuraverat. « Antonina Riccia, Ioannes Stephanus et Garibaldus de Ourtiis erigi mandaverunt in oppido Villae Novae simplex beneficium seu capellaniam sub titulo S. Mariae Gratiarum, cum onere celebrandi missas quinque in qualibet hebdomada et licet in huiusmodi fundatione nullum iniunxerat onus rectori personalis residentiae in loco beneficii vel celebrationis missarum per seipsum____provisum fuit ultimo loco de hac capellania Petrus Marius Garistianus, in bullis autem ad eius favorem ab Episcopo expeditis leguntur infrascripta verba, quod nominatus ad beneficium teneatur habere domicilium in oppido Villa Nova et celebrare personaliter missas sex qualibet hebdomada... quod onus fuit quoque repetitum in iuramento per eum praestito in exequutionem bullarum. Proposito dubio : An orator teneatur ad onus personalis residentiae et celebrandi per se ipsum? Responsum est: Negative ». *(Astin.* 14 Feb. 1698, lib. 49, decret, apud Pallottini, voc. *Ben. quoad vacat).*

Denique ex officio animadversa haec fuerunt. Causa Salmaticen. cit. non videtur esse ad rem. Nam praeterquamquod onus impositum Can. Theologo ab Episcopo non gravabat antea omnes canonicos ex statuto capitulari et ex praxi, prouti in themate; a S. Congr. Concilii non fuit quaesitum utrum huiusmodi onus fuerit iure impositum Can. Theologo, sed utrum, *posito onere* Canonicus Theologus quippe aegrotus, deberet per substitutum et propriis impensis oneri satisfacere, et S. Cong. reposuit *affirmative.*

Episcopus appellat ad leges concordatas, sed si *littera* seu textus inspiciatur harum conventionum nempe concordatum editum die 16 Martii 1851, cum conventione alia superaddita die 4 Aprilis 1860 quamvis de re beneficiaria sermo habeatur, nihilominus de hac facultate Episcopis com-

petente videtur nihil decerni, prouti opinatur etiam Vincentius La Fuente in tractatu « Ecclesiasticae Disciplinae lectiones e Sacro Tridentino Concilio, nec non ex Hispanis synodis et conventionibus ».

Quamobrem novi oneris impositionem quae ipsum afficiat beneficium exploratissimi iuris est, ab Episcopo decerni non posse; sed praeterea quaerendum est, an huiusmodi •onus sustineri debeat quatenus attinget *personam* beneficiati non ipsum *beneficium.* Siquidem vulgatissima regula est inter iurisperitos, onus quod uti *reale* haberi non potest, fieri *personale* afficiens personas contrahentium. Veluti, reditus Ecclesiarum alienari non possunt nisi beneplacitum- intercedat S. Sedis, nihilominus de conventionibus seu transactionibus quae super eisdem fiant, debitis non servatis solemnitatibus, decernit Concil. Trid. sess. 6, cap. 4, De ref., huiusmodi concordias seu transactiones, initas non servatis solemnitatibus necessariis pro alienatione rerum ecclesiasticarum obligare tantum suos auctores, non successores, seu esse *personales* non *reales.* Et Fagnanus commentatus caput 5 *De trans,* statuens « sed census absque Episcopi auctoritate qui praeest Ecclesiae sub hoc praetextu solutus, vitam eius qui solverit non excedit » haec scribit n. 2 : « Nota singularitnr transactionem a Praelato initam super iuribus Ecclesiae validam esse in sui praeiudicium et quamdiu Ecclesiam possidebit etiamsi superioris auctoritas non intercesserit, *sed non obligare successores, cum sit mere personalis ».* Quae doctrina si referatur ad collationem beneficiorum, sequitur novum onus scienter susceptum a beneficiato in actu collationis ab Episcopo factae esse onus *personale;* ita docet De Angelis, tit. *Ut benef, eccles, sine diminutione conf.,* secutus opinionem DD. communissimam, quam fuse explicat Fagnanus *ad cap. 21. De praeb,* qui postquam n. 28, docuerit « receptissima sententia est, Episcopum iure suo ordinario posse imponere pensionem ad vitam titularis gravati » ; sub n. 52 quoad facultatem imponendi onera in beneficia etiam non vacantia ita argumen-

tatur... « aut rector beneficii non consentit reservationi pensionis et reservatio non tenet..., aut consentit, et hinc quamvis pro bono pacis possit obligare seipsum ad solvendam pensionem... tamen nequit obligare successorem». Atqui si Episcopo ius recognoscitur imponendi onera *personalia* seu *volenti* et *consentienti,* in eiusmodi impositione nulla fit iniuria beneficiato, qui ceterum oneri consentit non libenter, sed dumtaxat quia beneficium exoptat aut indiget obtinere.

Hisce praemissis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO Sacra C. C. re disceptata sub die 23 Februarii 1901 censuit respondere . *Attentis omnibus, orator acquiescat; et scribatur Episcopo ad mentem.*

EX 8. CONGR. EPISC. ET REGUL.

LYCÍEN.

IURIS PROPRIETATIS

Die 20 Iulii 1900.

COMPENDIUM PACTI. — Suppressum vi legis Napoleonicae conventum et adnexam ecclesiam B. Mariae Virginis ab Hydria, existentem extra muros civitatis Lyciensis, quorum possessionem Fratres Franciscani usque ad an. 1799 retinuerant, intrusum Gubernium vendidit an. 1813 baroni Mancarella, Petro Montenegro, et de Rinaldis. Ecclesia quae prius in prophanos usus erat adhibita, tandem anno 1850, curante Episcopo Lyciensi, publico cultui fuit restituta. An. 1881 Presbyteri Congñis a Missione tertiam partem conventus, exclusa ecclesia, emerunt a Fratribus Mancarella qui serius, nempe an. 1890 etiam ius super ecclesiam asse-

runt : an. 1884 iidem presbyteri, ecclesia comprehensa alteram tertiam partem conventus a fratribus Leanza successoribus Montenegro acquisierunt: et tandem eodem an. 1884 reliqua tertia pars sive conventus sive ecclesiae ab haeredibus de Rinaldis attributa fuit pristinis dominis P. Franciscanis.

Ex coexistentia duarum familiarum religiosarum res non pacifice processerunt, et dissidium auctum est, quando ecclesia a presbyteris Missionis restaurata, dicata fuit ex Ordinarii licentia nedum B. Virgini ab Hydria sed etiam S. Vincentio de Paulis, ceu testatur inibi lapidaria inscriptio, et statua ab altari maiori in aliud altare fuit translata. De hac innovatione dolentes P. Franciscani precibus insteterunt apud S. Congñem, postulantes inter alia restitutionem beatae leonis in pristinum locum et sibi adiudicari ecclesiam, S. Congregatio, re mature perpensa, rescripto diei 4 Iulii an. 1899 decernendum censuit — *ecclesiam attribuendae, esse Ordini Fratrum Minorum qui primi in ea divinum cultum instaurarunt et S. Iconem Deiparae ab Hydria pristino suo loco restituendam esse.*

Ab isto decreto Presbyteri Missionis appellarunt ad iudicium Plenariae Congñis-: et inter duos contendentes tertius exorsus est nempe Ordinarius Liciensis qui sibi exclusive ecclesiam spectare tuetur.

Disceptatio Synoptica.

IURA CONGREGATIONIS A MISSIONE. — Presbyteri Missionis per suum adlectum procuratorem primo réfutant nonnullas assertiones Fratrum Minorum, tum quoad prioritatem acquisitionis secundae tertiae partis conventus, in qua ipsi praecesserunt Religiosis Minoribus, quia contractus secundae partis Conventus a Presbyteris initus fuit mense Feb. 1884, dum e contra religiosi Minores suam partem acquisierunt in successivo mense Martio, tum quoad dedicationem altaris Maioris in honorem exclusive S. Vincentii de Paulis uti

volunt Fratres Minores, eo quia ex ipsa inscriptione constat altare maius etiam b. Mariae ab Hydria fuisse dicatum, tum demum quoad renunciationem Ecclesiae ex praetenso motivo factam, quia Missionariis Ecclesias publicas habere non liceat, cum ipsi eas de facto habeant. Hisce praemisis advocatus disquirit de proprietate supra ecclesiam et eam vindicat presbyteris Missionis.

Hoc ius ait etiam ab ipsis adversariis recognitum fuisse, cum hi quaesierunt a S. Sede utrum per dicationem maioris altaris S. Vincentio de Paulis novum aliquod ius presbyteri a Missione adepti fuerint. At hoc seposito, patronus contendit ecclesiam praedictis presbyteris esse attribuendam qui ipsi et non Fratres Minores primum in ea cultum instaurarunt. Hoc autem probat ex facto quod licet an. 1881 primam conventus partem acquisierint et in instrumento relativo nuncium Ecclesiae miserint, tamen ex voluntate Episcopi Rector Ecclesiae ipsis clavem Ecclesiae tradidit, et ita in ea usque ab eo tempore cultum libere exercuerunt, sive functiones sacras peragendo, sive confessiones fidelium excipiendo, sive missas litando. De quibus omnibus fidem facit duplici declaratione Rector ecclesiae sacerdos Graia, qui successit Rectori Greco, et in summario firmat aliis productis documentis. Iam vero pergit advocatus, recensita ecclesiastica officia in Ecclesia peragere, quid aliud importat nisi cultum sacrum instaurare?

Incassum vero ex adverso obtruditur quod possessio ecclesiae ex parte Missionariorum fuerit simplex facti possessio, cum ipsi nuncium dederint in instrumento super iure ecclesiae : reponit enim advocatus, quod exercitium cultus in casu suum iuridicum fundamentum nanciscitur in voluntate Episcopi Lyciensis ex cuius annuentia Rector Gala presbyteris Missionis claves ecclesiae tradidit, et nititur etiam in tacito consensu trium dominorum civilium permittentium ut in eorum ecclesia libere divina officia a Missionariis persolvi valerent.

Verum etsi res coarctari vellet ad privatas conventiones

neque de prioritate presbyterorum in cultus exercitio ambigi posset: siquidem hi secundam tertiam partem conventus cum iure super ecclesia habuerunt usque a die 21 Feb. 1883 quando initum fuit compromissum, et Fratres Minores suam partem emerunt mense Martio an. 1884, quamvis iuxta advocatum cultus exercitium pendere non debeat ab ipsis privatis pactionibus.

Item, iuxta advocatum, nullo nititur fundamento alterum Minorum argumentum, nempe quod cum agatur de ecclesia regulari, aequum sit eam reverti ad pristinos dominos : ecclesia enim S. Mariae ab Hydria aedificata fuit a fidelium pietate, et numquam fuit in proprietate Minorum : hinc ob politicas vicissitudines, cessato in ea cultu, disputari poterit utrum ipsa spectaverit, Episcopo, Pontifici, vel dominis adnexi conventus, aut fidelibus, sed numquam asseri poterit eam mansisse in dominio Minorum.

At dato etiam et non concesso quod ecclesia S. Mariae ab Hydria primitus fuerit in dominio Minorum, advocatus advertit quod vi legis Concordatariae an. 1818 inter S. Sedem et Regem Neapolitanum sanatae fuerunt alienationes bonorum ecclesiasticorum: hinc .ecclesiae et conventus a militari gubernio divenditae legitime manserunt apud acquisitores, et nullam molestiam hi in posterum passi sunt. Minores tandem contendunt quod ecclesia per ritum consecrationis exiit a dominio privatorum et rediit ad Franciscanos. Verum reponit advocatus, quod hoc serio obiici non valet : nam cum consecratio fuit peracta, ecclesia iam erat in possessione et dominio presbyterorum Missionis : proinde pro his Ecclesiae consecratio iuxta Minores constituisset titulum amissionis dominii et professionis, quod profecto recipi non potest.

Hucusque dicta valent in linea iuris. Verum, pergit advocatus, si aequitatis ratio prae oculis habeatur, omnia suadent ecclesiam presbyteris Missionis esse adiudicandam. Primo quia Minores pro acquirenda tertia parte Conventus expenderunt libellas 6825, e contra presbyteri Missionis per-

solverunt pro reliquis duabus partibus Conventus libellis 20000, et alias 20000 pro ecclesiae restauratione. Secundo ecclesia ab unaquaque parte circumdata manet ab aedificio Conventus Missionariorum, et Minores pro accessu ad ecclesiam habeat claustrum commune utrique communitati. Tandem Conventus presbyterorum Missionis et Ecclesia inservit tamquam sedes comitiorum Episcoporum regionis Apulae, pro cleri spiritualibus exercitiis, et pro schola Apostolica variarum dioecesum. Atqui haec pia opera facile in pessum irent, et presbyteri Missionis cogerentur ecclesiam relinquere. E contra non longe ab ecclesia S. Mariae ab Hydria adest conventus et ecclesia olim ad fratres Alcantarinos pertinens, ibique facile Minores suos lares figere possent.

IURA FRATRUM MINORUM. — Ex adverso horum Generalis Procurator sequentia deducit. Primum denegat quod Missionarii primi extiterint ad sacra in ecclesia S. Mariae ab Hydria peragenda : siquidem ab Episcopo Lyciensi ut rogati presbyteri Missionis, tamen noluerunt ecclesiam sibi concreditam habere, quia sacras functiones in privata cappella explebant. et hinc Minores an. 1884 primi eam obtinuerunt. Presbyteri Missionis emerunt primam tertiam partem Conventus ecclesiae adnexi an. 1881, et alteram tertiam partem an. 1884 : sed in relativis contractibus nulla mentio recurrit de ecclesiae cessione. Iura super ecclesiam, quae tamen iuxta procuratorem transmitti non poterant, presbyteri Missionis an. 1890 habuissent a dominis civilibus, nempe quando iam a sex annis Minores in ecclesia cultum exercebant.

Deinde Procurator accedit ad refutandum alterum Missionariorum argumentum, nempe de ingentibus expensis quos hi fecissent pro ecclesiae restauratione. Ipse observat quod hae expensae peractae fuerunt a sacerdote Corallo, et quod ecclesia restaurata an. 1887 ritu sacro dedicata fuit : atqui sacerdos Corallo religionem Missionariorum an. 1888 professus fuit : ergo falso asseritur quod ecclesia S. Mariae ab Hydria reparata fuerit ab Instituto Missionariorum. In-

super Procurator animadvertit quod ecclesiae reparatio effecta fuit magna ex parte ope stipis collatitiae plurium fidelium, quorum nomina designat. Cum itaque rationes ex -adverso prolatae nullo solido nitantur fundamento, prono velut alveo fluit, sententiam S. Congñis diei 4 Iulii 1899 •esse confirmandam.

Adversariorum argumentis disiectis, P. Procurator ita Ordinis iura depromit et statuit. Fratres Minores an. 1602 ab Episcopo Scipione Spina Cappellani S. Mariae ab Hydria acceperunt quae ampliata cum aedificatione adnexi conventus an. 1608 canonice erecta fuit per Bullam Pauli V. *Pro fidelibus quorumlibet.* Minores ecclesiam et conventum pacifice retinuerunt ab an. 1602 usque ad annum 1799: et tandem an. 1813 sub gubernio militari ecclesia et conventus fuerunt divenditi. An. 1818 vi legis Concordatariae Summus Pontifex Pius VII alienationes bonorum ecclesiasticorum sanavit. Sed iuxta P. Procuratorem hae sanationes extendi non possunt ad ecclesias divenditas. 1.° quia lex Concordati, utpote Ecclesiae odiosa, est strictae interpretationis iuxta celebre axioma — *odia sunt restringenda* — proinde sub nomine bonorum ecclesiasticorum nequeunt ecclesiae comprehendi : eo magis quia ecclesiae ritu sacro dicatae a commercio exemptae evadunt. 2.° Haec conclusio in themate firmatur ex articulo XIV citati Concordati quo edicitur — *Bona regularium non alienata erunt restituenda... numerus existentium conventuum... quos Minores Observantes, Reformatos, Alcantarinos et Capuccinos vocant, augebitur.*

Iam vero hoc augmentum Domorum Fratrum Minorum fuisset profecto illusorium et fere in praxi impossibile, si religiosi coacti fuissent suas ecclesias iterum aedificare. Unusquisque enim probe scit quae ingens pecuniae vis exigatur ad ecclesiam a fundamentis excitandam. Tandem P. Procurator suam defensionem absolvit allegando decisionem S. Congñis Episcopor. et Reg. editam an. 1880 et die 18 Martii firmatam, casui praesenti affinem et cuius species

haec est. In dioecesi Salernitana quidam parochus sibi ius-vindicabat in ecclesia Franciscanorum suppressa an. 1810 et iterum subiecta legi suppressionis an. 1866. S. Congregationi proposita fuerunt sequentia dubia I. *An et ad quem pertineat ecclesia S. Antonii in casu.* II. *An et quomodo restituenda. in casu.* Et S. Congregatio die 9 Iulii 1880 respondit ad I^{um} *Affirmative favore Fratrum Minorum ;* ad jjum *T0ieranda est praesentia parochi donec in eodem redintegrari poterunt Fratres de Observantia,* et haeq, causa an. sequenti reproposita dimissa fuit responso — *In decisis et amplius.*

Notat P. Procurator quod emissa in themate decisio diei 4 Iulii 1899 eo magis firmari debet utpote quia sermo est de ecclesia et de sufficienti parte Conventus in quorum possessione iam sunt usque ab an. 1884. Hinc potior ratio militat ac in allegata specie causae Salernitanae.

FAVORE ORDINARII LYCIENSIS. — Tandem Episcopus Lyciensis contendit sibi ecclesiam adiudicandam esse. 1. quia dum ex una parte iuxta Concordatum an. 1818 initum inter S. Sedem et Neapolitanum Gubernium declaratum fuit, conventus alienatos relinquendus esse in manu possessorum, ex altera cautum fuit ut adnexae ecclesiae Ordinariorum iurisdictioni subiicerentur. 2. Hoc ius, Episcopus ait, comprobatur ex ipso facto. Ex tempore enim quo Ecclesia B. Virginis ab Hydria ad divinum cultum est redintegrata, cappellani Ecclesiae vel eius Rectores semper ab Episcopo Lyciensis constituti sunt usque ad annum 1884. Quin imo eodem anno' quamvis adnexi Conventus dominae evasissent duae religiosae-Communitates, tamen idem Episcopus ad evitandas discordias censuit Rectores in Ecclesia S. Mariae ab Hydria nominare Superiores duarum Communitatum. Neque, iuxta Episcopum, obstaculum parare valet rescriptum S. Cong. Episc, et Regular, diei 4 Iulii 1899. Ipsum enim sese refert ad quaestionem inter PP. Minores Franciscanos et Presbyteros Missionis, _in qua causa tunc Episcopus fuit extraneus, et ei

proinde nocere non potuit : sed aliter nunc Episcopus qui petiit in causa interventum, censet esse iudicandum.

Hisce rationum momentis a partibus deductis, sequens enodationi propositum fuit

Dubium

Cui Ecclesia S. Mariae ab Hydria sit adiudicanda in casu ì

RESOLUTIO. — Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium die 20 Iulii 1900 partium iuribus serio discussis respondit: —*Attentis omnibus in casu concurrentibus, praevia aequa compensatione danda a presbyteris Congregationis Missionis S. Vincentii a Paulo, quibus Fratres Minores cedant suam tertiam partem Conventus, ecclesiam tribuendam esse ipsis presbyteris Missionis.*

EX 3. CONGREGATIONE RITUUM

BRUNEN. Dubia quoad litanias lauretanas et preces post Missam dicendas

Rmus Dnus Franciscus Salesius Bauer, Episcopus Brunensis, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humiliter expostulavit; nimirum:

I. Utrum Litaniae Lauretanae post tertium *Agnus Dei* rite ac recte absolvi possint, addito statim versículo, responsorio et oratione, vel inserto prius *Christe, audi nos* etc. prouti fit in Litaniis Sanctorum, cum *Pater* et *Ave* vel uno alterove?

II. Oratio ad S. Ioseph, in mense Octobri ponenda est inter Rosarium et Litanias, an post Litanias rite absolutas?

III. Quandonam dicendae sunt cum populo preces post quamvis Missam sine cantu praescriptae, si S. Rosarium, Litaniae et oratio ad S. Ioseph non eodem cum Missa momento finiunt ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae omnibusque perpensis respondendum censuit:

Ad I. Litaniae Lauretanae concedendae sunt uti in Appendice Ritualis Romani, omissis *Christe, audi nos* etc.; versiculus autem, responsorium et oratio post dictas Litanias mutari possunt pro temporis diversitate.

Ad II. Oratio ad S. Ioseph in fine Litaniarum Lauretanarum adiungi potest, iuxta prudens arbitrium Episcopi.

Ad III. « Preces a SSmo D. N. Leone Papa XIII in fine Missae praescriptae recitandae sunt immediate, expleto ultimo Evangelio », ita ut aliae preces interponi nequeant, iuxta decisionem S. R. C. in una *Basileen.* N. 3682, diei 23 Novembris 1887; et si, Missa absoluta, Rosarium a populo recitandum, non sit finitum, Celebrans dictas preces recitet cum Ministro solo.

Atque ita rescripsit. Die 7 Decembris 1900.

DOMINICUS CARD. FERRATA, S. *R. C. Praefectus.*

L. © S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laodieen. S. R. C. Secretarius*

VARIATIONES ET ADDITIONES

PRO MARTYROLOGIO ROMANO

Die 11 Februarii.

Tertio Idus Februarii.

Hetruriae in Monte Senario Sanctorum Septem Fundatorum Ordinis Servorum Reatae Mariae Virginis, qui post asperrimum vitae genus, meritis et prodigiis dari, pretiosam in Domino mortem obierunt. Quos autem in vita unus verae fraternitatis spiritus sociavit et indivisa post obitum populi veneratio prosecuta est, Leo Decimustertius una pariter Sanctorum fastis accensuit.

In Africa natalis Sanctorum Martyrum etc.

Die 8 Martii.

Octavo Idus Martii.

Granatae in Hispania, Sancti Ioannis de Deo, Ordinis Fratrum Hospitalitatis Infirmorum Institutoris, misericordia in pauperes et sui despicientia celebris; quem Leo Decimustertius Pontifex Maximus omnium hospitalium et infirmorum caelestem Patronum renuntiavit.

Die 14 Aprilis.

Decimoctavo Kalendas Maii.

Sancti Iustini Martyris, cuius memoria pridie huius diei recensetur.

Die 16 Aprilis.

Sextodecimo Kalendas Maii.

Romae, natalis Sancti Benedicti Iosephi Labre Confessoris, contemptu sui et extremae voluntariae paupertatis laude insignis.

Die 15 Maii.

Idibus Maii.

Rothomagi, Sancti Ioannis Baptistae de La Salle Confessoris: qui in erudienda adolescentia praesertim paupere excellens, et de religione civilique societate praeclare meritus, Fratrum Scholarum Christianarum sodalitatem instituit.

Die 17 Maii.

Sextodecimo Kalendas Iunii.

Apud Villam Regalem in Regno Valentino, Sancti Paschalis, Ordinis Minorum, mirae innocentiae et poenitentiae viri, quem Leo Decimustertius coetuum eucharisticorum et societatum a Sanctissima Eucharistia Patronum caelestem declaravit.

Die 23 Maii.

Decimo Kalendas Iunii.

Romae, natalis Sancti Ioannis Baptistae De Rossi Confessoris, patientia et charitate in evangelizandis pauperibus insignis.

Die 22 Iunii.

Decimo Kalendas Iulii.

Romae, Beati Innocentii Papae quinti, qui addendam Ecclesiae libertatem et Christianorum concordiam suavi prudentia adlaboravit. Cultum ei exhibitum Leo Decimustertius ^Pontifex Maximus ratum habuit et confirmavit.

Die 5 Iulii.

Tertio Nonas Iulii.

Cremonae in Insubria, Sancti Antonii Mariae Zaccaria Confessoris, Clericorum Regularium S. Pauli et Angelicarum Virginum Institutoris, quem virtutibus omnibus et miraculis insignem Leo Decimustertius inter Sanctos adscripsit. Eius corpus. Mediolani in ecclesia S. Barnabae colitur.

Die 8 Iulii.

Octavo Idus Iulii.

Romae, Beati Eugenii Papae tertii, qui postquam coenobium Sanctorum Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias magna sanctimoniae ac prudentiae laude rexisset, Pontifex Maximus renuntiatus, Ecclesiam universam sanctissime gubernavit. Pius Nonus Pontifex Maximus cultum ei exhibitum ratum habuit et confirmavit.

Die 18 Iulii.

Quintodecimo Kalendas Augusti.

Sancti Camilli De Lellis Confessoris, Clericorum Regularium infirmis ministrantium Institutoris, cuius natalis clies pridie Idus Iulii recensetur: Quem Leo Decimustertius Pontifex Maximus hospitalium et infirmorum caelestem Patronum renuntiavit.

Die 19 Iulii.

Quartodecimo Kalendas Augusti.

Sancti Vincentii a Paulo Confessoris, qui obdormivit in Domino quinto Kalendas Octobris. Hunc Leo Decimustertius omnium societatum caritatis in toto catholico orbe existentium, et ab eo quomodocumque promanantium, caelestem apud Deum Patronum constituit.

Die *22* Iulii.

Undecimo Kalendas Augusti.

Ulyssipone, Sancti Laurentii a Brundusio Confessoris Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Ministri Generalis divini verbi praedicatione et arduis pro Dei gloria gestis praeclari a Leone Decimotertio Summo Pontifice Sanctorum fastis adscripti, assignata eius festivitate Nonis Iulii.

Die 13 Augusti.

Idibus Augusti.

Romae, natalis Sancti Ioannis Berchmans scholasticie Societate Iesu, vitae innocentia et religiosae disciplinae custodia insignis, cui Leo Decimustertius Pontifex Maximus caelitum Sanctorum honores decrevit.

Die 18 Augusti.

Quintodecimo Kalendas Septembris.

In Montefalco Umbriae, Beatae Clarae Virginis, Monialis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, in cuius visceribus Dominicae Passionis mysteria renovata, maxima cum devotione venerentur. Eam Leo Decimustertius Summus Pontifex Sanctarum Virginum albo solemni ritu adscripsit.

Die 19 Augusti.

Quartodecimo Kalendas Septembris.

Romae, Beati Urbani Papae secundi, qui Sancti Gregorii septimi vestigia sequutus, doctrinae et religionis studio enituit, et fideles cruce signatos ad sacra Palestinae loca ab infidelium potestate redimenda excitavit. Cultum ab immemorabili tempore eidem exhibitum Leo Decimustertius Pontifex Maximus ratum habuit et confirmavit.

Die 7 Septembris.

Septimo Idus Septembris.

Nonantulae in Aemilia, S. Hadriani Papae tertii, studio conciliandi Ecclesiae Romanae Orientales insignis. Sanctissime obiit Spinae Lamberti ac miraculis claruit.

Die 9 Septembris.

Quinto Idus Septembris.

Carthagine nova in America meridionali, Sancti Petri Claver Confessoris e Societate Iesu, qui mira sui abnegatione et eximia caritate Nigritis in servitutem abductis, annos amplius quadraginta, operam impendens, tercenta fere eorum millia Christo sua ipse manu regeneravit, et a Leone Decimotertio Pontifice Maximo in Sanctorum numerum relatus est.

Die 10 Octobris.

Sexto Idus Octobris.

Romae, Beati Ioannis Leonardi Confessoris, Fundatoris Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei, laboribus ac miraculis dari: cuius opera Missiones a Propaganda Fide institutae sunt.

Die 16 Octobris.

Decimoséptimo Kalendas Novembris.

Cassini, Beati Victoris Papae tertii, qui Gregorii septimi successor Apostolicam Sedem novo splendore illustravit, insignem de Saracenis triumphum divina ope consecutus. Cultum ab immemorabili tempore eidem exhibitum Leo Decimustertius Pontifex Maximus ratum habuit et confirmavit.

Die 30 Octobris.

Tertio Kalendas Novembris.

Palmae in Maiorica, Sancti Alphonsi Rodríguez Confessoris coadiutoris temporalis formati Societatis Iesu, humilitate ac iugi mortificationis studio insignis, quem Leo Duodecimus Beatorum, Leo vero Decimustertius Sanctorum fastis adscripsit.

Die 9 Decembris.

Quinto Idus Decembris.

Graii in Burgundia, Sancti Petri Fourier Canonici Regularis Salvatoris Nostri, Canonissarum Regularium Dominae Nostrae edocendis puellis Institutoris, quem virtutibus ac miraculis clarum Leo Decimustertius Sanctorum catalogo adiunxit.

Die 19 Decembris.

Quartodecimo Kalendas Ianuarii.

Avenione, Beati Urbani Papae quinti: qui, Sede Apostolica Romae restituta, Graecorum cum Latinis coniunctione perfecta, infidelibus coercitis, de Ecclesia optime meritus est. Eius cultum pervetustum Pius Nonus Pontifex Maximus ratum habuit et confirmavit.

Concordant cum Originalibus. In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, die 11 Martii 1901.

Pro R. P. D. DIOMEDE PANICI, Archiep. Laodicen. Secretario

L. * S.

Philippus Can. di Fava, *Substitutus.*

URBIS ET ORBIS, quoad festum S. Ioannis Baptistae de La Salle.

Ad humillimas preces Rev. Fr. Robustiani, Procuratoris Generalis et Postulatoris Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, ab infrascripto Cardinali Sacro Consilio legitimis Ritibus cognoscendis ac tuendis Praefecto relatas, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, ex ipsius Sacrae Congregationis consulto, benigne concedere dignatus est, ut festum Sancti Ioannis Baptistae de La Salle Conf., cum Officio et Missa de Communi Conf. non Pont., exceptis Oratione et Lectionibus secundi ac tertii Nocturni propriis, sub ritu duplici minori, die decimaquinta Maii, post annum 1902, ab universa Ecclesia quotannis recolatur; mandavitque ut Kalendario Universali ac novis editionibus Breviarii et Missalis Romani eiusmodi festum cum supradicto Officio ac Missa (de eodem Communi *Os iusti* praeter Orationem et Evangelium) inscribatur, nec non ellogium, prout huic praeiacet Decreto, Martyrologio Romano inseratur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 Februarii 1901.

D. Card. FERRATA *Praef.*

L. « S.

† DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius*

RUTHENEN. beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Mariae Guileimae Aemiliae De Rodat fundatricis congregationis sororum a S. Familia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Singulari Dei providentis consilio factum est, ut per hos dies quibus apud ipsas gentes, quae humanitatis cultu atque etiam catholico gloriantur nomine, nequicquam reclamantibus bonis omnibus, benemerentissimis Familiis religiosis aere bellum infertur, publice per Apostolicam Sedem honori et memoriae prospiciatur eorum qui ex iisdem Familiis vitae sanctitate atque insigni meritorum laude admirabiles extiterunt.

Hos inter merito accensenda est virgo illa fortissima de christiana puellarum institutione deque omni fere humanae vitae conditione optime merita Maria Guilelma Aemilia de Rodat Instituti Sororum a S. Familia Mater legifera, cui ad honores Beatorum Caelitum paratur ascensus.

Ortum habuit in pago Druelle in Gallia prope civitatem Rodez ex honestis piisque parentibus. Infantilia in oppidum Ginals ducta sedulae aviae curis ita respondit, ut uberior ex tenera illa aetate fructus desiderari non posset. In pietatem prona ac divini amoris aestu succensa, a mundi illecebris aliena, patientia et lenitate excellens etsi fervidiorem indolem sortita, in egenos benefica, magnam de se expectationem excitavit praeclaris animi dotibus ac virtutum praesentia. Nacta occasionem anni sacri MDCCCIV innoxium corpus mira austeritate coercuit. Christianae propagandae fidei cupidissima, ac mire studiosa divinae gloriae, salutisque communis ad futurum caritatis ministerium viam -quodammodo stravisse visa est adscitis sibi sociis puellis aliquot, quibuscum de Deo ac caelestibus rebus crebro diuque colloqueretur.

Annos nata decem et octo monasterium ingressa est cui nomen a matre Saint-Cyr ubi munus diligentissime obivit Fidei rudimenta tradendi puellis, easque ad sacrum convivium

rite disponendi. Eam domum annos undecim incoluit licet interrupto, quod in pluribus Sororum aliarum aedibus frustra religiosam vitam periclitata est. Ad pristinam denique sedem reversa et aegrotis curandis destinata, de nova constituenda Familia puellis egenis erudiendis alendisque cogitavit. Consilio in rem deducto, alterum brevi aperuit ludum nobilioribus puellis instituendis. Mox aegrorum curae et eorum solatio qui custodia •detinerentur sorores alias addixit nulla claustri lege obstrictas ; item aedes condidit pro infantibus domosque recipiendis feminis quas a via lata et spatiosa ad arctam salutis semitam •christiana caritate traducebat. Haec autem institutio multiplex qua Ven. Dei Famula nullum ferme caritatis genus omisit, celeriter per omnes Galliae provincias propagata est.

Ita per labores, sollicitudines, aerumnas plurimas Dei gloriae et proximorum saluti quum optime consuluisset, fractis tandem corporis viribus, pretiosam in conspectu Domini mortem obiit decimo tertio calendas octobris an. MDCCCLII.

Aucta post obitum fama sanctitatis, quam in omni sibi vita comparaverat, praesertim ob prodigia quae ipsius invocatione a Deo acta ferebantur; de eius vita rebusque gestis rite instituta est inquisitio, servatis omnibus quae in huiusmodi Causis •ex Apostolicis Costitutionibus sunt praemittenda de eiusdem virtutibus initum examen ab hac S. Congregatione.

Triplex itaque hac de re habita est desceptatio. Prima sexto idus maii anno MDCCCXCVIII penes Rmum Cardinalem Lucidum Mariam Parocchi, Episcopum Portuensem et S. Rufinae Causae Relatorem; altera in Aedibus Vaticanis octavo calendas sextiles anni insequentis; tertia in conventu generali ibidem habito quarto calendas Martii volventis anni coram SSmo Domino Nostro LEONE PAPA XIII; in quo ab eodem Rmo Cardinali proposito dubio : « *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Ven. Servae Dei Mariae Guilelmae Aemiliae De Rodat in casu et ad effectum de quo agitur* ». Rmi Cardinales et Patres Consultores singuli suffragia tulerunt. Sanctissimus autem Dominus Noster mentem suam aperire distulit, admonuitque ut in re tanti momenti divinum lumen instantius exposceretur.

Hodierno vero die Dominica infra octavam D. N. Iesu caelos ascendentis divinae maiestati Hostia devotissime immolata, ad nobiliorem Vaticanae Aedis aulam accedens Rmos Cardinales accersivit Dominicum Ferrata S. RR. Congregationi Praefectum et Lucidum Mariam Parocchi Causae Relatorem, una cum R. P. Io. Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore et me infrascripto a secretis, iisque adstantibus solemniter et rite edixit: « *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, iisque adnexis Ven. Servae Dei Mariae Guilelmae Aemiliae De Rodat in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur* ».

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta SS. RR. Congregationis referri mandavit decimo nono calendas iunias anno MDCCCCI.

DOMINICUS CARD. FERRATA, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

LITTERAE SS.mi Patris Leonis XIII ad auctorem libri in quo exposita est admirabilis inhabitatio Sancti Spiritus in animis iustis.

Dilecto Filio Bartholomeo Froget Sodali Dominicano. Pictavium.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — De ingenii doctrinaeque fructibus quos nobis frequentes catholicorum exhibet pietas, ii profecto solent multo accidere gratiores qui ad illustranda documenta Nostra utiliter spectent. Et peculiari quidem gratia dignus est liber quem abs te nuper accepimus; in quo, ex disciplina Angelici doctoris, divini Spiritus admirabilem in animis iustis inhabitationem dilucida copia exposuisti. Caput istud fidei catholicae, sane praestantissimum piaeque consolationis abundans effectu, litteris Nos encyclicis *Divinum illud, munus,* sollertiae eorum valde commendavimus qui animis ad aeterna excolendis pro officio dant operam. Aequissimum nempe est tantarum rerum ignorationem a populo christiano plane depelli; atque adeo id enixe efficiendum ut *altissimi donum Dei,* unde complura manant et maxima beneficia, omnes religiose studeant et noscere et diligere et implorare. Cui assequendo proposito iam adiumentum non tenue ex libro tuo esse profectum, gratulamur tibi; eoque deinceps amplius profecturum esse speramus libentes et cupimus. Tuum porro obsequium erga auctoritatem Nostram tuumque in Nos more deditissimi filii animum collaudantes, paternae benevolentiae testem et munerum auspicem divinorum, Apostolicam benedictionem tibi peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 20 februarii 1901, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

LEO PP. XIII.

LITTERAE SS.mi D. N. Leonis XIII quoad consociationem Rosarii perpetui.

Al diletto Figlio Costanzo Maria Becchi, dei Predicatori, Direttore dell'Assoc. del Rosario Perpetuo in ItaUa.

Le nostre ferme speranze di quattro anni fa, quando scrivemmo l'Enciclica sul Rosario di Maria, sono dunque ora un fatto compiuto non solo, ma che di giorno in giorno sempre

più si riafferma. Mentre che, come tu ci hai fatto sapere, anche in Italia si è organizzata l'Associazione del Rosario Perpetuo, e già più migliaia di cattolici di giorno e di notte si succedono gli uni agli altri, per implorare, col Rosario, lode e supplica perenne, sopra di loro e sulla Chiesa travagliata i favori della divina Madre. Questo è per noi gioia grandissima, per Noi che fin dall'infanzia affettuosamente amammo la Madre di Dio, e sempre sperimentammo quanto utilmente si ripongano nel suo patrocinio le nostre speranze. Quindi è che, non solamente lodiamo il fruttuoso lavoro, con cui in ciò ti adoprasti; ma esortiamo tutti i fedeli, perchè ognuno si arruoli a questa legione di preganti sotto il vessillo di Maria, e pronti'stiano al dovere.

Affinchè poi con più zelo ciò avvenga, a te in primo luogo, ed a tutti gli altri già ascritti o che si ascriveranno al Rosario Perpetuo, arra dei favori del cielo, impartiamo di cuore l'Apostolica Benedizione.

Dato a Roma, presso S. Pietro, il giorno 28 marzo dell'anno 1901, vigesimoquarto del Nostro Pontificato.

LEO PP. XIII.

LITTERAE SSmi D. N. Leonis XÍII ad Abbatem Solesmensem, quibus laudat et excitat studia et publicationes quoad cantum gregorianum peractas a viris religiosis Ordinis Benedictini.

Dilecto Filio Religioso Viro Paulo Delatte
O. ***S.*** *B. Abbati Solesmensi*

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Nos quidem et novimus et alias « laudavimus positam a vobis intelligenter operam in scientia eorum concentuum sacrorum, de quibus memoriae est proditum, ad magnum Gregorium referendos esse auctorem.

Similique ratione non potest Nobis non probari vester ille in conquirendis vulgandisque veteribus de eo genere monumentis tam operose tamque constanter insumptus labor. Quorum laborum fructus varios videmus iis consignatos voluminibus nec sane paucis, quae nobis grato admodum munere diversis temporibus misistis, quaeque late iam, ut accepimus, in luce atque oculis hominum versantur, ac multifariam quotidiano

recipiuntur usu. Omnino quidquid suscipitur studii in hac illustranda augendaque rituum sanctissimorum comite atque adiutrice disciplina, dandum laudi est, non solum propter ingenium et industriam, sed etiam, quod longe maius, propter speratum divini cultus incrementum. Siquidem gregoriani concentus prudentissime sunt sapientissimeque ad illuminandum verborum sententias inventi, atque inest in eis, si modo adhibeantur perite, magna vis et mirifica quaedam mixta gravitati suavitas, quae facile illapsa audientium in animos pios ciere motus cogitationesque salutares alere tempestive queat. Quotquot igitur sunt, praesertim ex alterutro ordine Cleri, qui se posse aliquid in hac vel scientia vel arte sentiant, pro sua quemque facultate elaborare omnes convenit sollerter et libere. Salva quippe caritate mutua et ea, quae debetur Ecclesiae obtemperatione ac reverentia, multum prodesse multorum in eadem re studia possunt, ut vestra ad hanc diem.

Divinorum munerum auspicem, itemque paternae benevolentiae Nostrae testem tibi, dilecte fili, sodalibusque tuis apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die 17 Maii anno 1901. Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

LEO PP. XIII.

IITTERAE SSmi D. N. Leonis XIII ad Herbertum Story Praefectum et Vice-Cancellarium, item Rectorem, Doctores atque auditores Universitatis Studiorum Glasgaensis (Glascow), recolentes his diebus annum 450 ab institutione istius universitatis.

Iucundas scito Nobis communes litteras vestras fuisse. Memoriam beneficiorum colere, multoque magis ferre prae se palam ac libere, virtus est non humilia nec angusta sentientis animi: atque istiusmodi virtutem libet quidem in vobis agnoscere, studiorum optimorum ingeniique decora praeclare cumulantem. Quod enim Lyceum magnum, ubi vestra omnium desudat industria, debet Apostolicae Sedi origines suas, idcirco sub solemnia eius saecularia ad romanum Pontificem vestra provolavit cogitatio memor, atque ultro arcessivistis Nosmetipsos in laetitiae societatem, tamquam desideraturi aliquid, si voluntatis Nostrae significatione in hoc tempore caruissetis.

Equidem gratum habemus facimusque plurimi tale officium humanitatis cum iudicii aequitate coniunctum. Memoria autem vetera repetentes utique diversamur apud vos animo per hos dies, reique tam utiliter a Nicolao V. Pontifice maximo institutae cogitatione delectamur. Quo quidem instituto certe magnus ille decessor Noster de Scotorum genere immortaliter meruit; praetereaque et ipse in aperto posuit, romani pontificatus virtutem in elegantiam doctrinae, in studia irtgenuarum artium, quibus maxime rebus alitur humanitas gentium, ad incrementum suapte natura influere. Cetera istud maiorum disciplinarum nobile domicilium constanter florere cupimus salutarium ubertate fructuum et gloria nominis: Deumque omnipotentem comprecamur, ut doctos labores vestros omni in genere ad veritatem dirigere, vosque universos perfecta Nobiscum caritate coniungere benigne velit.

Datum Romae apud S. Petrum die IX Iunii Anno MDCCCCL Pontificatus Nostri vicesimo quarto (1).

LFO PP. XIII.

(1) *Pontifici Maximo Viro Sanctissimo Reverendissimo Eruditissimo Leoni XIII Universitas tota Glasguensis Cancellarius Rector Professores Graduati Studentes Salutem.*

In multo nostro gaudio — quippe mox ferias saeculares celebraturis — illud potissimum gratis animis recordari libet quod amplam hanc Universitatem, copiis omnibus hodie ingenii atque operum instructam, ab ipsa Sede Apostolica profectam, et cum amantissima Pontificis Maximi commendatione institutam, a maioribus accepimus.

Doctissimus enim ille Pontifex, Nicolaus Quintus, anno incarnationis Dominicae millesimo quadrigentesimo quinquagesimo primo, summum suum in Scotos atque artes amorem praeferens, luminibus ipse omnibus et ingenii et liberalium artium illustrissimus, Studium apud nos Generale institui, et doctores magistros studentesque nostros liberlatibus omnibus quae in Studio civitatis suae Bononiensis concessae fuerant, gaudere atque uti voluit.

Quod tantum beneficium cum sicut pia filia matri carissimae acceptam referamus, illud nos decere arbitramur, ut Sanctitatem tuam participem fore nostri gaudii speremus, meritasque Sedi Apostolicae grates pro tanto merito proferamus.

Oramus igitur ut hanc nostram felicitatem auctoritate tua cumulare digneris; et si per tempora haec iniqua, per tot maris et viarum difficultates non poterit fieri tit Beatitudo tua adsistat feriantibus, optamus saltem fore ut per alium quemdam benevolum tuum in nos animum signifiées, et Universitatem hanc nostram, ab erudito Nicolao erectam, a Iacobo Scotorum rege fotam, a Gulielmo Episcopo Glasguensi curatam atque defensam, a multis denique regibus noslris multis auctam beneficiis, eruditissimus ipse, litterarumque Latinarum cultor elegantissimus, pro humanitate tua amplificare velis, atque ad nova usque saecula commendare.

Dabamus Glasguae, Idibus Maiis, MGMI.

R. HERBERT STORY
Praefectus et Vice-Cancellarius.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

———49fr———

ANDRIEN.

IURIUM CONFRATERNITATIS AD S. FUNCTIONES

Die 26 Ianuarii 1901.

Sess. 22 cap. 9 De Ref.

COMPENDIUM FACTI. In civitate Andria, ubi pietas maiorum tot cumulavit ad divinum cultum provehendum instituta iampridem seu tribus abhinc saeculis in Ecclesia, Divo Augustino dicata, viguit et adhuc viget sodalitas a S. Monica nuncupata. Haec amico foedere iungebatur cum Fratribus Eremitanis, qui S. Augustinum uti Patrem Legiferum venerantur, quique huic Ecclesiae addicti erant. At hi ex suo domicilio, prouti reliquis accidit familiis religiosis, ob eversionem rerum publicarum sub fine saeculi decimoctavi eiecti fuerunt ; ipsis vero suffectum fuit canonicorum collegium quod ad nostros usque dies hanc Ecclesiam obtinet. Verum aliqua facta est mutatio in regimine huius Ecclesiae, hoc postremo tempore, quum anno 1857 auctoritate S. C. C. quinque paroeciae Andriae constitutae sunt per divisionem unius paroeciae, quae antea habebatur. Ex istis vero una erecta fuit paroecia in Ecclesia S. Augustini ; eademque gubernanda commissa fuit Parocho, qui minime recenseretur inter canonicos atque iure proprio frueretur ratione sui officii.

Confraternitas, cui titulus a S. Monica suum habet Rectorem et certas functiones uti referunt sodales, usque solita fuit celebrare, duce et moderatore suo Rectore. Hodie vero Parochus sibi vindicat ius has functiones indicendi et celebrandi, quippe confraternitas quae suam *canonicam institutionem* ostendere non valet, sed dumtaxat *regium assensum,* non accensenda est Confraternitatibus proprie dictis, quibus celebre Decretum *Urbis et Orbis* a. 1703 ius

constituit, sed sodalitatibus *laicalibus* aut *piis unionibus* adnumeranda est, obnoxia Parochi auctoritati et nutui.

Ex adverso Confraternitas autumat, se non carere decreto *canonicae institutionis,* quod iniuria uti apocryphum habet contradictor; aut saltem contendit, ex *immemorabili consuetudine,* sibi ius confraternitatis denegandum non esse. Quare haec Curiam adiit, in suum favorem potissimum recolens quamdam Curiae sententiam a S. C. C. confirmatam *die 6 Maii 1893,* qua haud dissimilis controversia definiebatur inter confraternitatem ab Immaculata Conceptione et Parochum ad Ecclesiam *SSmae Annuntiatae* (1).

Nihilominus Curia Andrien. *die 11 Feb. 1899* sententiam edidit secundam intentioni Parochi ad S. Augustini; quocirca Confraternitas apud S. C. C. iudicium instituit appellationis, quod partes persequuntur per constitutos procuratores, hisce rogatis dubitandi formulis : I. « *An sententia Curiae Andriensis diei 11 Feb. 1899 sit confirmanda* » et quatenus negative - II. « *An functiones propriae controversae sodalitatis idest, expositio SSmi Sacramenti in forma 40 horarum, anniversaria pro sodalibus defunctis, festum S. Monicae et Virginis a Consolatione nuncupatae, nec non quartae Dominicae cuiusvis mensis, ad Parochum seu potius ad, Rectorem supramemoratae sodalitatis pertineant in casu* ».

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO SODALITII. Per suum procuratorem sodalitas appellans in primis re feilere studet exceptionem, qua innixus Andriensis iudex causam Parocho adiudicavit, qua Parochus intendit, sodalitatem non legitima auctoritate fuisse institutam : « et ideo carere iure standi in iudicio adversus Parochum. Quinimo si concedatur validum fuisse decretum erectionis, non constat ex eodem Sodalitatem erectam fuisse in Ecclesia S. Augustini ». Reponit advocatus sodalitatem rite

(1) Recole Vol. XXVI, 203.

fuisse institutam, prouti decretum Episcopi Strozzi testatur die 19 Februarii 1628.

At obiicit parochus - Decretum Episcopi habendum esse apocryphum, cui advocatus respondet *ex autographo decreto* exemplar, quod exhibuit sodalitas, notarium excripsisse. At exemplaribus ita excriptis a notario, certa fides, utroque in foro debetur: nec aliter hanc denegare liceret, quam si de falso constaret — « extracta est ista copia e suo originali exsistente in quodam libro antiquo Ven. Cong. S. Monicae... Et in fidem ego Baldinus de Andria notarius » - Neque mirum, quod Parochus miratur, fere saeculo post factum decretum Baldinum vixisse. Ille enim haud ex Episcopi subscriptione, sed ex signo quo obsigna,erat Episcopus, ex ipso textu, dubio procul arguebatur. Eoque magis quod in Curiae tabulario recognitum a Baldino exemplar inventum est.

Opponit parochus :. Episcopi decretum haud ratum habendum quia oportet, Regularibus in Ecclesiis, Regularium assensus exquiratur; at contra notat orator haud corruere decretum si Regularium assensus desiderentur, sed regularibus tuntummodo privilegiis sodalitatem orbari. Assensum vero non defuisse, probat ex hoc documento: « A di 16 novembre 1693 congregati dentro il solito oratorio li fratelli di S. Monaca, il Priore Francesco de Chio ha dato al Sagrestano la consegna della seguente roba... un' altra tabella dei fratelli - un'altra dei statuti della Confraternita di S. Monaca - un quadro delle indulgenze concesse alla detta Congregazione dai RR. PP. Agostiniani ».

Deinde probat ex coniectura, ex qua eruit id Regulares approbasse, quod nullo tempore reprobarunt. Nam si Regulares sodalitatem non approbaverant, vix credibile eos a se non approbatam duo per saecula sua in Ecclesia pertulisse.

Sodalitatem vero fuisse Episcopi decreto institutam, probat orator, quia Andrienses Episcopi assidue uti rite institutam habuerunt. — Eam sane ut legitimam, visitarunt

« praeterea undecim sodalitates sive laicorum confraternitates in aliquibus praedictis Ecclesiis fundatae reperiuntur... una in claustro conventus S. Augustini sub titulo S. Monicae » - ab ea rationes repetierunt : « essendoci stato presentato ed esibito il presente libro delle rendite della Venerabile Confraternita di S. Monica sotto la protezione e titolo di S. Maria della Consolazione dentro la Chiesa di S. Agostino di questa città di Andria... dopo aver ammesso tutte le partite di introito ed esito, di frutto come di capitale... averno ritrovato » (a. 1813 die 3 Mart.) — curarunt, per sacerdotem a se delectum, ut religiose administraretur. — « La confraternita si aduna assistita dal Rettore, non che da questo Rev. deputato Ecclesiastico ». — Immo etiam, quum, sodalibus rogantibus, peculiaribus privilegiis, (indulgenze), sodalitatem ut legitime institutam, Romanus Pontifex decorasset « in Ecclesia conventus fratrum Ordinis Heremitarum S. Augustini civitatis Andriae, canonice, ut asseritur, instituta » Episcopi, quod concesserat Pontifex, sunt exsecuti, et privilegia, ut sine fraude impetrata, sollemniter sua subscriptione rata habuerunt. « Visto da noi in Sacra visita addi 6 Maggio 1823 — Michele Priore Cuomo Prot. Anostolicus — Vic. Gen. ».

Adsunt, pergit orator, scriptae, iam inde antiquitus, constitutiones, quibus sodalitas regitur, (a. 1693). « Le regole sono in una tabella, che si conserva nell'oratorio - furono approvate e confermate dal medesimo Vescovo Strozzi ». — Usque indicti sunt, a sodalitatis initiis, sodalium conventus : in quibus se legitime institutam sodalitas sexcenties asseveravit. — « Riunita la Ven. Fratellanza sotto il titolo di S. Monica di questo comune, eretta in detta Chiesa di S. Agostino » (a. 1844). Episcopi vel hisce conventibus interfuerunt per vicarium, vel certe quum rationes acciperent, Ecclesiamve visitarent, conventuum sibi exhibitas relationes saepe saepius lectitarunt. — Sacra celebrata sunt quae sodales saccum induti a saeculo septimodecimo celebrare solent ; sunt pompae, quibus, propria praeeunte cruce,

ex eodem tempore, eadem veste adesse solent. Accedit, notat orator, quod haec sodalitas, iam saeculo septimodecimo, nunc pacta inibat, nunc adibat hereditates, nunc in forum ad sua repetenda admittebatur. Accedit quod Ecclesiasticis constitutionibus, sodalitas, vel in suo censu dispensando, religiose obtemperavit. Quod fieri nec poterat profecto nisi Ecclesiasticis sodalitatibus sodalitas annumeraretur « la fratellanza di S. Monica... avendo stabilito... che si prendano ducati duecento delle maggior somme esistenti nelle nostre casse mortuarie, e che si diano a mutuo... e trovandosi inibito ciò a potersi fare dal titolo terzo, capitolo nono, articolo quinto del sinodo diocesano... sente l'obbligo di umiliare a V. S. Illma le sue preghiere perchè... si degni dispensare a tale prescrizione ». Quae signa adeo sunt perspicua, ut certe collocent extra dubitationem iura confraternitatis si non ex positivo decreto Episcopi, saltem ex *praescriptione.*

Praeterea contendit patronus, Sodalitatem rite fuisse institutam in ipsa Ecclesia S. Augustini. Sane ait decretum ab Episcopo Strozzi datum: « Concedesi l'erezione della prefata Congregazione con quanto di più si contiene nella supplica ». — At sodales, id per (libellum imploraverant, ut iam nata in Ecclesia S. Augustini sodalitas ab Episcopo institueretur. Ergo sodalitatem hac in Ecclesia esse institutam, Episcopi testimonio declaratur. — « D. Nunzio Papalino, D. Riccardo Mastro Antonio, D. Giovanni Felice Ciampa, D. Federico Colucci, con molti altri della città di Andria supplicando fanno intendere a V. S. Illma e Rvma come nella Chiesa di S. Agostino di Andria si è principiata una Congregazione sotto il titolo della cintura di S. Agostino e S. Monica ».

Obiicitur, eodem in libello, verba aliqua inveniri quae significant, non in Ecclesia S. Augustini, sed proprio quodam in sacello sodalitatem institutam fuisse ; «supplicano devotamente V. S. Illma e Rma voglia dare il suo santo consenso, beneplacito, benedizione ed anco licenza di poter que-

stuare per la città e detta elemosina applicare a benefizio del detto oratorio e cappella», at advertit procurator, haec verba significare, Sodalitatem sacello eguisse « dove si potessero radunare i fratelli e far congregazione a tempo opportuno » : — et missa congregatis sodalibus, si occasio ferret, litaretur « e dentro T oratorio di detta Congregazione far celebrare messe essendo eretto in quello altare ». — Hisce usibus sacellum fuisse destinatum: non ibi tamen, sed in Ecclesia sodalitatem institutam fuisse, contendit orator. «Si ibi enim sodalitas instituta fuisset vix concipitur, eodem in libello, sodalitatem - in Ecclesia - natam esse paulo supra affirmari. Vix concipitur illud, instat orator, fuisse petitum, ut missa in sacello litaretur. - Neque concipitur, haud in sacello, sed in Ecclesia, sodales assidue sacra fecisse ; in sacello autem ubi sacra non faciebant conventus assidue celebrasse. - « Congregato Capitolo dentro T oratorio di S. Monica ».

Ulterius parochus opponit, non in Ecclesia, sed in sacello sodalitatis aliquando sedem sodales collocasse. Respondet advocatus, minus apto sermone interdum usos fuisse sodales quippe sodalitas, quum in Ecclesia sacra faceret, in sacello congregantur, aliquando, originem non expendenti, in sacello sedem habere videbatur. Verum hanc sedem sodalitatis Praesides in Ecclesia collocarunt, quum Episcopos sacra in Ecclesia indicturi, per libellum adierunt. - « Il Priore di questa Congrega di Santa Monica canonicamente eretta in questa Chiesa Parrocchiale di S. Agostino ». Hanc sedem habuerunt in Ecclesia sodalitatis administratores, quum rationes conficerent « libro introiti ed esiti della Venerabile Confraternita di S. Monica, sotto il titolo di Santa Maria della Consolazione, sita dentro la Chiesa di S. Agostino di questa città di Andria ». « Conto morale e materiale che si dà dai membri della Commissione amministratrice della Congrega di S. Monica eretta nella Chiesa Collegiata della SS. Nunziata » ; hanc denique in Ecclesia vigere Antistites qui dioecesim rexerunt, ita attestati sunt:

« Essendoci stato presentato ed esibito il presente libro delle rendite della Ven. Confraternita di S. Monica sotto la protezione e titolo di S. Maria della Consolazione dentro la Chiesa di S. Agostino... ».

Omnem dubitationem, iuxta advocatum, auferunt alia quae habentur argumenta, videlicet, in Ecclesia propria est ara sodalitatis S. Monicae dicata; quam instruunt, suis sodales impensis, sacrorum splendore décorant. - « In cornu Evangelii altaris maioris adest ara S. Monicae e lapidibus confecta. In medio eius asservatur tela picta virginem Consolationis S. Monicam et S. Augustinum praeseferens. Candelabra sunt ex ligno deaurato : et manutenetur haec a sodalitate praedicta S. Monicae, quae plura legata pia sodalitatis satisfacienda curat (ex sacr. visit. Ep. Bolognese a. 1830) ».

Praeterea, ait orator, abhinc annis sexaginta, controversum sacellum, cum parvo quodam sacrario (sacrestia) sodalitas permutavit : illius vero, Episcopo non refragante, Capitulum possessionem adeptum est. Si sodalitas in sacello instituta fuerat, nemo credet, ait patronus, illud, Episcopo non refragante, sodales Capitulo tradidisse et sacrarium, sacelli loco, accepisse, ubi sacra fieri non poterant, quia ara desiderabatur.

Etsi admittatur, pergit advocatus, sodalitatem institutam fuisse in sacello, tamen constat eam a primordiis in Ecclesia sollemniter sacra fecisse : ita vero, ut nec initio Augustiniani, nec postea capitulum, nec ipse Parochus ante hanc causam inchoatam, ullo tempore, recluctarentur. Constat porro id Episcopos non latuisse, qui suam, ubi fuit opus, auctoritatem hisce in sacris interposuerunt. - Is autem qui suo iure abutitur, vel per tria saecula non perfertur : vel si perfertur, ex alterius patientia, ius sibi certum comparare videtur, instat patronus. Sodalitatem tria per saecula in Ecclesia, nullo umquam reluctante, sacris operam dedisse, eruit advocatus potissimum ex more colligendi stipem in Ecclesia quod fieri iuxta oratorem non poterat, nisi

ibi sacra celebrabantur. - Bruit ex eo quod sodales ara maxima aliquando sunt usi, Augustinianis illud tantum interdicentibus, ne machina apponeretur. - « All' occasione delle 40 ore si è impedito a'fratelli (laici della congrega sotto il titolo di S. Monica) di erger macchine sopra Faltar maggiore di marmo di detta chiesa, proprio di esso convento, ed al quale costa migliaia, per evitare danni allo stesso marmo, allo stucco ed anche al coro per le travi necessarie a tal macchina ». - Accedit, urget orator, quod ea ipsa testimonia haec confirmant, quibus Parochus nititur suam fundare exceptionem. Nam haec ostendunt, ¡Episcopo Adinolfio, Praesides sodalitatis, sodalitatem sua carere Ecclesia, respondisse, sed addidisse, in Ecclesia S. Augustini, quae erant propria sodalitatis, sacra celebrari : — non ha chiesa propria ma all'occorrenza fa le sue funzioni nella chiesa di S. Agostino ».

At obiicitur, dum ne machinae apponerentur, sodalibus interdicebant Augustiniani, eos se expulsuros minatos esse, nisi praecepto obtemperarent ; « è in libertà dei PP. di espellerli come perturbatori della loro pace » ; respondet patronus has minas nulli rationi fuisse innixas, quas proinde fiocci fecit curia Andriensis et sublato Augustinianorum interdicto, ne sodales apponere machinam vetarentur, districte mandavit. - « La Curia Vescovile di Andria ha dato fuori una decretazione... colla quale ha ordinato al Priore di detto convento che sotto pena di due. 50 piis usibus erogandis, non avesse fatto novità, praecise nelF orazione delle macchine esposte da detto fratello ».

Quia ex dictis, iuxta advocatum satis liquet, sodalitatem auctoritate Episcopi in Ecclesia S. Augustini institutam fuisse, disserit de iuribus sodalitatis. Quae autem propria sodalitatis sacra sint habenda, haec docet sententia Andriensis, quam S. C. C. die 6 Maii 1893 confirmavit. - Quae tenet esse propria sodalitatis- « quelle funzioni, alle quali la congrega si trova obbligata per regole o convenzioni direttamente o indirettamente approvate o almeno da

gran tempo riconosciute dall'autorità Ecclesiastica— per cui la Congrega ha già un diritto corrispondente ad obbligo di farle eseguire a suo nome ».

Initium facit advocatus ab illa s. functione qua Sacramentum adoratur « esposizione del SSmo in forma di quarant' ore nella quarta Domenica di Quaresima ». - Sacrum istud, a sodalitatis origine, sodales, ut impositum sodalitati assidue, usque ad aevum nostrum indixerunt, refert advocatus. Nam exeunte saeculo septimodecimo iam sodalitatis onus istud agnoscebat : et sacrum, suo nomine celebrandum, indicebat et libere moderabatur. - « Congregato Capitolo dentro l'oratorio di S. Monica - .... si devono eleggere li deputati per le Quarantore della quarta Domenica di Quaresima » (die 8 feb. 1683) « si propone alla fratellanza loro, come sono avvicinate le 40 ore che si devono fare da questa nostra Congregazione per i legati che tiene ed è bisogno di eligere due deputati per haver pensiero di prendere cera, polvere, musica e prediche ed ogni altra cosa bisognante a dette Quarant'hore acciò si facciano con decoro e carità » (die 8 mart. 1696) ».

Non aliud, pergit orator, Augustiniani sunt testati eodem ipso libello, quo machinam ad aram maximam a sodalibus apponi conquerebantur - « se i fratelli hanno l'obligo di fare il triduo, non hanno la facoltà di distruggere e rovinare la Chiesa con macchine » (die 15 martii 1787). - Non aliud relationes fatentur, quae ab Episcopis, Dioecesim visitantibus exarari solent - « Questa Congrega... tiene il peso di fare l'esposizione del Venerabile per quattro giorni che comincia dalla quarta Domenica di quadragesima fino al mercoledì seguente » (Ex S. Vis. Ep. Adinolfi).

Hoc autem onus esse confraternitatis proprium, eruit advocatus ex Constitutionibus ita iubentibus: « Deve la Congrega far fare in ogni quarta Domenica di Quaresima le quarantore con quella pompa che potrà e che è stata solita a fare, come peso intrinseco della medesima, con far cantare nel!' ultimo giorno la messa solenne e con far fare nel

primo giorno almeno un sermone del Sacramento dal Padre spirituale ». Notat orator, has Constitutiones esse *noviter* conditas, sed veterem morem confirmasse.

Etenim est sacerdos, quot annis deligendus, qui in Ecclesia, sacri occasione concionetur. Hunc non Parochus, non Capitulum, sed sodalitas deligere consuevit ; non a Parocho delectum aut Capitulo, sed a sodalitate Episcopi approbarunt : « Dovendosi da questa Congrega di S. Monica mettere secondo il costume, Gesù Sacramentato in Quarantore nella prossima quarta Domenica di quaresima preghiamo V. S. Illma Rma... approvare la scelta dell'oratore che sarà il Sacerdote D. Francesco Scaramella. - Accordiamo alla Congrega oratrice le chieste facoltà » (a. 1864, 1860, 1863, 1865, 1896).

Opponunt: dum fuerunt Andriae Augustiniani, eorum Praeses, haud sodalitatis moderator, sacrum istud celebravit : respondet orator, non aliter Augustinianorum Praesidem, celebrasse quam rogatum a sodalibus, quum aliquo sodalitatis moderator, ne celebraret, impedimento detinebatur. En scriptum testimonium: - « Si fa intendere alla Fratellanza loro che, trovandosi il nostro P. Spirituale ammalato non può far funzione nelh Quarantore prossime. Si propone perciò di pregare questo Rev. Priore dei Venerabili Agostiniani di far lui *Y* esposizione del Santissimo » (die 8. Mart. 1693).

Subiiciunt : pulsis tarnen Augustinianis, in eorum locum suffectum, celebrandi ius sibi capitulum asseruit. Quare ex hoc tempore, faciendas pro sacro sustinuit sodalitas impensas: sacrum utique, ut antea, indixit; at illud Capituli Praeses celebravit. - Respondet orator, si haec congruerent cum veritate, causam istam haud Parochus, sed Capitulum instituere debebat. Si enim ius sibi Capitulum asseruit, nihil est cur non Capitulum, sed Parochus iudicio persequatur. - Nec credendum ideo Parochum merito.persequi, quia hodie Parocho Ecclesiae regimen, non Capitulo S. C. C assignavit « an Rectoria Ecclesiae S. Augustini pertineat

ad Parochum ita, ut eidem competat oblationum administratio et eleemosynarum collectio? - Affirmative in omnibus, exceptis eleemosynis et oblationibus quae directe et nominatim Clero offeruntur». (S. C. C. in *Andrien. 2 Iunii 1863 dub. 1.)* - Nam, Parocho Ecclesiae regimine assignato, illud Capitulo concessum, ut sacra, quae hactenus celebraverat, et in posterum celebraret-. — « An Clerus valeat in praedicta Ecclesia peragere functiones triduas, novendiales, supplicationes concionesque habere, ut antea, et celebrare missam feriae V in Coena Domini, benedicere fontem baptismalem in Sabato Sancto ? »

« Affirmative, absque tamen... parochialis iurisdictione et excepta celebratione missae Feria V, in Coena Domini et benedictione fontis baptismalis in Sabato Sancto » (Ibid. dub. 5).

Sed ea, quae subiiciunt adversari! haud congruunt cum veritate, clamat orator. - Capitulum, quoties sacrum celebravit, illud toties, sodalitatis rogatu, accepta a sodalitate mercede, celebravit. - « Attestiamo noi qui sottoscritti canonici della Collegiata della SSma Annunziata di Andria che da quando il nostro Capitolo ha funzionato nelle Quarantore, che *ab antiquo* si son fatte dalla Confraternita di S. Monica nella chiesa di S. Agostino, ove detto Capitolo dimora non lo è stato perchè ne avessimo un obbligo proveniente dai nostri statuti o un diritto proveniente dalla Rettoria che il Capitolo avea di detta chiesa, ma unicamente perchè invitato dal Rettore di detta Confraternita, la quale per far si che la funzione riuscisse con maggior lustro e decoro, molte volte, oltre alle solite spese sopportate per la festa, ha offerto ancora al sullodato Capitolo una somma da servire di distribuzione fra i canonici presenti alla funzione ».

Quae sunt dicta de hoc sacro, ea omnia sane et in alia sacra transferenda sunt, de quibus hodie disputatur, notat orator. - Omnia enim a sodalitatis initiis sodalitas indixit: celebravit per sacerdotem, a se delectum, qui munere mo-

deratoris fungeretur. - De omnibus tum loquuntur constitutiones; tum codices accepti et expensi significantissime memorant.

DEFENSIO PAROCHI. EX adverso Parochi patronus recolit, nemini in iudicio dimicandi competere facultatem nisi habenti personam iuridicam. Quam cum deneget in casu adversae sodalitati, hanc e limine iudicii reiiciendam esse contendit. Parochus enim S. Augustini, vix in ius vocatus, aperte declaravit ac sustinuit, se non posse, nec velle cum pia Sodalitate S. Monicae, veluti illegitima contradictrice, dimicare, quia cum ipsa profecto esset corpus mere laicale, quacumque contra eum actione destituta retineri deberet.

Sodalitatem esse dumtaxat laicalem, eruit advocatus ex libello quo a. 1785 expetitus fuit regalis assensus.

Ex erectione tantum canonica advertit advocatus Sodalitas in Ecclesia personalitatem acquirit, idest in suo esse iuridico constituitur, ceu egregie monet De Luca *Praelect. iur. canonie. Lib. De reb. eccl. tit. XXIII De Hospital, et loc. piis, pag. 345, n. 380* - ibi - « Erectio canonica, quae est actus legitimae auctoritatis, quo Confraternitas in suo esse iuridico constituitur, ita ut in Ecclesia personalitatem moralem acquirat ».

Et frustra, iuxta patronum, ad demonstrandum quod ipsa canonica erectione expers non sit, ideoque morali personalitate gaudeat, in medium adducit quoddam Decretum, emissum, uti asseritur, die 19 Februarii 1628 a Rmo Domino Alexandro Strozzi, tunc temporis, Episcopo Andriensi ; namque istud, permultis rationibus aut apocryphum vel sin minus tamquam nullum aut insufficiens retinendum est.

In primis animadvertit orator, factum hoc praetensae erectionis canonicae, quod dicitur obvenisse anno 1628, apertissime pugnare cum explicita confessione, ex parte ipsius Societatis facta, in supplici libello, sive memoriali, quando nempe de civili fundatione consequenda agebatur.

Secundo loco praefatum Decretum, uti apocryphum diiudicat orator, quoniam, ad illius authenticitatem aliquo modo

comprobandam, nil aliud habetur quam attestatio cuiusdam tabellionis Baldino, ex qua eruitur supra memorati Episcopi subscriptione munitum fuisse, et ne quidem id testatur cognitione propria ipse tabellio, sed tantummodo iuxta nudam Confratrum S. Monicae assertionem, quae attendi nunquam potest iuxta patronum. Dein advertit, huic documento nullam praestandam esse fidem, non solum ob cuiuscumque authenticitatis defectum, verum etiam ob nullam probationem illius existentiae; namque si reapse Decretum illud interpositum fuisset, eiusdem originale in Archivio Episcopali, vel a Societate S. Monicae conservari \deberet, ideoque inveniri facile potuisset, quod prorsus desideratur. Et revera ita perlegere datum est in exemplari, quod a Societate adducitur : « Extracta est praesens copia a suo proprio originali, existente in quodam libro antiquo Ven. Conf. S. Monicae intus Ven. Convent. Divi Augustini, Ordinis Eremitarum, huius Civit. Andriae, mihi exhibito per confratres eiusd. Ven. Confratern. eisdemque restituto cum quo, facta collatione, concordat, meliori semper salva etc. Et in fidem, ego Michael Baldino de Andria. Datum Andriae die primo mensis aprilis 1713. R. Baldino ».

Notat tertio loco advocatus, supradictum Decretum intrinseca nullitate laborare; namque, cum ageretur de erectione Confraternitatis facienda in Ecclesia Regularium, neminem latet, privilegio apostolico, constabilitum esse illorum Superioribus tantummodo hoc ius competiisse et competere, et per consequens, in casu de quo agitur, Superioribus Ordinis Eremitani spectavisse, et spectare Societatis fundationem, ad tradita in Ferrar, *ad verb. Confraterna, tit.* ***1,*** *num. 7.*

Ad haec, memorat Orator ex Constitutione 115 Clementis VIII die 16 Decembris 1604, quae incipit : «Quaecumque » sancitum fuisse, sub poena nullitatis, quod omnes Confraternitates ac Congregationes, ubi vis locorum erectae ac institutae, vel in posterum erigendae ac instituendae forent, nova formula, in ipsamet Constitutione specifice ex-

pressa, uti debere, ut valide consistere possent (ibi) : - « Demum statuimus et pariter ordinamus, ut Confraternitates et Congregationes ubi vis locorum, quavis auctoritate, ut praefertur, erectae et institutae, et quibus communicationes praedictae factae sunt, ac cuicumque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus et Congregationibus novas erectionum, institutionum, communicationum et aggregationum Litteras iuxta formam a Nobis novissime approbatam, infra annum, si in Europa sint, si extra Europam fuerint, infra biennium, a die publicationis praesentium in Romana Curia faciendae computandos impetrare teneantur, alioquin, dicto tempore elapso, erectiones, institutiones et quaecumque communicationes privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum et indultorum et aggregationes illarum vigore ipsis concessae nullius sint roboris et momenti ac revocatae et abolitae censeantur eo ipso ».

Et quod revera, pergit orator, post hoc tempus, nullus titulus erectionis subsistat vel ex parte Ordinis S. Augustini, vel ex illa Episcopi Andriensis demonstratur ex facto, quod evenit anno 1787, in quo, exorta adamussim controversia coram Curia Metropolitana Tranen, inter Rev. Patres Ordinis Eremitani et Societatem hodie controversam quoad erectionem machinae pro functione expositionis SSmi Sacramenti in forma 40 horarum, dicti Patres solemniter declararunt, praefatam Societatem nullum ius habere illam peragendi cum esset simplex congregatio laicalis ab ipsis gratuito excepta, et quam idcirco, omni quovis momento, ab Ecclesia expeliere potuissent.

Quia uti supra retulimus, sodales adversi innituntur vel Visitationibus ab Episcopis pro tempore factis Confraternitati, vel permissionibus ab ipsis singulis vicibus obtentis pro explenda functione expositionis vel repositionis Sanctissimi Sacramenti in forma 40 horarum, et aliis huiusmodi, reponit orator, Episcopos, etiam tamquam Sedis Apostolicae delegatos, ius habere visitandi hospitalia, collegia quaecum-

que, ac confraternitates laicorum, in his quae respiciunt administrationem et adimplementum onerum, vel relationem habent ad confratres, uti ad tramites supramemoratae Constitutionis Clementis VIII sancitum reperitur in *Cap. 8 Sess. 22 de Reform.* Concilii Tridentini, et iam centies docuit S. Congregatio Episcop. et Regul. uti videre est in una « S. Angeli 2 Augusti 1581, in Bisaccien. 12 Iunii 1502, in Canen. 22 Februarii 1595, in Thelesina 20 Augusti 1569 ».

Quin immo Episcopi, instat patronus, visitare possunt etiam Confraternitates, quae, non a primaeva sua fundatione, sunt sub immediata Regum fundatione, sed solum •ex post (uti in themate de quo agitur) sub sui immediata protectione sunt a Rege accepta. Et ratio est, (notat Ferrarius) quia Concilium *cap. 8 Sess. 22 de Reform.,* in quo excipiuntur, pia loca, quae sub protectione Regum existunt, nequaquam iurisdictioni Ordinarii in aliquo derogavit, aut detraxit respectu talium locorum, nec tribuit aliquam novam exemptionem praedictis locis, sed tantum praeservat, si quam prius habebant, ut saepius' declaravit S. Congr. eiusdem Concilii, et signanter* re diligenter examinata, in Neapolitana diei 12 Decembris 1602. Quo vero attinet ad licentias pro functionibus SSmi Sacramenti ab Episcopis Andriae a Societate obtentas, respondet licentia non indigere, qui ius habet aliquid faciendi. Quapropter, si Societas ab Ordinario licentiam peragendi supradictas sacras functiones, quavis vice, imploraverit, hoc factum demonstrat, eam nullo iure vel facultate pollere illas celebrandi sine Episcopi consensu, quia in Ecclesiis Parochialibus harum functionum exercitium ad Parochum stricto iure pertinet.

Neque Societas iuxta advocatum intentionem suam fundare posset *super immemorabili,* ad efectum ut tam ius celebrandi functiones in Ecclesia paroeciali constabiliatur, quam ut illius erectio canonica praesumi debeat. Namque animadvertit, quod cum praescriptionis aut possessionis vis

et efficacia ad inducendum titulum, consistat in praesumptione: ergo si vel constat de initio, vel titulus, quo iuvari intenditur, sit aut inefficax, aut vitiosus, aut per se ipsum quocumque modo nullus, praesumptio tituli non suffragatur, et est regulare, ut lapsus cuiuslibet temporis quantumvis longissimi, etiam ut nostri dicere solent, mille annorum, ad rem non facit, ceu docent omnes Doctores et a Rota non minus quam a Sacris Congregationibus nullius ponderis declaratum fuit, praevalente tunc forensi dicterio: « melius est non habere titulum, quam habere vitiosum ».

Denique relate ad sententiam ab ipsamet Curia Andriensi prolatam in causa inter Confraternitatem Immaculatae Conceptionis et Parochum Ecclesiae B. V. Mariae ab Angelo salutatae, a S. C. C. confirmatam et in qua intentionis suae fundamentum ponere videtur Societas S. Monicae, advertit orator e *folio* distributo sub *die 28 Aprilis 1893* deduci omnem in eo casu quaestionem defuisse super canonica illius Confraternitatis erectione, e contra in praesenti facti specie, hanc prorsus desiderari. Non minus certum insuper erat, in casu Confraternitatis Immaculatae Conceptionis Ecclesiam, in qua functiones peragere ista consueverat ad ipsam Sodalitatem pertinuisse, antequam Ecclesia ad paroeciae gradum eveheretur, ita ut revera admitti oporteret paroeciam in Ecclesia Confraternitatis, non autem Confraternitatem in Ecclesia paroeciali erectam fuisse.

Unde, concludit patronus, si extra dubietatis aleam erat in causa Confraternitatis Immaculatae Conceptionis, istius canonica erectione patet neque a longe de hoc disputari potuisse, quoniam ipsa plenissime potiebatur; si non minus compertum in facto erat, Ecclesiam, quae primitus Sodalitati exclusive pertinebat, in paroeciae gradum postea evectam fuisse, et eapropter Paroeciam in templo Sodalitatis, et non istam in Ecclesia Paroeciae erectam fuisse; cum haec duo facta, quae sunt substantialia, prorsus desiderentur in casu, sententiae a Curia episcopali Andrien. prola-

tae et a S. C. C. confirmatae applicatio, in praesenti Sodalitatis S. Monicae controversia sustineri non potest.

Gradum faciens advocatus *ad 2. dub.* adnotat, parochum in propria Ecclesia, non solum circa sacramentorum administrationem, oblationum exactionem, fundatam habere intentionem in iure, sed et ad eum pertinere missas canere et populum cum Venerabili in Parochiali Ecclesia benedicere ; immo etiam intra totius paroeciae fines, uti tradunt Monacel. *form. leg. tom. 2 tit. 13 form. 1 n. 59;* Pignatelli *consult. 103 n. 16 tom. IO ;* eaque ratione ritus omnes, benedictiones et functiones ad eos spectare, qui curam animarum habent, tradit Bass. *de sodalit. quaest. 12, n. 10.* Et ideo, quamvis functiones eiusmodi non recenseantur inter iura parochialia, pertinet tamen ad functiones parochiales. Monacel. */. c. num. 5i seq.* Praeterea ius peragendi omnes functiones, etiam non stricte paroeciales, in propria Ecclesia Parocho spectet, nedum ex officio Parochi, verum etiam ex munere Rectoris eiusdem Ecclesiae. « Habemus enim (docet De Fargna *De iurepatr. part. 1 can. 4 c. 9 n. 4, 6, 9 etc.)* constantem omnium doctorum opinionem unanimiter firmantium, quod ad dictarum ecclesiarum rectores spectat facere benedictiones, et alias functiones, non parochiales, peragere ».

Quamobrem, quaecumque sint sacrae functiones, quae a Sodalitate in dicta Ecclesia expleri velint, instat orator, paroeciales nempe vel non paroeciales, canon est, eas iure exclusivo nemini alii quam Parocho pertinuisse semper ac pertinere, uti docet De' Luca *Praelect. Iur. canon. Lib. de reb. eccles, tit. XXVI, pag. 348 n. 382* - ivi - « Quoad Parochos - Confraternitates erectae in Ecclesia Parochiali, vel in Oratoriis tam publicis, quam privatis parochiali Ecclesiae adnexis pendent a parocho quoad omnes functiones ecclesiasticas, etiam non parochiales, S. C. R. *Decr. 10 Decemb. 1703 n. 1 et 2,* nec non decrevit S. C. Rit. in Decreto Urbis et Orbis 12 iunii sequentis anni 170-1 ». Quodsi, prosequitur advocatus, in aliquibus sacris functionibus, uti

ex. gr. in expositione ac repositione SSmi Sacramenti in forma 40 horarum, quavis vice, Sodalitas ab Ordinario permissionem obtinuit, ait, huiusmodi permissiones intelligendas fore sine parochi praeiudicio, seu salvo iure parochi. Ad rem, in casu graviori, Pignatell. *Consult. 68* - ibi - « Ac ita quidem, ut non obstet, quod Ordinarius in erectione huiusmodi sodalitatum decernat, functiones sacerdotales ac solemnes ab earumdem Cappellano sive sacrista celebrandas fore, etiamsi adsit consensus Parochi intra cuius Ecclesiam vel parochiam cappellae vel Oratoria vel Ecclesia existunt ».

Quod maximopere evincitur, urget orator, ex proprio ac naturali omnium piarum Sodalitatum fine, uti explanat Benedictus XIV, dum ait : « Confraternitates procul dubio invectae minime sunt, ut sacras functiones exerceant, aut in partem ecclesiasticae hyerarchiae recipiantur, sed ut poenitentiae actus sibi utiles et consentaneus percipiant et opera misericordiae proximo suo impendant » *Inst. Eccl. 105, § 3, n. 92.*

Deinde disserens *in specie* de singulis controversis functionibus, orator quod attinet ad expositionem et repositione m SSmi Sacramenti in forma 40 horarum, ait, neminem latere hanc sacram functionem ad Parochum, insimul ac Rectorem, privative spectare in propria Ecclesia. Nec suffragatur iuxta advocatum, Societatem S. Monicae in expensis parum aliquid contribuere debere. Nam maiores expensae sustinentur a parochianis, nec non redditibus cuiusdam legati ad hunc effectum Ecclesiae relictis. Ita iudicatum fuit a S. C. C. in Neapolitana 18 Maii 1602, docendo : - ibi - « Quaeque circa cultum SSmi Corporis Domini in forma 40 horarum, et similes non ad Cappellanos, sed ad Parochos spectare ». Et notat, quod in hoc casu non agebatur de Ecclesia Parochiali, sed de illis, quae extabant intra limites Paroeciae, et ratio est, quia istiusmodi sacrae functiones sunt populi, et non propriae Confraternitatum.

Quod vero indubium in iure est consuetudini et facto

plenissime respondet,, instat patronus. Quamplurimi etenim testes qualificati, veluti sunt Canonici Capituli SSmae Virginis ab Angelo salutatae, qui in Ecclesia S. Augustini sacra officia explent, ita sub sanctitate iuramenti,- deponere non dubitarunt : - « Che ab antiquo è stato sempre il Priore del Capitolo della SSma Annunziata, e non mai il Rettore della Congrega, che ha fatto la funzione delle Quarantore nella Chiesa di S. Agostino in Andria nella 4ª Domenica di Quaresima fino al 1883. — Che da quell'epoca in poi, essendo stato dichiarato il Parroco, dalla Sacra Congregazione del Concilio, Rettore della Chiesa di S. Agostino, la detta funzione fu espletata dal Parroco, e se alle volte la fece il Capitolo o il Rettore della Congrega, ciò avvenne per condiscendenza del Parroco. Ciò tanto vero, che, non condiscendendo il Parroco, per varii anni, il Capitolo col Priore neppure presero parte a detta funzione eseguita dal Parroco ».

Idem testantur tres Rmi Parochi Civitatis Andriae, nempe Rmus Dom. Nicolaus Fatone Parochus Ecclesiae S. Dominici, et Rmus Dom. Franciscus Decorato Parochus Ecclesiae S. Francisci Assisiensis, et Rmus Nicolaus Zinni Parochus Ecclesiae B. V. ab Angelo salutatae.

Praeterea permulti confratres, dum protestationem emiserunt cor. Curia Episcopali ad hanc litem evitandam, testati sunt - ibi - : « Che come per lo passato, non a mezzo del Rettore della Congrega, ma a mezzo del Capitolo, che credevasi Capo della Chiesa, noi abbiamo esplicate quelle poche funzioni consistenti nel solennizzare le Quarantore nella quarta domenica di Quaresima ».

Hisce praenotatis, supposita fuerunt enodanda sequentia

Dubia

I. *An sententia Curiae Episcopalis Andriensis diei 11 Februarii 1899 sit confirmanda vel infirmanda in casu:*

Et quatenus negative ad primam partem et affirmative ad secundam :

II. *An functiones propriae controversae Sodalitatis, idest, expositio SSñi Sacramenti in forma 40 horarum; anniversaria pro sodalibus defunctis ; festum S. Monicae et Virginis a Consolatione nuncupatae, nec non quartae Dominicae cuiusvis mensis, ad Parochum seu potius ad Rectorem supramemoratae sodalitatis pertineant in casu etc.*

RESOLUTIO. Sacra C C . , re disceptata sub die 26 Ianuarii 1901 censuit respondere; *Ad I. sententiam esse infirmandum. Ad II. Pertinere ad confraternitatem sub dependentia Parochi ad tramites resolutionis S. C. C. in Andrien. diei 9 Sept. 1893.*

ARETINA

DISTRIBUTIONUM CHORALIUM.

Die 23 Febuarii 1901.

Sess. 23, cap. 3, de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. In Capitulo Ecclesiae Cathedralis Aretinae, praeter canonicos dictos *de Massa,* quatuor recensentur dignitates, quarum potior obtinetur a Praeposito. Huius praebenda , sub anno 1472, disiuncta fuisse traditur a *Massa* capitulari, quocirca praebendales fructus ab hac *Massa* non amplius derivati sunt *punctaturae,* quibus mulctantur absentes , ita observantur in hoc capitulo ut tres habeantur classes ; scilicet punctum *ordinarium,* punctum *solemne* et punctum *quoad processiones ;* muleta autem, quae persolvitur ab absente , diversa est pro varia quantitate redituum ; ista vero ea mensura usque determinatur quae respondet reditibus beneficii. Quamobrem canonici *de Massa* cuiusque generis *punctis* ita satisfaciunt ut ipsi qui praebendam obtinent duplo minorem praebenda canonici Praepositi, duplo minorem solvant mulctam ; quam, ex adverso, duplo maiorem prae hisce canonicis solvit Praepositus.

Quando haec ratio mulctandi absentes initium habuerit ex allatis documentis non potest certe comprobari, sed ex

hisce deducitur iam anno 1651 a capitularibus solitum fuisse *punctaturas* solvi in mensura excedente *illam tertiam partem* redituum, quam expostulat Conc. Trid., *sess. 23, cap. 3,* erogari in muletas ob *punctaturas,* quamque idem Concil, permittit excedi vel ob statuta capitularia vel ob mores inductos, sed tertia parte minorem praestari non concedit.

Verum iampridem seu pene ante duo saecula, consuetudo inoleverat in Capitulo ut absentes, ratione trium mensium vacationum, nihil solverent vel omitterent redituum; proindeque *distributiones quotidianas* lucrarentur non secus ac choro interessentes.

Quem morem, quum cognovit S. C. C. anno 1892, uti par erat, reprehendit, veluti *corruptelam iuris* et rescripto diei 20 Aug. eiusdem anni iussit observari legem Tridentinam, quod factum est.

Exinde seu ab observantia huius rescripti haec inducta est mutatio, ut distributiones omnes, quas capitulares *de Massa,* non interessentes , non lucrantur hodie accrescant singulis nempe diligentioribus in servitio chori, (antea enim hoc ius accrescendi non servabatur) demptis tamen *punctaiuris* quas solvit Praepositus , attributis vi decreti Episcopalis a. 1894, Sacrario Ecclesiae. Quare administratores patrimonii Sacrarii, post editum hoc decretum, instarunt ut Praepositus solveret pecuniae summam respondentem mulctis ob punctaturas, quas non solvit ab a. 1892. Praepositus enim rescriptum S. C. C. a. 1892 professus est se revereri prouti iuri undequaque conforme, sed quia ipse pro tempore vacationum solvere debet non mediocrem summam, duplo maiorem prae canonicis *de Massa,* eamdemque excedentem illam *tertiam partem redituum,,* quam Tridentinum Conc. iussit destinari in distributiones quotidianas, contendit se non amplius obligari nisi ad observandam legem Tridentinam, quam executioni praecepit demandari rescriptum S. C. C. Contradixerunt canonici administratores Sacrarii et ad Episcopum rem detulerunt, qui rem definivit decreto diei 10 Iulii 1899 condemnans Praepositum ad solvendas mul-

ctas propter absentiam, in ratione *dupli* non secus ac antea. Decretum infra referam; modo subtexam animadversiones Praepositi qui hodie apud S. C C . agit instantia appellationis.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO PRAEPOSITI. In primis Praepositus recolit textum Conc. Trid., *in sess. 23, c. 3,* ita conceptum « ... Statuit S. Synodus in Ecclesiis tam Cathedralibus quam Collegiatis , in quibus nullae sunt distributiones quotidianae, vel ita tenues ut verisimiliter negligantur tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum tam dignitatum quam canonicatuum, personatuum, portionum et officiorum separari debere et in distributiones quotidianas converti, quae inter dignitates obtinentes et ceteros divinis interessentes proportionaliter iuxta divisionem ab Episcopo etiam tamquam Apostolicae Sedis Delegato in ipsa prima fructuum deductione facienda dividatur: salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes seu non servientes nihil aut minus tertia parte percipiunt ». Nihilominus contendit Praepositus, hodie non esse locum huic postremae exceptioni, nempe ut approbari debeat consuetudo erogandi in distributiones quotidianas reditus beneficíales in mensura, tertiam partam excedente, sed agi de instauranda lege Tridentina quae in Capitulo pessumdabatur.

Praeterea Praepositus notat haberi in Trid. Conc. ad *sess. 22, cap. 3* alium textum arctius spectantem ad dignitates distinctas a *Massa* communi uti docet Fagnanus cap. *Quia nonnulli.* De clericis non residentibus. — Textus hic est : « Episcopi etiam tamquam Delegati Apostolici ex fructibus et proventibus quibuscumque omnium dignitatum, Personatuum, et Officiorum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis existentium , tertiam partem in distributiones eorum arbitrio assignandas dividere possint, ut scilicet qui eas obtinent si personaliter competens sibi servitium iuxta

formam ab eisdem Episcopis praescribendam quolibet die statuto non impleverint illius diei distributionem omittant, nec eius quoque modo dominium acquirant, sed Fabricae Ecclesiae quatenus indigeant aut alteri suo loco , arbitrio Ordinarii applicetur ».

Revera praescriptiones ibi editae pertinent ad canonicatus distinctos a *Massa* communi, et inde deducit Praepositus, suam praebendam isto numero censeri et hinc subesse *benigno arbitrio* Ordinariorum, uti ait Concilium — *Distributiones Episcoporum arbitrio assignandus.* — Sane ibi non continetur clausula quae permittat Episcopis quantitatem tertia parte maiorem in distributiones assignare.

Arbitratur Praepositus maxime ad rem facere ista documenta ex Archivio Capitulari excerpta, quibus patet canonicos usque recognovisse tertiam tantummodo partem redituum distributionibus addicendam esse.

« Per me intanto è bella ventura potere imbrandire a mio prò quelle armi che, senza neppure avvedersene, ne somministrano i Rmi Canonici di Massa. Ed infatti furono essi medesimi che, nelle persone dei loro antecessori , accolsero e sottoscrissero la mia tesi nel corso di due secoli negli Istrumenti di fondazione dei Canonicati nuovi e fuori di massa , come dimostrano a luce meridiana le seguenti particole :

» 1. Dall'Atto di fondazione del Canonicato Natti stipulato nell'anno 1627: - .... Et ultra praedicta deponere etiam quolibet anno in mense praedicto Augusti in manibus dicti Camerarii et in horreis dicti Capituli de per se et separatim alia staria sexaginta duo grani ad mensuram praedictam (cioè a misura vecchia aretina equivalente per ogni staio a litri 25,576[m]) pro quantitate grani praedicti lucranda causa et occasione servitii dictae Ecclesiae iuxta Constitutiones et ordinamenta dicti Capituli (Trid.) dividenda in tot punctis et distribuenda illis Dominis Canonicis qui intervenerint dictae Ecclesiae, casu quo ipse non inserviret prout inservire voluerunt, et sic • convenerunt

quemadmodum inserviunt et tenentur ac obligati sunt ceteri Canonici eiusdem Cathedralis, iuxta Constitutiones praefatas cum hoc quod reliquum ex retentis punctis distribuendis, ut supra, eidem Domino Canonico restituatur, et restitui voluerunt.... -

» 2. Dall'Atto di fondazione del Canonicato Redi avvenuta nell'anno 1669: - .... B dandosi il caso che anco gli altri Canonici del detto Canonicato stessero alla predetta servitù (cioè al servizio dei Principi o Prelati), possino farlo, ma devono pagare i punti, i quali non solo in questo caso, ma in ogni altro che potesse succedere, si tassino per un anno intero la terza parte delle entrate del detto Canonicato, detratta però prima la mercede della celebrazione della Messa tassata come appresso scudi trenta -.

» 3. Dall'Atto di fondazione del Canonicato Tortelli, avvenuta nell'anno 1674: - .... Che sia tenuto pagare l'appuntature nel modo e forma che sono tenuti gli altri Canonici della massa, e che per tale effetto deva depositare la terza parte a beneplacito di detto Capitolo, e dette appuntature de vano aspettarsi alla Sagrestia ... -.

» 4. Dall'Atto di fondazione del Canonicato Giannerini, avvenuta nell'anno 1697: - .... *Item.* Le parti predette concordarono che il Canonico che sarà *pro tempore*, eccettuato però il prefato signor Alessandro fondatore, deva dal giorno che piglierà il possesso di detto Canonicato, secondo lo stile e lodevole consuetudine di detto Riho Capitolo, depositare appresso il Camarlingo del medesimo Capitolo la terza parte delle sue distribuzioni o Prebenda ad effetto di pagare le appuntature che potesse averci a capo dell'anno... -.

» 5. Dall'Atto di fondazione del Canonicato Guidi, avvenuta nell'anno 1854: - .... Che ciascun Rettore di detta Prebenda sia obbligato a pagare le appuntature a forma delle disposizioni del S. Concilio di Trento in ragione del terzo della rendita netta di detta Prebenda____-.

» Confermano similmente la mia tesi i .Rescritti costantemente emanati nella presente materia dalla S. Con-

gregazione del Concilio, dei quali giova qui riferire quello del 23 Aprile 1679 e l'altro del 4 Giugno 1707. Il primo all'Arcidiacono Francesco Bacci, che supplicava di stare assente dal Coro per i suoi affari, è del seguente tenore: - — benigne indulsit ut, veris existentibus narratis, pro arbitrio et conscientia Episcopi Aretini, orator per sex menses proximos a residentia abesse possit, et interim duas ex tribus partibus distributionum percipere valeat, si in iis omnes Archidiaconatus redditus consistant, amissa tertia parte, quae inservientibus accrescat -.

» Il secondo al Canonico Cosimo Ricoveri Segretario d'Ambasciata del Cardinale Pignatelli, che chiedeva facoltà - percipiendi in absentia fructus Canonicatus sui -, suona parimente così: - .... benigne indulsit Oratori, ut veris existentibus narratis , a residentia sui Canonicatus per sex menses proximos tantum, pro arbitrio et conscientia Ordinarii ex causa praemissa abesse possit, et interim omnes eius fructus percipere, amissis distributionibus quotidianis. Quod si fructus omnes ipsis distributionibus constent, vel si redditus Praebendae tertiam partem distributionum non attingant, duas ex tribus partibus distributionum, vel Praebendae ac distributionum insimul cumulatarum , respective percipiat, amissa tertia, quae inservientibus accrescat -,

» Negli Atti della Visita Apostolica fatta alla Cattedrale Aretina nell'anno 1583, diciannove anni cioè dopo la conferma del S. Concilio di Trento, si legge: - .... Quod vero attinet ad dignitatem Praepositurae, quae, ut audivit, praebendam habet satis pinguem, et propterea de distributionibus quotidianis ordinariis non participat, ordinavit ex fructibus et proventibus quibuscumque dictae dignitatis tertiam partem in distributiones converti, easque assignari eidem Domino Praeposito , si competens in Ecclesia servitium iuxta formam ab Episcopo praescribendam quolibet die statuto impleverit, sin minus distributiones ipsae ab eo amittantur pro rata temporis quo defecerit servitium praedictum

adimplere, et eas applicare iuxta formam Concilii *Cap. III, Sess. XII*-.

» Negli Atti della Visita Pastorale fatta a questa medesima nostra Chiesa da Monsig. Vescovo Salviati nel 1638 si legge : -_____habuit sermonem et adhortatus fuit ad bene ac laudabiliter in omnibus se gerendi , et praecipue circa servitium eorum Ecclesiae et ea quae respiciunt cultum divinum , et cetera onera, et donec non fuerit Auctoritate Apostolica aliud obtentum, et dictum eorum servitium diminutum , prout cum Dominis Deputatis ab ipsis Dominis Canonicis et Capitulo tractatum et negotiatum fuerit, et ipsis quoad praemissa obtulit omne auxilium et favorem praestare, decrevit ac mandavit per eos servitium praestari iuxta Decretum Constitutionum Synodalium ac formam praeceptam a S. Congregatione. Et pro dicto effectu per dominum Praepositum dictae Ecclesiae deponi tertiam partem fructuum dictae Praepositurae in manibus depositarli ab ipso RR. DD. Episcopo eligendi vere et cum effectu partendos in Distributionibus quotidianis et lucrandis iuxta servitium ab eo praestandum etc. ».

IURA ORDINARII ET CANONICORUM. Ex adverso in Decreto Episcopali ita expediuntur argumenta a Praeposito allata:

« Considerando, *in tesi,* che la multa sopra rammentata, la quale trovasi descritta nei Registri dell'Archivio Capitolare, deve essere stata ordinata dalla competente Autorità Ecclesiastica , poiché essendo detta tassa superiore al terzo della rendita della rispettiva prebenda, non è punto verosimile che il Capitolo si assumesse volontariamente sì grave peso, quando non gli fosse stato imposto dal Superiore.

» E poi un fatto che di tale imposizione si fa parola in varie deliberazioni Capitolari degli anni 1651, 1652, 1653 , 1675 , nelle quali trovasi che la tassa delle distribuzioni per i tre punti , in cui è divisa 1' ufficiatura della cattedrale , è stata fatta dalla Sacra Congregazione. Nell'anno 1653 i Canonici capitolarmente adunati mentre me-

ditano di chiedere una riduzione dell'ufficiatura, deliberano di tener ferme le distribuzioni dalla Congregazione stabilite : *Fu deliberato che non siano punto diminuite le* ***di**stribuzioni altra volta stabilite dalla S. Congregazione (De*-***lio. 21-28*** *Luglio).* In una deliberazione poi dell'anno 1675 si trova che : *non essendo equivalenti le distribuzioni* ***già*** *assegnate dalla S. Congregazione per il continuo servizio da prestarsi al coro,* i canonici si rivolgono alla S. Congregazione , perchè si degni richiamare a nuovo esame la forma di servizio da essi proposta, quale per altro non fu approvata, come consta dal Rescritto 25 Maggio 1675, ove si dice: *Sacra Congregatio, mot is in utramque partem rationum momentis, adhuc in iam resolutis persistendum censuit.*

» Ora da tutto questo devesi inferire, che la multa suddescritta pei Canonici è il *doppio* pel Proposto sia l'esecuzione di quanto si prescrive nei Decreti (quali per altro non si trovano) del dì 15 Gennaio e 7 Ottobre 1596 e 16 Agosto 1596, emanati da Mons. Vescovo Usimbardi, a forma del Rescritto della S. Congregazione dei Vescovi e Regolari del dì 18 Décembre 1595, e confermati nel Sinodo da Lui celebrato *(Syn. Usimb. De Chori disciplina),* coi quali decreti *vengono assegnate alle singole ore le proporzionate distribuzioni.*

» Considerando ora , *in ipotesi,* che quando anche la multa nel modo e nella quantità rispettivamente indicata, non fosse stata imposta per ordine Superiore ; la pratica di essa è così *diuturna,* così *costante* e così *onerosa,* da doversi ritenere obbligatoria.

» Essa infatti è ultra-secolare , anzi immemorabile , e dai registri delle appuntature che sono stati conservati nell'Archivio Capitolare del 1746 fino ad oggi (mancano i registri anteriori) apparisce che da quell' epoca fino a noi (sono oltre 150 anni) è stata *sempre* applicata non solo ai Canonici di Massa, e quindi allo stesso Conti, quando era Canonico Teologo; ma anche ai Rettori della Propositura, *il Conti non escluso,* nonostante che in questi ultimi secoli,

la Propositura, che per lunghissimo tempo era stata di massa, abbia cessato di essere tale, e così il Proposto *pro tempore,* e il *Conti pure,* ha pagato il *doppio* di un semplice Canonico di Massa , come il *doppio* riceve nelle distribuzioni funerarie, tanto ordinarie che straordinarie che si hanno nel corso dell'anno.

» Ora tutti i Canonisti e Dottori insegnano che la consuetudine diuturna e costante, specialmente se importa un grave incomodo , quale è quella che è oggetto della presente disamina, ha piena forza di obbligare. La forza poi obbligatoria di questa nostra consuetudine cresce , ove si ponga in relazione col *Cap. III, Sess. 21, de Reform,* del Concilio Tridentino, il quale salva tutte le consuetudini che sono nelle Chiese di pagare una multa superiore al terzo della rendita ; talché o questa tassa immemorabile risale al Concilio di Trento, ed è tenuta ferma dalla lettera e dallo spirito del medesimo , o è posteriore , e deve dirsi per lo meno secondo lo spirito di esso. Dal che si vede che l'appello fatto dal Proposto Conti a questo Capo, per provare che egli è obbligato a pagare la tassa in ragione del *terzo* della rendita della sua prebenda, anziché giovargli, gli nuoce: poiché detto Capitolo sancisce le distribuzioni nella ragione del *terzo, ma soltanto ipoteticamente, cioè per le Chiese ove le distribuzioni — nullae sint aut ita tenues ut verisimiliter neglegantur* -, e salva in pari tempo le consuetudini delle Chiese ove si paga o si perde più del *terzo.*

» E neppure lo sostengono i due rescritti della S. Congregazione del Concilio, 23 Aprile 1679 e 4 Giugno 1707, ai quali pure si appoggia, perchè questi altro non sono che grazie speciali le quali in ogni rimanente lasciano le cose nello stato in cui sono.

» Quanto poi agli atti di fondazione dei Canonicati *extra Massam,* è da osservare che queste sono convenzioni particolari, le quali non alterano lo stato generale delle cose: tanto è vero che non ostante questi atti, restò immutata la pratica vigente e pei Canonicati di Massa e pel

Proposto. Infatti mentre i Canonici *extra Massam* erano variamente multati, i Canonici di Massa ed il Proposto seguitarono ad essere multati secondo la tassa vigente.

» B neppure oggi può giovare al Proposto Conti pef lo scopo prefìssosi, l'ordine emanato nella Visita di Mons. Salviati nel 1638 , di depositare il *terzo,* nè la disposizione contenuta nella Visita Apostolica del 1583, di convertire il terzo in distribuzioni, non quello , cioè *Y* ordine Salviati, perchè il depositare il terzo a garanzia del pagamento, non implica che questo debba farsi in ragione del terzo ; non quella, cioè la disposizione della Visita Apostolica, perchè dato anche che il Visitatore Apostolico fosse stato rettamente informato, la sua disposizione deve dirsi modificata dalla tassa posteriormente imposta dalla S. Congregazione; Delib. 8 Aprile 1676 e Sinodo Usimbardi - De Chori disciplina -. Ad ogni modo nè quello nè questa furono mai eseguiti, sebbene i Rettori della Propositura avessero tutto quanto l'interesse di invocarne l'esecuzione. Invece, nonostante gli atti della Visita Apostolica e di Mons. Salviati, non ostante i citati rescritti della S. Congregazione del Concilio, non ostante le allegate fondazioni dei Canonicati *extra Massam,* il Proposto anche dopoché la sua prebenda cessò di essere di Massa, non ha mai pagato le appuntature in ragione del terzo , ma sebbene nel quantitativo e tassa, più volte ricordata, cioè del *doppio* di un semplice Canonico.

» Nè vale il dire che la tassa sopraricordata andava di pari passo colla pratica di lucrare le distribuzioni nei tre mesi Conciliari, quasi che ritenuta legittima quella, debba dirsi legittima questa, ovvero, reietta questa, debba respingersi anche l'altra, perchè : I° Sono disparate, e non hanno tra loro nessuna necessaria connessione ; 2° quella, cioè- la tassa, dato anche che non sia fin da principio una imposizione, ma una semplice consuetudine, essendo uno stimolo alla diligenza, favorisce il culto divino , ed è secondo lo spirito del Concilio di Treuto; questa invece nuoce al culto,

ed è stata sempre riprovata, come abuso e corruttela dalle costanti decisioni della Sacra Congr. del Concilio, specialmente poi da quella emanata pel nostro Capitolo Cattedrale nel dì 20 Agosto 1892. Per questi motivi, pure omettendo altre considerazioni che potrebbero farsi, con ogni nostra autorità, diciamo, sentenziamo e decretiamo, che il Rettore della Propositura della Cattedrale, oggi Rmo Dott. Giuseppe Conti, è tenuto a pagare le appuntature per le assenze dal Coro nella misura del *doppio* di un semplice Canonico di Massa.

» Inoltre veduto il Decreto del dì 22 Agosto 1894, emanato da Mons. Giuseppe Giusti, Amministratore Apostolico di questa Diocesi, ordiniamo al medesimo Proposto Conti di pagare sulla detta base alla Sagrestia della Cattedrale tutte le multe che gli fanno carico ».

Capitulares qui secundam suae intentioni obtinuerunt sententiam in suis animadversionibus evolvunt latius ipsa argumenta quae in sententia delibantur ; quorum summa et caput est ; consuetudinem, saltem a 150 annis, in capitulo observari et ab ipso contradictore hactenus observatam esse vi cuius Praepositus mulctam solvit prae aliis canonicis *de Massa* duplo maiorem ; consuetudinem vero ius constituere non minus firmum quam ipsum ius scriptum.

Nihilo secius etiam argumenta historico-iuridica a Praeposito allata refutare contendunt, et revocant Const. *Capitulares* a. 1263 quibu^ cavetur « Dominus autem Praepositus si fuerit absens *in Matutino, Missa, Missa conventuali, etc.* solvat duplum poenae superioris ut sicut gaudet duplicata praebenda ita teneatur geminata poena ». Quod documentum anterius aliis obiectis a Praeposito advertunt capitulares , saltem probare consuetudinem a remota antiquitate habuisse initium, quamvis progressu temporis semper non constans permanserit.

Quoad acta fundationum diversorum canonicatuum, quorum tabulas refert Praepositus, advertunt has exprimere *speciales conventiones,* quae non infirmant ius constitutum,

illasque habitas fuisse valde mites adversus fundatores, ut Iii allicerentur.

In Rescripta item S. C. O. allegata notant, haec constituere ius singulare , proinde non deducendum in exemplum, eademque continere generales formulas conceptas pro diversis casibus, quibus applicantur prouti expresse docet tenor cit. Rescripti 4 Iunii 1707 ubi cavetur , post concessam veniam abessendi, amissis tamen distributionibus : « Quod si fructus omnes ipsis distributionibus constant duas ex tribus partibus distributionum respective percipiat, amissa tertia parte quae inservientibus accrescat ».

Denique alia documenta quibus sermo est de *tertia parte deponenda* in distributiones, maxime documenta S. Visitationis quae respiciunt tertiam partem deponendam a Praeposito, in primis ita perpendunt ut advertant, haec documenta, quoad *facti notitiam,* aliquem, non adeo improbabilem, posse continere errorem, sed dato etiam quod nullus intercesserit error , notant deponendi obligationem respondere veluti cuidam *pignori,* quod datur in securitatem integri •debiti; sed pars deposito data creditori aut ipsum pignus non repraesentat integrum debitum creditori solvendum.

In summa, iterum affirmant omnia huiusmodi documenta esse *hypotetica,* dum contrarium argumentum consuetudinis est omni ex parte certum et evidens in themate.

In *meritum* quaestionis haec praeterea advertenda visa .sunt. Revera cit. *caput 3, sess. 22* Concil. Trid. respicit canonicatus qui a communi massa suut disiuncti, quod ita determinavit S. C. C. in *Caurien. 7 Nov. 1621* decernens: « Ubi in Ecclesia adsunt dignitates quae habent fructus distinctos a Massa capitulari , quorum certa pars assignata fuit in distributiones quotidianas iuxta dispositionem S. Conc. Trid. in cap. 3 sess. 22 De ref., S. C. huiusmodi distributiones quae amittuntur ab iis qui competens servitium non praestiterunt, esse primo applicandos Ecclesiae Cathedralis fabricae, *quatenus indigeat,* tunc demum esse in facultate Episcopi, illas alteri pio loco , suo arbitrio , applicare ».

Equidem in isto decreto cavetur *de tertia parte redituum in distributiones arbitrio Episcopi assignandus*, et nulla fit mentio et praeservatio contrariae consuetudinis, quae maiorem iubeat partem redituum in distributiones impendendam, prouti fit in *cap. 3, sess. 21;* cuius tamen consuetudinis plena confirmatio , quippe respicit distributiones quorumcumque beneficiorum, sane attingit speciales quoque distributiones quae desumuntur a beneficiis *a, Massa communi* distinctis. Diversitas enim tantum est in modo erogationis.

Consuetudinis vim quod attinet, forsan non est abs re advertere eius obligandi vim pendere ab errore quo laborabat Praepositus et alii canonici. Hi enim post tot concertationes habitas sub ultima medietate saeculi decimi septimi cum exitu tamen incerto quoad onera capitularia (quas concertationes canonici appellant in suis animadversionibus *famose capitolazioni)* veluti , mutua concessione , sibi assumpserunt *gravia onera* punctaturarum, sub ea tamen *expressa* vel tacita conventione ; nempe tempus trimestrium vacationum fieri immune ab onere punctaturarum. Hunc errorem iuris expunxit a moribus decretum S. C. C. a. 1892; sed modo quaestionis est, an deficiente fundamento, corruat etiam omne robur consuetudinis quae illi innuebatur. Ceterum voluntas se obligandi, utpote requisitum necessarium ad inducendam consuetudinem, si est conditioni adnexum, necessario sequitur eiusdem conditionis vices. — Praepositus autem ius non amisit obiiciendi hanc exceptionem quamvis alii canonici eadem exceptione noluerint uti.

Hisce animadversis, propositum fuit diluendum

Dubium

An decretum Episcopale sit confirmandum vel infirmandum in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 23 Februarii 1901 censuit respondere : *decretum esse confirmandum et ad mentem. Mens est ut Episcopus, si maior Capituli pars id postulet, distributiones et punctaturas ad tertiam partem redituum in futurum, reducat.*

EX S. CONGREGATIONE INDICIS

Feria VI, die 7 Iunii 1901.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII *Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habitam Palatio Apostolico Vaticano die 7 Iunii 1901, damnavit et damnat, proseripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:*

Em. Combe. — Le grand coup avec sa date probable, c'est-à-dire le grand châtiment du monde et le triomphe universel de l'Eglise. — Etude sur le secret de la Salette. 3. édit. augmentée de la brochure de Melanie et autres pièces justificatives. — Vichy, 1896.

Jean de Dompierre. — Comment tout cela va finir. L'avenir jusqu'à la fin des temps; histoire anticipée des derniers âges du monde. — Rennes, 1900.

Josef Müller. — Der Reformkatholizismus, die Religion der Zukunft. Für die Gebildeten aller Bekenntnisse dargestellt. Erster und zweiter Theil. — Vürzburg-Zürich, 1899.

F. Kegis Planchet. — El derecho canónico y el clero mexicano, ó sea anotaciones al concilio V. mexicano. — México, 1900.

ídem. — La enseñanza religiosa en la arquidiocesis de México,, y suplemento â la obra « El derecho canónico ». — México, 1900.

Camille Quiévreux. — Le paganisme au XIX. siècle, 3. vol. - Abbeville, 1895-97.

p&M **cj**^yU *J&* **J«xej |»jAJüf >?¿*Jí** *<j*yi* (s. 1. a. et t.).

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocum-

que idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE XIII *per me infrascriptum Secretarium relatis* SANCTITAS SUA *Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.*

Datum Romae die 7 Iunii1901.

ANDREAS CARD. STEINHUBER, PRAEFECTUS

L. © S.

Fr. THOMAS ESSER, Ord. Praed. *a Secretis.*

Die 10 Iunii 1901. Ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe~

Vincentius Benaglia, *Mag. Curs.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

ROMANA. DUBII; dubium! quoad! Missam sub titulo *Refugium peccatorum* **quatenus, hoc festum trsnsferatur ad tempus paschale.**

Dominica prima Iulii alicubi festum Deiparae celebratur sub titulo *Refugium peccatorum* cum officio et Missa *de Communi,* prima tantum Oratione, quae *propria* est, excepta. Quod profecto nulla difficultate laborat, cum de parte aestiva agitur. Sed vero accidit aliquando, ut dictum festum transferri debeat ad tempus paschale, et dubium eo in casu oritur super lectionibus III Nocturni in officio recitandis. Namque Evangelium huiusce Missae *de Communi,* tempore paschali, est *Stabant iuxta Crucem:* in Breviario autem deest Homilia praefato Evangelio respondens. Hinc quaeritur : Quomodo est agendum in casu eiusmodi festi translati ad tempus paschale?

Et S. R. C, referente subscripto Secretario, audita sententia Commissionis Liturgicae ac reliquis mature perpensis, rescribendum censuit: In casu adhibeatur Missa B. M. V. de tempore paschali a Pascha ad Pentecostem retento Evangelio *Loquente Iesu,* de Missa B. M. V. a Pentecoste ad Adventum;

cui Evangelio respondet Homilia III Nocturni officii proprii B. M. V. sub titulo *Refugium peccatorum.* Atque ita rescripsit servarique mandavit.

Die 3 Septembris 1900.

C. CARD. ALOISI-MASELLA *Pro-Dat. S. R. C. Pro-Praef*

L. © S.

DIOMEDES PANICI 5. *R. C. Secretarius.*

YICEN. dubia oblata Sacrae Rituum Congregationi a Cappellano cuiusdam societatis navigationis.

Hodiernus Magister Caeremoniarum Dioecesis Vicensis in Hispania, rogatus a Cappellano maiore cuiusdam societatis navigationis, de consensu Riììi sui Episcopi, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Utrum Episcopi possint sacerdotibus suae Dioecesis facultatem concedere, ut navigantes Missam in altari in navi erecto celebrare valeant?

II. Utrum hanc ipsam facultatem tribuere possint omnibus sacerdotibus Episcopi, in quorum Dioecesi adsint portus maris?

III. Utrum missionarii apostolici, vi huius tituli, valeant in navi celebrare, absque licentia Sedis Apostolicae?

IV. Utrum sacerdotes, qui privilegio fruuntur celebrandi ubique, valeant, vi huius privilegii in navi celebrare absque speciali Indulto Apostolico?

V. Utrum Cappellae navium aut altaria in ipsis navibus erecta pro sacro litando debeant considerari ut Oratoria privata vel publica.

VI. Utrum in praedictis altaribus valeant celebrari Missae de Requie concessae per Decretum 3903 *Aucto,* diei 8 Iunii 1896 ad II, et 3944 *Romana,* diei 12 Ianuarii 1877?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque rite perpensis, rescribendum censuit:

Ad I, II, III et IV. Negative.

Ad V. *Si Cappella locum fixum habeat in naci, uti pu-*

baca pro navigantibus habenda est; secus neque publica est, neque privata, sed habetur uti altare portatile.

Ad VI. Affirmative.

Atque ita rescripsit, die 4 Martii 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA, *S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMBDBS PANICI Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

UTINEN. dubia quoad dedicationem Ecclesiae si occurrat vel concurrat cum festo titulari ipsius Ecclesiae, et festum titulare est Transfiguratio Domini vel SS. Redemptoris.

In redigendis Calendariis particularium Ecclesiarum, sequentia exorta sunt dubia, quorum solutionem hodiernus redactor Calendarii Archidioeceseos Utinensis, de consensu Rmi sui Ordinarii, a Sacra Rituum Congregatione humiliter expetivit, nimirum:

I. Quando Dedicatio propriae Ecclesiae occurrit vel concurrit cum festo titulari ipsius Ecclesiae, et Festum Titulare est Transfiguratio Domini vel SS. Redemptor, in occursu vel concursu quodnam est praeferendum ?

II. In concursu diei octavae Dedicationis propriae Ecclesiae cum Festis Transfigurationis Domini, vel Dedicationis Basilicarum SS. Salvatoris et Ss. Apostolorum Petri et Pauli Almae Urbis, quomodo ordinandae sunt Vesperae?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Quum enuntiatus titulus sit Festum Domini, in occursu Festum Titulare praeferendum est Dedicatione, in concursu Vesperae dividantur.

Ad II. Dies octava Dedicationis Ecclesiae propriae non cedit iuxta Rubricas, nisi duplici secundae classis.

Atque ita rescripsit, die 4 Martii 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laodicen. S. R. C. Secretarius.*

DECRETUM. Dubia proposita resolvenda a quibusdam calendariorum redactoribus.

A quibusdam Calendariorum redactoribus Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna solutione, reverenter proposita fuerunt, nimirum:

I. Utrum circa orationes pro Ecclesia et pro Papa id retinendum sit ut, si altera vi Rubricae, altera ex praecepto Ordinarii praescribatur, utraque, prouti de more, in Missa dici debeat?

II. Num *Pater, Ave* et *Credo* post chorale Officium stantes vel genuflexi recitare debeant chorales, uti stantes vel genuflexi recitare tenentur finalem Antiphonam?

III. Quando alicubi celebratur Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum, huiusmodi festum est ne secundarium pro illis Ecclesiis, quae consecratae non sunt?

IV. An dies octava alicuius festi habentis Octavam Corporis Christi, ubi haec Octava non est privilegiata ad instar Epiphaniae, sed ita ut quaevis duplicia classica, sive occurrentia sive translata admittat, celebranda sit per integrum Officium, vel per solam commemorationem ?

V. In Festo Expectationis Partus B. M. V. quod incidit in Feriam VI quatuor temporum, cantandae ne sunt duae Missae in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, videlicet una de Festo et altera de Feria, etsi quandam identitatem habeant, vel tantum canenda est Missa de Festo?

VI. Iuxta Rubricas speciales Breviarii et Missalis Romani Festum Annuntiationis B. M. V, transferendum quoad chorum tantum in Feriam II post Dominicam in Albis tanquam in sedem propriam, non cedit nisi Festo primario eiusdem ritus occurrens, quo in casu in sequentem diem similiter non impeditum transferri debet; quaeritur: In hoc postremo casu, concurrente Festo primario duplici primae classis, celebrato dicta Feria II, cum Festo Annuntiationis B. M. V. recolendo Feria III immediate sequenti, de quo Festo erunt dicendae Vesperae? Et regula quae traditur pro enunciato casu applicanda ne erit aliis casibus similibus ex. gr. in concurrentia Festi primarii duplici primae classis cum Festo S. Ioseph, Sponsi B. M. V., translato iuxta Rubricas in sequentem diem 20 Martii, vel in Feriam IV post Dominicam in Albis?

VII. Concurrente die octava Dedicationis propriae Ecclesiae duplici min. cum Festo Dedicationis Basilicarum SS. Apostolorum Petri et Pauli dupl. mai. quomodo ordinandae erunt Vesperae?

VIII. Quando Commemoratio omnium SS. S. R. E. Summorum Pontificum occurrit Dominica infra Octavam Omnium Sanctorum, eadem *Postcommunio* habetur pro Missa de Festo et pro dicta Octava: in casu unde *sumenda erit Postcommunio* pro Octava?

IX. In primis Vesperis Festi duplicis primae classis Commemoratio diei Octavae Dedicationis propriae Ecclesiae, cuius Officium mane persolutum fuit, faciendane est vel omittenda?

X. Privilegium translationis quo iuxta Rubricas gaudent Festa primaria SS. Ecclesiae Doctorum ritus dupl. min. si impedita fuerint, extendine debet ad eorum Festa secundaria eiusdem ritus.

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. II et III. Affirmative.

Ad IV. Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam (1).

(1) Videlicet: Si dies octava alicuius festi habentis octavam incidat in aliam octavam, quae ita sit privilegiata, ut sola duplicia classica admittat, celebrari non potest per integrum officium, sed per solam commemorationem. Haec est regula generalis certo tenenda post relatum Decretum, quod rationi liturgicae, praeterquamquod quaestionem inter peritos ex auctoritate dirimit, sapienter innititur. Et sane quando aliqua octava sic privilegiata conceditur, ut sola duplicia classica admittat,, esto etiam quod non solum sint occurrentia, verum etiam translata, nullum certe aliud festum admittere potest, sed debet excludere, quod inferioris est ritus. Excludet ergo eiusmodi sic privilegiala octava semiduplicia, duplicia minora, etiam Doctoris Ecclesiae, ac duplicia maiora. Quare ergo excludere non debel etiam octavam diem, nisi aliquo et haec privilegio fruatur? Etenim dies octava est per se dup* minus; atqui dupl. minus, infra octavam tali modo privilegiatam occurrens, celebrari per integrum officium nequit, ergo neque talis octava dies poterit celebrari.

Equidem quaecumque dies octava privilegio gaudet, ut in occursu praevaleat duplici cuicumque minori atque etiam maiori, sed duplici II classis praevalere nunquam potest. Ergo dies octava quaecumque duplici quocumque II classis, ut de duplici I cl. taceamus, semper erit inferior. Consequenter, peculiari quoque admisso privilegio, vi cuius dies octava duplicibus minoribus et maioribus in occursu praevalet, nunquam praevalere poterit, imo neque aequiparari duplici II classis. Atqui in hypothesi sola duplicia II classis admittuntur, ergo admitti non potest dies octava, quae duplici II cl. ne aequiparari quidem potest, sed eo est inferior.

Quoad utramque quaestionem. Ad VI. Vesperae fiant de Festo digniori cum commemoratione Festi dignitate inferioris.

Hic autem animadvertendum est, non esse instituendam comparationem inter ritum octavae privilegiatae et ritum diei octavae in illam incidentis ; quia, hac instituta comparatione, non solum dies octava celebranda esset infra quamcumque aliam privilegiatam, sed eliam quodcumque duplex, et plura etiam ad minus semiduplicia. Dies namque infra octavam quamcumque, generatim loquendo, semiduplicis sunt ritus, imo et secundarii qualitate gaudent ; ergo infra eam de quocumque duplici agendum esset, et etiam de semiduplici saltem primario. Sed comparatione instituta inter ritum et ritum, tunc privilegio, quo octava ditata est, valedicamus oportet ; quo admisso, iam quaestionis confinia excedimus. Privilegium enim in eo consistit, ut de semiduplici infra octavam privilegiatam fieri possit, aliis exclusis festis etiam superioris ritui ; ut proinde comparatio inter ritum diei infra octavam privilegiatam et ritum diei octavae locum habere nequeat. Ita ex. gr. dies infra octavam Epiphaniae sunt ritus semiduplicis, excludunt tamen omnia duplicia occurrentia, nisi sint I classis. Frustra ergo in quaestionem adducerentur momenta superioritatis ritus in festis occurrentibus, quippe quae, etsi potiora sint, excluduntur nihilominus ob privilegium octavae. Consequenter de semiduplici infra octavam semper erit agendum, nisi aliquod duplex I ei. occurrat, contra quodcumque aliud festum duplex occurrens. Iam quaeri potest, si ex hypothesi, quae comprobari vi Rubricarum nequit, ante festum Epiphaniae occurreret festum duplex cum octava, eiusque octava dies incideret infra octavam sic privilegiatam Epiphaniae, de hac die octava celebrari ne posset officium? Minime gentium, quia dies octava non est. duplex I classis. A pari, si dies octava occurrat infra octavam Corporis Christi sic privilegiatam ut sola duplicia I et II cl. admittat : videlicet, de ea die octava fieri nequibit officium, quia dies octava neque dup. I, neque II classis est, quamvis II cl. magis quam 1 appropinquet.

Quae tamen dicta sint generaliter, cum ceterum S. R. C. quando has octavas privilegíalas indulget, ut plurimum innuit, praeter festa generaliter excludenda, ea particulariter, quae celebrari praecipit. Ita Decretum in *Asculana* n. 2611 (4576) indulget octavas ita privilegiatas SS. Corporis Christi et Assumptionis Deiparae, ut fieri tantum infra illas possit de duplicibus I et II classis, infra octavam vero Assumptionis excipit etiam octavam diem S. Laurentii, de qua* vult ut officium fiat. Equidem cl. Gardellinius in relativa adnotatione, docet hanc esse veluti regulam generalem, quod tamen nequaquam ostendit, et contrarium praesenti Decreto asseritur.

Similiter Decretum 2688 (4680) indulget festum SS. Trinitatis cum octava privilegiata, ita ut duplicia omnia pariter excludat, nisi I aut II cl. fuerint; vult nihilominus ut de aliqua die octava festi octavam habentis, integrum celebretur officium. Hanc quoque dispositionem particularem teneas; agitur enim de Indulto, quod tantum concedit, quantum legislator vult. Sed generalem regulam solum Decretum praesens exhibet, uti ex toto contextu patet: adeo ut, quando aliqua octava privilegiata a S. R. C. ita conceditur, ut de solis fieri possit duplicibus classicis, dies aliqua octava, quae infra illam potest incidere, per integrum officium celebrari non possit, sed tantum per commemorationem. Hac de ratione soluta ac demonstrata, seu ex ratione liturgica seu ex auctoritate, quaestio in Ephemeridibus, cuius solutionem prudenter distulimus, pro mense Aprili proposita.

Ad VII. Vesperae erunt de die octava cum comm. de sequenti.

Ad VIII. In casu *Postcommunio* desumatur ex Missa Vigiliae Omnium Sanctorum.

Ad IX. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam (1).

Ad X. Negative.

Atque ita rescripsit, die 4 martii 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA, *S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, ARCHIEP. LAODICEN., *Secretarius.*

PRIVILEGIA. — Quae in triduo vel Octiduo solemniter celebrando intra annum a Beatificatione vel Canonizatione, per Rescriptum Sacrae Rituum Congregationis, a summo Pontifice concedi solent.

I. In solemniis, sive triduanis pro recenter Beatificalis, sive octiduanis pro recenter Canonizatis, quae celebrari permittuntur Missae omnes, sive solemnes sive privatae, inter Votivas recensendae sunt. Ob peculiarem vero celebritatem Sanctitas Sua indulget, ut omnes ac singulae dicantur cum *Gloria* et *Credo* semper autem habebunt Evangelium S. Ioannis in fine, iuxta Rubricas. Missa tamen solemnis dicatur cum unica Oratione; reliquae vero privatae cum omnibus commemorationibus occurrentibus, sed Collectis exclusis.

II. Missam solemnem impediunt tantum Duplicia primae classis, eiusdemque classis Dominicae, nec non feriae, vigiliae et octavae privilegiatae, quae prefata duplicia excludunt. Missas vero privatas impediunt etiam Duplicia secundae classis, et eiusdem classis Dominicae. In his autem casibus impedimenti, Missae dicendae sunt de occurrente festo, vel Dominica, aliisve diebus ut supra privilegiatis, prouti ritus diei postulat. In Duplicibus tamen primae classis addatur Orationi diei unica commemoratio de Beato vel Sancto sub unica conclusione: in duplicibus autem secundae classis Orationi de die, sub sua distincta conclusione, addantur in privatis Missis, praeter Orationem de Beato vel Sancto; omnes quas ritus exigit eommemo-

(1) Hinc in Decreto 3624 ad VII, responsionis *Negative* suffice *Affirmative;* et Rubrica, quae ibi servanda dicitur, est quae prostat post Tabellam Concurrente, num. 2.

rationes occurrentes, Collectis, ut supra, exclusis. Similiter in reliquis privilegiatis diebus Missae sint iuxta ritum diei, commemoratione de Beato vel Sancto semper suo loco addita. Quod Praefationem spectat, serventur Rubricae.

III. In Ecclesiis, ubi adest onus celebrandi Missam Conventualem vel Parochialem cum applicatione pro populo, eiusmodi Missa de occurrente Officio numquam omittenda erit.

IV. Si Pontificalia Missarum ad thronum fiant, haud Tertia canenda erit, Episcopo paramenta súmente, sed Hora Nona: quae tamen Hora minor de Beato vel Sancto semper erit, substitui nihilominus eidem Horae de die pro satisfactione non poterit.

V. Quamvis Missae omnes, vel privatae tantum, impediri possint, semper nihilominus secundas Vesperas de Beato vel Sancto solemniores facere licebit absque ulla commemoratione: quae tamen cum votivi rationem induant, pro satisfactione inservire non poterunt.

VI. Aliae functiones ecclesiasticae, praeter recensitas, de Ordinarii consensu, semper habere locum poterunt, uti Homilia inter Missarum solemnia, vel vespere -Oratio panegyrica, analogae ad Beatum vel Sanctum fundendae preces, Litaniae lauretanae, et maxime solemnis cum Venerabili Benedictio. Postremo vero Tridui vel Octidui die Hymnus *Te Deum* cum *Tantum ergo* et Orationibus de Ssmo Sacramento ac pro gratiarum actione sub unica conclusione, solemniter decantandus, nunquam omittetur.

VII. Ad venerationem autem et pietatem in novensiles Beatos vel Sanctos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi ac sacra synaxi refecti, ecclesias, vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana solemnia peragentur, visitaverint, ibique iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, indulgentiam plenariam in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis, benigne concedit: iis vero qui corde saltem contrito, durante tempore enunciato, ipsas ecclesias vel oratoria publica inviserint, atque in eis uti supra oraverint, indulgentiam partialem centum dierum semel unoquoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in purgatorio existentibus, indulget.

FAVENTINA confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti Servo Dei Antonio Bonfadini Sacerdoti Professo Ordinis Minorum Sancti Francisci, Beato nuncupato.

inter viros ex Minorum Franciscalium Familia praeclaros sanctimonia vitae, accensendus est Servus Dei Antonius Bonfadini, qui anno 1400 ab honestis piisque parentibus Ferrariae ortus est. Ipse postquam a pueritia ad virilitatem in ipsa paterna domo uberes ediderat doctrinae ac pietatis fructus, ad Ordinem Minorum Sancti Francisci anno 1439 convolavit. Ibi pauper et humilis sui Patris legiferi sequens vestigia, tyrocinio expleto, sacris disciplinis sedulam dedit operam, in quibus maximam existimationem sibi comparavit. In Deum et in proximum aestuans amore, Christum et hunc crucifixum assidue excogitabat, illumque oratione ac ieiunio sibi propitium reddere satagebat. Voti compos factus, ad exteras terras missus est, ut gentibus verbum Dei annunciare^ quod studiose egit sacris lustrationibus, hominum mentes et corda a terrenis fluxisque rebus ad coelestia atque aeterna erigens bona. Priusquam Antonius in Italiam rediret, sacra Palestinae loca christianae Redemptionis mysteriis consecrata adivit, in quibus locis ferventiorem sensit charitatem, una cum vividiore studio se totum Deo Redemptori devinciendi et pro illo aspera quaeque ac dura patienter perferendi. In Italiam reversus, superiorum parens mandatis, uti verus obedientiae filius, oppidum Cotignola apostolici sui ministerii operibus excoluit, donec laboribus atque aegritudine fractus, die prima Decembris anno 1482 aerumnosam vitam cum beata ac sempiterna commutavit. Ea vero fuit sanctitatis Servi Dei opinio, ut omnes fidenti animo statim illum invocarent, sive in oppido sive in provincia degentes, opem imploraturi. Interim cultus ecclesiasticus et immemorialis Servo Dei Antonio exhibitus ante aeram urbanianam eaque decurrente et ad haec usque tempora absque interruptione perseverans, ita increbuit, ut anno 1894 in ecclesiastica Curia Faventina Processus Ordinarius Informativus super eo adornatus sit, Rmo Episcopo Faventino favorabilem sententiam proferente. Delatis autem omnibus Actis ad Sacrorum Rituum Congregationem, ut huiusmodi cultus Auctoritate Ordinaria probatus, Apostolica sanctione confirmaretur, atque instante Rmo P. Cyro a Pisauro Causae Postulatore cum universo Minorum Franciscalium Or-

dine, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi, Episcopus Portuensis et S. Rufinae atque eiusdem Causae Relator in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, subsignata die ad Vaticanum coacto, sequens Dubium discutiendum proposuit : « *An sententia Rmi Episcopi Faventini super Cultu ab immemoriali tempore praestito praefato Servo Dei Antonio Bonfadini Sacerdoti Professo Ordinis Minorum Sancti Francisci, seu super casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?* » Et Sacra eadem Congregatio, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto Rmo P. D. Ioanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, omnibusque accurate perpensis, ita rescribendum esse censuit: *«Praevia sanatione documentorum non iuridice recognitorum, sententiam esse confirmandam, si Sajictissimo placuerit* ». Die 7 Maii 1901.

Quibus^ omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Pp. XIII per infrascriptuni Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem S. Congregationis ratum habens, expetitam sanationem indulsit et sententiam Episcopi Faventini confirmavit. Die 13 iisdem mense et anno.

DOMINICUS CARD. FERRATA 5. *Rit. Congr. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *Archiep. Laodicen. Secret.*

TORNACEN. seu VIND0B0NEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Iosephi Amandi Passerat sacerdotis professi e Congregatione SSmi. Redemptoris.

Beato Clementi Mariae Hofbauer Ligoriani Instituti in transalpinis regionibus propagatori dignum adiutorem largitus est Deus, virum eiusdem Instituti alumnum et suae perfectionis proximique salutis aeque studiosum, Iosephum Amandum Passerat. Hic Dei Famulus in oppidulo Joinville in Lingonibus die 30 Aprilis anno 1772 ortum duxit, et primogenitus ex filiis Iosephi et Catharinae Olivier rite baptizatus est. Puer indolem suam potius ad pietatem quam ad ludos pronam ostendit. Praestantis eius ingenii vis enituit primo in Abbatia S. Urbani ubi sub Patribus Ordinis S. Benedicti litterarum rudimenta didicit; postea

in Catalaunensi Seminario in quo humanioribus litteris sedulo incubuit. Iam ad Lutetiam Parisiorum superioribus disciplinis addiscendis destinatus, ne a falsis opinionibus noxiisque erroribus illuc invectis deciperetur, oppidulum ac domum paternam, veluti locum refugii, magnae illi civitati praetulit. Divini humanique iuris observantissimus nec blanditiis nec minis a recto tramite dimoveri potuit; quumque nefario sacramento se devincire abnuisset in vincula coniectus est. Verum urgente bello, e carcere eductus et a rebellibus per vim militiae addictus, post biennium, Deo protegente, liberatus est. Augustae Vindelicorum et deinceps in urbe Wurtzburg sacrae theologiae studiis vacavit. Varsaviae a B. Clemente M. Hofbauer inter tyrones Congregationis SSmi Redemptoris anno 1796 adscriptus, eodem anno, ob spectatam eius virtutem, ad vota nuncupanda admittitur. Anno insequenti Iosephus Sacerdotio auctus, statim in Varsaviensi Collegio Ligoriano theologiam et historiam ecclesiasticam tradendam suscepit. Paulo post tyronibus efformandis praepositus et successive plurium domorum rector fuit. Vespiae in regione Vallensi per triennium moratus est, Friburgi domum aperuit, incolas et advenas turmatim confluentes, Fidei rudimentis, concionibus aliisque sacri ministerii exercitationibus adiuvit; atque dispersos per curias sodales in vetustam coenobium ad Vallem Sanctam prope Friburgum coegit. Verum anno 1820 vertente, B. Clementi Alphonsianae Congregationis in regionibus transalpinis Vicario, ad caelestem patriam evocato, Iosephus Passerat ab ipso B. Clemente antea designatus, auctoritate Summi Congregationis Moderatoris, prudentibus patribus, successit. Hic Vindobonae praecipua sodalitii aede constituta, Apostolici Nuncii et Imperatoris favore suffultus omnem curam adhibuit ut sodalitium in coniunctione membrorum cum capite integram vitam servaret et ad normam constitutionum quas S.Alphonsus exaraverat, propagaretur etiam in dissitis Americae regionibus. Vindobonam a se veluti renovatam reliquit Servus Dei, cum populari seditione templum et coenobium Ligorianum devastatum fuit. Tunc Leodium confugiit, inde dimisso ob devexam aetatem et infirmam valetudinem officio Vicarii, Brugis sese abdidit ubi per biennium Sanctimonialibus a SSifio Redemptore in spiritualibus pater et magister adfuit. Apoplexi correptus ac Tornacum deductus per octo annos hanc aegritudinem placide fortiterque sustinuit, do-

nec ecclesiae sacramentis munitus, die 30 Octobris anno 1858 obdormivit in Domino. Sanctimoniae fama quam Servus Dei vivens sibi conciliaverat, post obitum adeo aucta et " constans extitit, ut Processus Ordinarii super ea instituti et ad exitum perducti Sacrorum Rituum Congregationi exhibiti fuerint. Eapropter, attentis litteris postulatoriis plurium Emorum S. R. E. Cardinalium et Rmorum Sacrorum Antistitum atque Revmi P. M. Rauss Congregationi SSmi Redemptoris Super. Gener. et Rectoris Maioris, et instante Rmo P. Claudio Benedetti eiusdem Congregationis Postulatore Generali, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella, huius Causae Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit. *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Porro Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu Commissionem esse signandam si Ssmo placuerit.* Die 7 Maii 1901.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacrae Congregationis ratam habens propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Ven. Servi Dei Iosephi Amandi Passerat sacerdotis professi e Congregatione Ssmi Redemptoris, die 13, iisdem mense et anno.

DOMINICUS CARD. FERRATA *Sacr. Rit. Congr. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *Archiep. Laodicen. Secr.*

RESPONSIO ad Animadversiones R. P. D. Promotoris Fidei (1),

SUPER DUBIO

An sit signanda commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur?

Eme ac Rme Domine,

Causa Dei Servae agitur, quae, ineunte fere saeculo XIX, ad superos evolavit. Testes igitur, quos Postulator induxit, non omnes ad unum *de visu* esse poterant : *tres* enim supererant. Hinc Censor contendere ne beneficio probationum, quae tamquam *subsidio* in causis antiquis concedi solent, Postulatores uterentur. Sed frustra profecto. — Quid enim probationes subsidiariae sunt? Porro duplex earum genus. Alterae ex ore testium *de auditu* derivantur: alterae ex scriptis documentis. Quando et quibus de causis Postulatores subsidiaras probationibus legitime uti possunt? Ex Benedictino Decreto, quod anno 1741 editum est, tum beneficium illud conceditur « quando non constiterit primos auctoritate ordinaria processus fuisse dolo malo aut culpabili negligentia tamdiu dilatos donec testes de visu nulli superessent». Sed quid negligentia culpabilis? quid dolus maius?

Inter omnes satis constat tunc probabiles culpae causas interdum incidere posse, quando e testibus *de visu* nemo reliquus sit: haec enim Decreti verba : « donec testes de visu nulli superessent ». Ecquis igitur de Postulatorum culpa et negligentia serio contenderit, cum in iudicio, de quo agitur, tres *de visu testes* superfuerunt? Accedit quod in hac sede de *publica opinione et fama sanctitatis* disceptatur et iudicium ordinaria Episcopi auctoritate institutum, communis iuris praeceptis regitur. Quae cum benigniori sensu accipienda sint, quam praecepta singularis iuris, quibus iudicia apostolica reguntur, vel eam probationem uti legitimam agnoscunt, quae *ex duobus tantum* testibus promanat. Enimvero ad rem plane pertinet illud Pignatelli et Benedicti XIV : « fama de iure probatur ex ore duorum testium, qui sint spectatae fidei ». Si igitur culpa interdum esse poterit, quando nulli testes de visu omnino supersint, cur negligentia coarguemus Postulatores, quando

(1) Processus beatificationis ven. Thouret incipit p. 229 et prosequitur p. 379, 427, 561 seq.

ires testes de visu in hanc causam induxerunt, et contra, duos tantummodo superesse oportebat?

Pariter quid sit dolus maius vel fraus facile intelligitur. Tunc enim fraudis et doli mali probabilis suspicio incidit, quum aliquid in alicuius Dei Servi vita extet censura dignum, quod silentio tegendum sit. Re vera Ioanna Antida Thouret vitam -degit neque solivagam, neque una tantum in urbe vel oppido: bene vero in propatulo atque in omnium conspectu et in urbibus multis, ubi plurimis virtutum exemplis editis, iisque praeclaris, constantem, diuturnam atque universalem sanctitatis famam adepta est. Virtutis suae iustos aestimatores, dum vixit, viros habuit, tum sanctimonia, tum dignitate praestantes.

At, dum vivebat Dei Serva (Censor opponit) acérrimos nacta est adversarios, ideoque haud immerito suspicari poteris adeo in eiusdem provehenda causa Postulatores cunctatos fuisse, donec illis e medio sublatis, ipsa, si fieri possit, factorum memoria tempore deleretur. — Quid ? In hoc iudicio tres testes, uti vidimus, de factis, quae suis ipsi oculis hauserunt, testati sunt: ceteri, omnes ad unum a testibus de visu vel ab aequalibus Dei Ancillae notiones derivarunt; si quid igitur minus probabile in eius vita extitisset, id eos omnino fugere non poterat.

Ex iisdem fontibus reliqui omnes testes hauserunt : unde •clare patet nihil nota dignum, si foret, testium oculos celari potuisse.

Quod idem magis magisque erit tibi persuasum, quum •causas spectes cur Dei Serva adversarios nacta sit. — Ex Benedicti XIV sententia, « omnes Sancti et Sanctae Dei calumniis semper patuerunt, et illi praecipue, qui sanctiores et Ecclesiae fructuosiores fuerunt. Sanctus Sanctorum, Christus videlicet, ab hominum calumniis non fuit immunis... et eius exemplo viri probi persecutiones passi sunt... cum Paulus, Doctor gentium, •exagitatus fuerit veluti haereticus et criminosus, Stephanus tamquam blasphemus in locum sanctum et legem ; cum de S. Athanasio dictum sit, quod stuprator fuisset et homicida; de S. Basilio, quod esset ambitiosus et superbus; de S. Ioanne Chrisostomo, quod arrogantia tumeret; de S. Hieronymo quod esset violentus et haereticus; de S. Augustino, quod esset auctor novorum de gratia dogmatum ; de S. Bernardo, quod esset pseudo-propheta. Sunt enim haec opera diaboli, teste S. Cypriano ». Porro ait Iesus: «Beati eritis, cum adversum vos,

omne malum dixerint homines mentientes, propter nomen» meum ».

Quisnam Dei Servae adversatus? Acerrime omnium Bisuntinus Praesul, Revmus Courtois de Pressigny. — Curnam? a gallici commentarii scriptore causam discite: « il était à coup sûr un prélat docte.... mais tout le monde sait qu'il fut un de& prélats de cette époque plus attachés au Gallicanisme et c'est ce, qui nous donne la clé du mystère». — Exordientis Sororum a caritate Congregationis summum regimen ipse vindicaverat sibi. Quum vero Pius VII summo eius imperio sorores exemit, variisque episcopis iussit esse subiectas, iniqua Praesul ille exarsit irà, subitoque Bisuntinas domos a ceteris avulsit easque sibi regendas suscepit, omne virus ocerbitatis suae in Antidam effundere conatus. — Quid ipsa? nonnisi lenitatern opposuit, certa pro Romani Pontificis iuribus tuendis vel mortem obire. « Le modificazioni fatte dalla S. Sede arrecarono da parte dell'Arcivescovo di Besanzone gravi molestie alla Serva di Dio, riputando erroneamente, che questa aveva proposto la modificazione relativamente al Superiorato Generale. La Serva di Dio sopportò assai virtuosamente quelle molestie, distinguendosi per eroica rassegnazione, per grande umiltà ».

Quamvis vero Bisuntinum Praesulem adversarium nacta sit, nemo unquam tamen Dei Servae nomen denigrare ausus est. Hoc autumat testis VI, qui eam de visu novit, et Parochus oppidi natalis Dei Servae, tamquam testis ex officio inductus: « numquam audivi, vidi, legi contra famam sanctitatis Servae Dei, sive dum ipsa viveret, vel post eius mortem, aliquid unquam dictum, scriptum vel factum fuisse ». Vel in Bisuntinis Sororum domibus, a Dei Servae imperio avulsis, nemo umquam eius sanctitati adversatus est.

Cum res ita se habeant, prudentissimus quisque sentit nihil in rebus a Dei Serva gestis accidere potuisse, quod silentio tegeretur. Omnis igitur doli mali aut culpabilis negligentiae suspicio, tamquam minus legitima, in huius causae actoribus amovenda est. Idque eo magis, quum, ex Sacrae Romanae Rotae sententiis, dolus et culpa numquam praesumantur, sed gravissimis probationibus ab accusatoribus utramque rem demonstrari oporteat. « Onus enim probandi incumbit ei, qui dicit, non ei qui negat, et in exceptionibus dicendum est reum partibus actoris fungi oportere ipsumque exceptionem velut intentionem im-

plere ». In hoc iudicio autem non modo nulla accusationis probabilis causa allata est, verum etiam postulat vir amplissimus atque ornatissimus, religione iurisiurandi obligatus, cui, (quum is Benedictino Decreto cumulate satisfecerit), subsidiariae probationes ullo pacto denegari non possunt.

Sed Censor instat: cur haec iudicialis inquisitio dilata est? — Porro ob temporum acerbitatem, qua nulla probabilior aut urgentior causa, nulla unquam gravior ratio et magis necessaria incidere poterat.

Ex quo die Iohanna Antida coelis recepta est, enixe diuque sororibus adlaborandum fuit, ut domos ab ipsa conditas propagarent et firmis praesidiis ubique constituerent. Id temporis exigua facultatum copia premebantur: unde illud Velaschez ad eas iure transferri potest : « differre non dicitur impeditus. Validissimum autem impedimentum praestat paupertas ». Publicis regnorum conversionibus difficultates creverant. Ut enim ab inferis vesanus ille furor erupit, quo flagitiosissimi homines sacrum libertatis nomen usurpare non dubitarunt, quid contra religiosos ordines actum non est ? A gregibus sacri pastores abstraed, religiosae familiae dissociatae, earum bona direpta, virgines Deo devotae ex avitis domiciliis exturbatae, iura adeo Apostolicae Sedis sacrilego ausu violata. In tanta rerum eversione illud unum Sororum officium erat Congregationem ab omni iactura incolumem reddere. Publicis tranquillatis rebus, subito earum animus documentis colligendis appulsus est, quibus iudicialis inquisitio ineretur. Ceterum, temporum acerbitas probabilis dilationis causa habita est etiam in causis S. Franciscae Romanae Fremiot de Chantal; S. Ioannis Baptistae de la Salle; B. Ludovici Grignon; Ven. Ioannae de Lestonnac; V. Ludovicae de Marillac : in hac causa probari igitur non poterit ?

Accedit quod omnium alumnarum suarum tamquam tesserami S. Vincentius a Paulo humilitatem esse iussit; ex quo factum est ut diu sorores vel illam exteriorem gloriam despicerent, quae in honoribus sanctitati decernendis apprime consisteret. Causa nobilissima Ludovicae de Marillac hac una ex ratione longissimam subiit moram, quod praeiudicata quaedam opinio inter Puellas a caritate pervaserat, S. Vincentium a Paulo dixisse « qu'aucune fille de la charité ne serait jamais canonisée ». In ipsa Vincentiana Societate Sacrarum Missionum

pluries de ineunda causa alicuius sodalis, qui ex hac vita magna cum sanctitatis fama migrasset, pertractatum est. Sed vicit. semper illorum sententia, qui contendebant, excepta Patris Legiferi causa, ne ceterae proveherentur. Sic humilitati tuendae potius consultum fore ducebatur. Recentiori dumtaxat aetate, de rigidiore consuetudine aliquid remissum est et causae, ceteroquin optimae, quae perpetuo iam damnatae videbantur silentio, divino consilio evenit ut proveherentur. Idque iure: « opera enim Dei revelare et confiteri honorificum est ». Quod si de Vincentiana Societate haec dicenda, quid de Sororum institutis? — Porro ex auctoritate S. Romanae Rotae, illud praeclare sancitum est : « omnis negligentiae nota cessat in eo, qui habet iustam et rationabilem differendi causam ». Nonne haec inquisitio igitur, siquid morae habuit, ulla absque culpa vel fraude dilata est?

Quae quum ita sint, a causae actoribus vel minima negligentiae et doli mali nébula facile propulsatur, neque ullo pacto iis facultas denegari potest « admittendi virtutum.... probationem , quam vocant subsidiariam, conflatam ex testibus quidem tantum de auditu, quandoque a videntibus, quandoque non ».

Verum, tali privilegio concesso, supervacaneum hic esset inquirere an aliqui testes de visu, aut nulli superessent. Omne enim probationis onus ipsi testes de auditu possunt suscipere. Itemque parum conficit quod tres testes de visu inducti, sicce et ieiuna fere oratione nonnullis interrogationibus satisfacerint. — Etenim non omnes scire omnia tenentur testes, quum non ex singulis eorum dictis, sed ex multorum dictorum complexione, id quod quaeritur in iudiciis large effíuat exiliatque necesse est ; non secus ac undique aquarum collectis venis, large scatent fontes et abunde manant Hoc vidit, hoc sensit Benedictus XIV, quum dixit: «non est necesse in iudicio, de quo nunc agimus, ut testes sint omnino concordes, sive contestes': possunt enim esse singulares, singularitate adminiculativa ». Si parumper fingamus tres testes de visu, qui inducti sunt, haud perfecte suo muneri satis fecisse, Benedictino privilegio concesso, officia et partes eorum bene suscipere possunt testes de auditu et lacunas et defectus explere; alter alterius enim poscere potest amicam manum.

Damus igitur id, quod Censor assumit, nempe priorem te-

stem de visu, ad 24 interrogatorium, rogatam cur Bisuntinae Sorores a Dei Servae imperio sese seiunxerint, ieiune et sicce admodum respondisse. Multa eaque aptissima respondit Soror Clarix Mantelli quae familiari consuetudine Ioannae Antidae usa est. Damus etiam eamdem testem de visu, interrogatam quando inceperit accessus Christifidelium ad Servae Dei sepulcrum, dixisse: «non posso oggi precisare l'epoca». — Vicem eius tenet recte Soror Clarix Mantelli, testis de visu, quae dixit: « il detto accesso è cominciato dall'epoca dell'interro del detto cadavere e perdura tuttora ». Praeterea haud inficiar ad interrogationes 13, 14, 15 et 16 eamdem I testem ieiunum responsum dedisse. — Quid inde? Lacunas huius prioris testis aptissime ac fusa oratione explet Soror Feliz Rosaz, testis et ipsa de visu, ex ordine II: itemque Testis X, XII, XVII, XVIII, XXVIII, XXIX. Quibus nihil est quod adiungi possit.

Porro quanti facienda sint ea, quae attulimus, ipse Censor sentire videtur, qui tandem aliquando se non obsistere fatetur quin causae actores Benedictinis privilegiis legitime utantur. Sed ne tam certa et ingenua confessio aliquam sibi labem inspergere videretur, quasi paullisper a censorio munere defixerit, Vir eximius illud contendit subsidiarias probationes a Postulatoribus in hoc iudicio oblatas in genere suo minus esse perfectas. Dum formam ordinariae inquisitionis ille laudat affirmans ea sedulitate atque peritia fuisse digestam, quibus in hisce negotiis gerendis Curia Ecclesiastica Neapolitana pollet, contra vero probationum gravitatem (relevantiam vocant) desiderare videtur.

Itaque dolet in primis quod uberrima documentorum seges, quae scriptis consignata extant, iudicii tabulis inserta non sint, perinde ac si aditus huic causae ineundae debeat intercludi. At Vir doctissimus, pareat, quaeso. Etsi subsidiariae probationes testibus et scriptis documentis constent, tamen neque testes, neque documenta ita inter se coniuncta sunt ut altera ab alteris seiungi non possint. Saepe documenta officia et partes testium suscipiunt: saepe testes opem documentorum explent. Si igitur postulatores scripta iudicii tabulis inserere omiserunt, data facultate usi sunt. Neque ullum umquam detrimentum causae exinde inferri poterat: tum quia Postulatores onus probationis simul testibus de visu et testibus de auditu a videntibus mandarunt : tum quia testes de visu et testes de au-

ditu, una simul coniuncti, tantam probationum vim ediderunt, quo nihil cumulatius desideretur. Ceterum in hac sede de Commissione (uti vocant) signanda unice disceptatur. At « pro obtinerida signatura commissionis non est necesse probari in specie virtutes et miracula . . . sed tantummodo opus est ut virtutum et miraculorum fama probetur ». Verumtamen inducti testes non pauca, neque levia, neque incerta, de singulis Ioannae Antidae virtutibus et supernis donis declararunt.

At testes (urget Censor) non semper orali traditioni adhaerent : aliquot enim non raro ad documenta confugiunt. Esto : quid inde? nulla lege vetantur hac indirecta documentorum (ut ita dicam) compulsatione uti, quando de ineunda causa agitur, quae communis iuris praeceptis regitur, dummodo scriptores « sint viri boni, prudentes, pura eorum minimeque adulterata scripta ». Quum oralis traditio eiusmodi sit, quae amplam rerum gestarum narrationem cum singulis factorum adminiculis, etiam tenuioribus, transmittere omnino nequeat, nihil admirationis habet quod testes adminicula ex fontibus interdum derivent. Ideo Testis XI (uti Censor adnotat) et Testis XXXII appellant «Historiam a Parocho oppidi natalis Dei Servae descriptam » de rebus ab ea gestis. Quum ipse aequalis Ioanni Antidae fuerit et vir consummatae virtutis, quanta fides apud eum sit, nemo est, qui non vidit. — Pariter dolet Censor quod Testis XII praecipue ad Vitam Dei Servae confugiat, quam neptis eius enarravit Soror Rosalia Thouret. At quaenam ista? « fut sa compagne et sa confidant jusqu'à sa mort » : post obitum Dei Servae autem summum regimen Sororum a Caritate obtinuit magna cum existimatione virtutis. Omnis ergo fides historiae ab ea conscriptae est adhibenda. — Quid amplius? Sustollantur, si placet, pauca quae XII et XXXII testes affirmant. Eorum vicem explent multa eaque gravissimi ponderis, quae reliqui testes e viva maiorum voce et ore hauserunt atque in Summarii tabulis late patent.

Nec satis admodum. Censor enim contra refert famam sanctitatis Dei servae paucis abhinc annis re vixisse ex vitae commentariis, quae quum recentiora sint, parum auctoritatis sibi vindicare videntur. — Sed quorsum haec ? Nonne testes concordi sententia significant famam, qua, Ioanna Antida vivens floruit, ab obitus die usque adhuc semper constasse sibi? — Ex recentioribus commentariis exigua parte fuisse auctam da-

mus libenter. Nullum enim inter homines tam praeclarum facinus est, cui maius decus ex voce scriptorum non accesserit. At ex iisdem commentariis famam unice derivasse, illud negamus omnino.

Dies cedat si omnia ad unum testium dicta proferrem, affirmantem Ioannae Antidae famam, quae ab eximia exercitatione virtutum initia sumpsit, neque Dei Servae obitu, neque tempore fuisse deletam.

Recentiores scriptores, quorum ad opem confugiunt testes XVIII et XX, uti Censor adnotat, sunt Rmus Henricus Calhiat sacris Apostolicis Missionibus addictus, in theologia et iure sacro laurea donatus, sacerdos canonicatu auctus, et R. P. Ferdinandus Canger sodalis e societate Iesu, vir clarae memoriae. Alter Dei Servae vitae commentarium gallico sermone in lucem edidit ex libraria Vaticana Officina, anno 1892: alter italico idiomate, Prati, anno 1893. Numne ad famam probandam vel factum aliquod peculiare declarandum reiiciendi sunt viri isti? Minime gentium. Ex Benedictino iure, quadruplici genere historiae scriptores continentur et quisque pro suo genere aliorum fidem vindicat sibi. — Verum principem tenent locum, qui res enarrant suis oculis perspectas: secundum, qui a videntibus hauserunt': tertium, qui audiverunt ab iis, quibus videntes narrarunt: quartum denique qui monumenta, quae edunt, ex historiis collegerunt.

At quaenam fides? Quaenam auctoritas? Ipsum Benedictum XIV audite : « tanta horum scriptorum auctoritas, quanta erit illorum, a quibus sua scripta sumpserunt ». Quoniam igitur maximum auctoritatis pondus inest illi scriptorum generi, qui res enarratas suis oculis perspexerunt et maius, quam reliquis, secundo scriptorum generi, qui res a videntibus acceperunt, ideo summo in pretio habenda sunt commentaria, quae supra dixi. Monumenta enim, quibus constant, ad eam ipsam aetatem, qua Dei serva vixit, pertinent. Hac de causa famae originem maximopere illa commentaria probant. Quin etiam, quia nonnulla monumenta paulo recentiora in illis commentariis continentur, famae continuatio quoque exinde probatur. — Ceterum Calhiat operi suo iudicialis veritatis sigillum atque magnam auctoritatem (ut ita dicam) indidit, quum testimonium in hac iudiciali inquisitione iuratus perhibuit et quibus fontibus librum suum hauserit passim aperteque declaravit. — Denique tum

gallici, tum italici scriptoris utrumque commentarium tali Eminentissimo Viro inscriptum est, doctrina et pietate praestanti, qui non modo universae Sodalitatis Sororum a Caritate patronus nominari gaudet, sed etiam, quum in praecelso isto Eminentissimorum Patrum Ordine atque, in hodierno comitio, hanc causam accurate evolvat et penetralia illustret, facile quanta penes illos scriptores sit fides demonstrare poterit.

Vetera documenta Censor diligentissimus recensens, due ex illis praecipue desiderat, quae reapse unum idemque sunt, quia utrisque scribendis eo maxime spectavit Dei Serva ut a se accusationes arceret, quas Rmus Courtois de Pressigny, Bisuntinus Praesul, contra ipsam, ob regulas a Pio VII rite probatas, ex concepta ira acerrime inflarat. Quorum documentorum alterum ***{Mémoire de pures vérités),*** hortatu sacerdotis Neyre, Parochi in oppido Thonon, Dei Serva Anneciensi Praesuli dedit, qui eius partes tuebatur: alterum ***(Justification et explication etc)*** ipsi Revmo Courtois misit ut, candide rerum veritate exposita, iram solveret atque Romanae Ecclesiae placitis obsequeretur. — Porro utrumque documentum Sacer hic Ordo rite probavit una simul cum omnibus scriptis, quae Dei Ancillae manu exarata esse ferebantur. Nihil nunc nota dignum Censor in medium profert. — Quid igitur? Iudicii tabulis erant inserenda. — At facultas utique dabatur, non autem necessitas. De sanctitatis fama in hac sede disceptatur, eaque ex testium dictis luculentissime apparet. — Quando de virtutibus singillatim agetur, tunc porro potiora probationum praesidia adiicienda curabimus.

Quod si ex pleniori huius causae patrocinio, non autem ex necessitate quia causa optima est, de binis illis documentis nonnulla in transitu attingere iuvabit, tanta sapientia ac germana veritate Dei Serva oblatas a Praesule Bisuntino criminationes depulit atque iura Romani Pontificis et decus nascentis sodalitatis tuita est, ut eius virtus magis magisque splendeat et Gallicam Praesulis ad nimiam ambitionem incumbens animus et pervicacia demonstretur.

Alia documenta Censor dolet iudicii tabulis haud inserta fuisse, quae tamen Sacer hic Ordo rite perpendit. Haec sunt: I. Epistolae a Dei Serva ad Episcopum Cusentinum missae, qui ei a confessionibus fuerat. II. Epistolae ad Praesulem Bisuntinum datae. III. Parva historia Ioannae Antidae Thouret a Maria Sourdon enarrata, quae eiusdem oppidi ac Dei Serva fuit

eamque tenemmo amore est prosequuta. — Sed facilis nunc quoque, nec nugatoria et infirma responsio suppetit. Omnia haec scripta rite perpensa et probata sunt: nihil reprehensione dignum ex iis dérivât Censor: quin etiam omnia eximiam Dei Servae redolent sanctitatem, veluti sententia Theologi Censoris scriptis eius cognoscendis aperte declarat.

Tum denique accedit quod in hac sede iudicii de fama tantum in genere quaestio sit: quapropter documenta, quae nunc desiderantur, causae actoribus in iudicium proferre summopere cordi erit, quum de singulis agetur virtutibus. Nihil igitur occurrit, quod carpas.

Alia quoque documenta Censor dolet in iudicialem inquisitionem haud inducta fuisse. Ex his, priorem locum obtinet epistola quaedam circiter anno 1825, Praesuli Anneciensi data : secundum quidam cathechismus, quem Dei Serva composuisse fertur Sororum officiis recte obeundis accommodatus: tertio veniunt nonnullae epistolae, quae a Ioanna Antida venerabili Sacerdoti, qui Receveur fuit, datae fuisse dicuntur. — Porro nemo inficiabitur haec iudiciali inquisitioni numquam fuisse subiecta. At quaenam causa ? dura necessitas. Etsi plurimum investigatum sit, tamen neque in Neapolitano Tabulario, neque in Bisuntino, neque in Romano, neque alibi inventa sunt. — At si e reliquis deperdita monumenta mente iterum componere liceat eorumque imaginem adumbrare, facile erit illud ostendere nihil in iis documentis accidere potuisse, quod non esset cum eximia virtute coniunctum.

Quod si ad cathechismum, quem ipsa composuisse fertur, mentem parumper convertimus, atque omnes eius apostolicos labores complectimur, facile erit nobis hanc lacunam explere. Profecto in mentem revocate aetatem illam christiano nomini acerbissimam, in quam incidit adolescentia Dei Servae : invictum animum, quo homines in romanam sedem rebellatores respuit, qui eam sacrilego iureiurando adigere volebant : sedulitatem, qua caritatis muneribus erga infirmos perfuncta est: « pretiosa consilia (uti Censor theologus refert) quibus mater amantissima filias suas » hortabatur, tunc non repugnanter sentietis quot quantaque sanctitatis documenta libro illo, qui nunc desideratur, contineri debuerint.

Restat ut de litteris venerabili viro Receveur datis nonnulla dicamus. Illa infaustissima aetate, qua omnia tum divina,

tum humana iura in Gallia evertebantur, Ioanna Antida coenobium deserere et domum se recipere coacta fuerat. Iam in Deum iacta fiducia fore ut tandem aliquando tranquillatis rebus posset coenobiticae vitae statum iterum libere amplecti, puerulis edocendis et infirmis curandis omnino se dederat, quum ex fama accepit haud procul Receveur Congregationem mulierum instituisse, eumque sororem suam Barbaram fuisse sequutam. Eamdem Congregationem profitendi vehementer ac subito Ioanna desiderio exarsit, unde mutuum litterarum commercium inter eos ortum est. — Sed quam bona mente illae litterae fuerint conscriptae, non modo sacerdotis Receveur vita sanctissima declarat (causa enim de coelitum ei asserendis honoribus apud hunc sacrum Ordinem agitatur), sed etiam temporis adiuncta, quibus illae litterae scriptae sunt.

Attamen Censor ea qua praestat constantia et diligentia in sacris iuribus tuendis, victas dare manus recusat. Etenim in codice « *Mémoire de pures vérités* », adnotat haec verba comprehendi : « alors le soeurs de Paris publièrent que nous étions des schismatiques » et queritur quod verba sequentia in hanc sententiam concepta « et elles ont toujours continué à le publier » lituris suffusa sint. Damus : quid inde ? Poeta ille cecinit: « carmen reprehendíte, quod non — Multa dies, et multa litura coërcuit ». Quod probavit Cicero : « mendum scripturae litura tollitur ». Sufficit parumper in codicem illum leves flectere oculos ut facile intelligatur postremis verbis signum aditum esse ex eodem atramento, quo documentum ipsum exaratum est, neque aliena postea manu verba illa fuisse sublata. Accedit quod Dei Serva haud erat omni arte scribendi peritissima, scriptaque eius, quae nunc extant, prima exempla fere omnia sunt, quae *brutte copie* vulgo appellamus, omnibus modis interlineanda. Quod si saepe homines scientissimi incomptis verborum comprehensionibus atrum signum allinere solent, quid de Ioanna Antida dicendum ?

Ceterum iniuriarum, quibus in exordiis Sodalitatis a se conditae Sororibus Parisiensibus affecta est, plenae sunt instituti historiae atque facile ab iis referendis abstinere possum. — Quo die Ioanna Antida codicem illum exarabat, non adhuc iniuriae cessaverant. Iussa a moderatoribus res uti erant exponere, ne verum abderet neve ab obedientia deflecteret, ubi primum scribere aggressa est, libero calamo laxa vit habenas. Sed

paulo post, rebus maturius consideratis, ut hinc christianae caritatis munere alienos defectus obtegeret, inde integrum veritatis officium constaret, postrema dele vit verba « et elles ont toujours continué à le publier ». Quod quantam laudem habeat facile quisque sentit.

Haec, quae huc usque, de lituris consideravimus, iure meritoque ad cetera scripta Dei Servae referri possunt. Etenim quum exempla omnia fere *brutte copie,* non exemplaria sint, lituris saepe, poenitentiis, mutationibus suffusa inveniuntur. — Quod si nonnulla eorumdem scriptorum etiam excisa vel aliqua ex parte exesa occurrunt, illud temporis edacitati tribuendum est. Debemus enim morti nos, nostraque, nec cartula, quae vento rapinar, monumentum haberi potest aere perennius. Hoc vidit, hoc sensit, hoc idem scripto consignare non dubitavit theologus Censor, quum laudem amplissimam Dei Servae sanctitati edidit his verbis: « ex scriptis, quae habentur, facile est deducere in paucis, quae desiderantur, nihil, adesse, quod Censurae locum tribuat ac mulieris pientissimae minus dignum habeatur ».

Nimium profecto orationis seges excresceret, si plura velim adiungere. At quum testis dixerit : « sotto il Generalato della M. Carolina Chambrot . . . . fu distrutta una vita stampata della Madre.... scritta dalla nepote della Serva di Dio », Censor petit quale istud vitae commentarium fuerit et qua de causa exitium passum. — Vitae commentarium, quod testis annuit, inscribitur «Notice sur la vie de sœur Jeanne-Antide Thouret Fondatrice des Sœurs de la charité de Besançon sous la protection de Saint Vincent de Paul ». Exaravit Febronia Thouret, altera Dei Servae neptis et in Congregatione soror ornatissima. — Quum aequalis Ioannae Antidae fuerit, omnia eius facta sibi comperta plane descripsit. Commentarium typis impressum Pio IX P. M. inscriptum est, unde quanta auctoritas libro illi accesserit facile intelligitur. Cum pauca exempla huius libri in lucem edita essent, illud, quod in tabulario Romano asservabatur, ignis fortuito casu absumpsit, dum summum Congregationis regimen Soror Carolina Chambrot obtinebat: hinc in iudicialem scriptorum inquisitionem adduci non potuit. — Verumtamen iterum indagare, conquirere Postulatores non destiterunt, donec tandem aliquando nonnulla exempla reperta sunt. — Subito alterum ex iis tradi Censori vigilantissimo curarunt, qui cum commentarium illud iam rite perpenderit, huic quaestioni amplius locus non erit.

Quae igitur quum ita sint, si argumenta quae huc usque attulimus, omnia in pauca conferamus, et uno (ut ita dicam) oculorum coniectu comprehendamus, nihil dubii reliquum erit quin probationes, quibus haec inquisitio nititur, omni ex parte, iuxta iudiciorum ordinem, perfectae sint.

Sed tandem aliquando tempus est ut, ex hisce cancellis quaestione educta, in patentius aequor oratio provehatur virtutibusque Dei Servae suus constet honos. — Quas saepenumero consideranti mihi tanquam viridarium, sanctitatis floribus exornatum, ante oculos venit. — Vita enim Ioannae Antidae non modo eiusmodi fuit, quam totam commendes et admireris, sed etiam illarum virginum imaginem ad vivum expressit, quae, infracta animi celsitudine, vagientis Ecclesiae aetatem illustrarunt.— Neque ea, quae Censor, muneris sui causa, obiicit, famae sanctitatis officiunt. — Veluti enim umbrae in pictura colorum claritates accendunt, ita, oppositorum vi splendor virtutis excitatur vehementius et emicat illustrius.

Animadvertit enimvero in primis Censor Ioannam Antidam Parisiensi domo Puellarum a caritate, propter gallicam perturbationem, abire coactam, haud amplius tranquillatis rebus fuisse reversam. — Secundo autem vitio Dei Servae datur, quod Ven. virum Sil vestrum Receveur, qui novo Instituto Sororum condendo operam dabat, in Helvetiam sequuta, paulo post Vesontionem digressa sit, ubi prima sodalitatis suae fundamenta Iocavit. At rerum a Dei Serva gestarum memorias evolventi haud difficile est obiecta refellere.

Nimirum ut apto iustoque defensionis scuto a Ioanna Antida primum illud accusationis caput propulsemus, respicere quippe ante omnia oportet ad inauditam illius aetatis nequitiam, quum in Galliae gremio atra belli fax in Deum, Deique templa, aras, virgines sanctas sacrique gregis pastores exarsit, quaeque nisi labente tempore esset restincta, omne pietatis vestigium penitus absumpsisset. Quidquid sceleris fìngi aut excogitan poterat, ad id concitam ira plebem ruisse legimus. — Itaque Parisiensi Filiarum a caritate sodalitate eversa, Dei Serva, quae uti (iruncula illi instituto nomen dederat, domum sese recipere coacta est. Ibi eadem caritatis officia, quibus iam antea perfungi coeperat, urgere non destitit, pientissimorum Sacerdotum erecta consiliis, qui, quum nefario sacramento sese devincire abnuissent, vestem mentiti latebris delitescebant : neque

raro in vitae discrimen ex odio rebellium adducta, divinitus semper evasit incolumis.

Sic protegente Deo, sensim Sororum a caritate institutum {priusquam sodalitas Puellarum a caritate restitueretur) creverat, donec multis apertis domibus confirmatum, auctumque fuit, quin ne Dei Serva quidem ipsa sensisset ad quale munus eam elegisset Deus.

Dum res a Ioanna Antida constitutae iam late florescebant, interea Parisiensis domus Filiarum a caritate, unde Dei Serva discesserat, restitui coepta est atque ex Napoleonis lege data calend. Decemb. anno 1810, summa illius Congregationis moderatrix pristinum officium sumpsit. — Numne iustitiae legibus tenebatur Dei Serva ad restitutam Congregationem redire ? Minime gentium. Quamdiu ipsa apud Puellas a Caritate morata est, nullum votum, nullam obligationem susceperat.

Tantummodo igitur novitia fuerat. Ai, Novitius is est, qui religiosi instituti ignarus, prima illius rudimenta facit, donec periculis factis institutum ipsum solemni ritu profiteatur. Tirocinium veluti palaestra, qua exerceri iuvenes solent ut videant de futura vitae ratione ineunda, quid valeant humeri, quid ferre recusent. Unde Suarez : « novitius non se tradit, nec confert ius religioni». Quibus de causis Ioanna Antida, quum sui iuris esset, utcumque sibi videbatur agere, potestatem habebat vel redeundi, vel non.

Sed quia eximia prudentia praestabat, ut illud divi Pauli a se averterei « ne sis sapiens apud temetipsum », consilium a sapiente, sapienter quaesivit.

At illud erat equidem severum imperium a legitimis moderatoribus inhibitum, a quo deflectere, nonnisi cum summo dedecore, Dei Serva potuisset, **t**— Prudentissime ergo fuit, quia prudentiae pars optima in obedientia consistit, « quae sola virtus est, quae virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit ». Memor Ioanna Antida quod « melior sit obedientia, quam victimae, obediit in simplicitate cordis sui, sicut Christo » et eam victoriam loquuta est', quam tantummodo absoluta obedientia suis cultoribus parit. — Quod si puellae a Caritate Lutetiae Parisiorum degentes « publièrent que nous étions des schismatiques et elles ont toujours continué à le publier », id magis magisque Dei Servae virtutem probat, quae aliorum dicteriis se umquam labefactari non sivit et quod divinitus mente conce-

perat, actione ad exitum imperturbata perduxit. Itemque probat quam obscurus et infirmus interdum sit hominum, quamquam sanctissimorum, intuitus, qui saepe, ne ipsi quidem consilia Dei percipere possunt. Porro haud raro vidimus bonos ipsos bonis aliorum operibus, ex falsa mentis sententia, adversari; saepe etiam quidam ad fastigium sanctitatis evecti sunt ex oppugnationibus, quas eis sanctissimi viri cum bona fide intulerunt. — Ceterum « Je ne fus pas rappelée de Paris (Dei Serva prosequitur) et je continuai mon œuvre, uniquement pour me conformer à la volonté de Dieu, en qui je mettais toute mon esperance ». Verum nonne moderatores interpretes divinae voluntatis sunt? nonne ipsi Ioannae Antidae dixerunt: « obéissez: la volonté de Dieu se fait connaître par celles des supérieurs?» En igitur validissima propositae accusationis refuta tio et lux Dei Servae agendi rationi inducta, quam prudentissimi quique non modo non improbant, sed amplissimis laudibus celebrant. « En ne rentrant plus à Paris (Gallici commentarii scriptor inquit) en se rendant indépendante à Besançon, elle a bien fait. En agissant autrement, elle aurait été coupable; car elle aurait désobéi à ceux qui pour elle alors représentaient Y autorité ecclésiastique, pontificale et divine ». Quibus verbis praeclara italici scriptoris vox adiungitur, in hanc sententiam aientis: «Il fatto dipoi ha dimostrato che quello e non altro fosse stato il divin volere sull' avvenire della nostra fondatrice. Siccome pertanto non s'incolpa Madama Javonhey di aver lasciato la Thouret e fondata la bell'opera di S. Giuseppe di Cluny, così nemmeno la Thouret vuol essere tacciata, perchè abbia istituita una nuova Congregazione di Carità collo stesso spirito di S. Vincenzo de' Paoli, di che ella erasi abbastanza imbevuta nei pochi anni, che visse novizia nell'antica. Del rimanente nella storia ecclesiastica è pur non raro un simile caso, che rami divisi dal primo tronco di un albero, si trapiantino in altro terreno, affinchè germoglino e fruttino, se non con maggiore, certo con eguale rigoglio. A questo modo crebbero tante religiose famiglie, che dispaiate in certe esteriori vedute e in distinzione di vestimenta, tutte però coltivano lo spirito della fondazion primitiva. E il cennato soltanto è la più evidente difesa di Lei, che lungi dall'accattar biasimo, raccolse onore e corona dall'istituzione da sè condotta a termine ».

(sequitur)

Ad alterum animadversionis caput digredientes, nulla censura reprehendendam esse Ioannam Antidam putamus, eo quod Ven. Antonium Sil vestrum Receveur primum sequuta, deinde, moderatorum iussu, Vesontionem concesserit et Sodalitatem condiderit. Parisiensi enim Puellarum a caritate dissoluto coenobio, Vesontionem (uti iam vidimus) ipsa redierat ibique pueris ad christianam pietatem instructis et infirmis per eximiam caritatem curatis, de religione optime merita erat. — At maioris perfectionis stimulis acta, nihil antiquius habebat, quam aliquod institutum professa, se prorsus mancipare Deo. Interea cum Ven. Receveur fama accepisset quantum Dei Serva in religionis causa tuenda adlaboraverit, subito eam datis litteris ad se accivit, promittens se in nova sodalitate idem vitae genus, quod in aegrotis curandis iniverat, fore suscepturam. Tam urgentibus invitationibus tandem cessit eumque in Helvetiam sequuta est.

Hinc inde a catholicae religionis osoribus eiecta atque per Helvetiae et Germaniae fines vagari coacta umquam sodalibus, morbo et fame confectis, caritatis officia praestare non destitit. Verum institutum illud rerum divinarum contemplationem magis quam vitae actionem spectabat, eamque rigidissimam vivendi rationem exigebat, quae multum differret ab ea durissimae caritatis disciplina, ad quam sese in Vincentiano coenobio formari Dei Serva incoeperat. Etenim Ven. Receveur « préférait pour ses religieuses, qu'il initiait par ses exemples à la vie de victimes, la pénitence avec ses expiations. Or, on sait que les sœurs de la Charité ajoutent à leurs trois voeux ordinaires celui de se consacrer aux soins des malades ». Sensit profecto Ioanna Antida tale institutum minus suis optatis respondere illique menti, quam sibi iam a teneris annis iniecerat Deus, esse dissimile. « Elle ne trouvait pas tout à fait dans la communauté qui l'avait accueillie, l'idéal qu'elle avait cherché ». Attamen, quo clarius Dei vocem perciperet, ingeminavit preces: « Je ne cessais, dit-elle, d'adresser de ferventes prières à Dieu pour lui demander l'accomplissement de ses desseins sur moi et sur ma sanctification ». Inter orandum magis magisque in Galliam redeundi consilium sibi confirmari sensit: at ne incon sulto ageret « ne prit aucune décision avant d'avoir consulté un confesseur. — Elle avait des scrupules, qui honorent la délicatesse de sa conscience, et elle les exposa simplement à un

prêtre. Celui-ci lui dit quelle était complètement libre puisque elle n'avait pas encore fait de vœux, et rassérénée par cette réponse, elle alla prendre congé de l'abbé Receveur, dont la congrégation avait dû sans doute être déjà singulièrement décimée par l'exil, la persécution et la mort ». Quid igitur in Dei Serva reprehendendum ? Nullis nuncupatis votis sese obligaverat; institutum eiusmodi non erat, quod studia sua expleret: preces adhibuit ut Dei voluntatem dignosceret: moderatores consuluit, qui divinae voluntatis interpretes sunt, eorum consiliis paruit. Quid amplius igitur prudentia exigit et ipsa non egit?

At votum voverat sese in Palaestinam cum sodalibus conferendi. Quid quod ? Facta perpendite : « Le Supérieur (hinc inde cum suis expulsus, interdum carcere detentus) ne sachant plus que faire, il nous fit aborder sur la rive du Danube, et nous dit: Nous voici entre le ciel et la terre, n'ayant aucun asile, et étant en grand péril; il faut que toutes les personnes au-dessus de douze ans fassent voeu d'aller pendant un an à Jerusalem; levez tous la main au ciel, et dites tous avec moi. — Ce que nous finies». Si parumper fingamus haud satis prudens fuisse consilium sacerdotis Receveur quum omnes asseclas suos induxit ut tale votum in Palaestinam discedendi nuncuparent, illud non Antidae culpae, sed ipsius Ven. Receveur, vertendum foret. At huius Servi Dei beatificationis causa apud hunc sacrum Ordinem feliciter inita est; proindeque .quod alteri obstáculo minime fuit, ne alteri quidem nunc esse posset.

Haec vero obiter et veluti in transitu dicimus nam si rem penitiori intuitu expendas, illud etiam patebit Dei Servam, suscepto voto, iussu legitimorum Praesulum, rite fuisse solutam. — Facta, quaeso, diligenter evolve. - Temporum acerbitate iactata, Ioanna Antida in oppidum quoddam Helvetiae vulgo Landron, sese receperat, quum, divino consilio, duos Gallicos Sacerdotes nacta est, qui auctores et duces deinde ei esse debebant in sodalitate condenda. Alter eorum Revmus de Chaffory, Vicarius Generalis Bisuntinae dioeceseos erat, alter Reverendus Bacoffe paroeciae Bisuntinae praeses, qui quum strenue pro catholica fide tuenda pugnassent, nunc ab exilio domum se recipere contendebant. - Religionis aculéis affecta Dei Serva, remotis arbitris, Bisuntino Vicario Generali de suscepto voto rem candide exposuit. «Je lui dis que j'avais résolu et fait

voeu de ne plus retourner en France ». Quid ipse? « Tout cela est beau et bon, mais l'obéissance est préférable à tout autre -sacrifice. - Dieu parle par les supérieurs, et je vous commande de entrer en France dans le cours de quinze jours, pour vous aider à rétablir dans notre diocèse la foi et les bonnes moeurs, à l'exemple dés saints Ferréol et Ferjeux. Obéissez: La volonté de Dieu se fait connaître par celle des supérieurs ».

Ad ulteriora Censor digrediens illa acerrima contentione in memoriam revocata, quae Sororum Congregationem vix dum natam deperdere minata est, etsi discordiae caput a Bisuntino Archiepiscopo Gailicanis institutis favente derivatum esse ¡non neget, tamen rationem, qua se gessit Dei Serva, aliqua imprudentiae nota inspergere non dubitat. - Contra haud difficile illud est demonstrare omni reprehensione Ioannam Antidam in hoc negotio abfuisse, quin etiam nihil movisse, quod non esset summa cum virtutis laude et cum Dei gloria coniunctum. Sed ut certo quodam ordine progrediamur et clarior sibi constet factorum series, ante omnia, duo temporum momenta distinguantur oportet; nempe tempus, quo regulas Dei Serva exaravit et tempus, quo praescriptas regulas Pius VII, eiusdem Dei Servae rogatu, rite probavit. Haec enim longe differunt inter se atque solum ex regulis a Pio VII probatis dissidium derivatum est, cuius causa Bisuntinae domus ab universa Sororum Familia scissae sunt.

Si primum regularum praescriptionem perpendimus, haud umquam nulloque pacto concedam, quod Censor assumit, nempe in regulis exarandis Dei Servam Parocho Bacone ita induisisse, ut officia Bisuntino sacro Pastori debita neglexerit et eius existimationem lacessere non verità fuerit. Haec enim Ioannae Antidae fuit obfirmata voluntas atque infracta contentio reddere unicuique ius suum, integris tamen religionis et caritatis officiis. — Itaque in primis, magnus futurus est error, si in re diiudicanda quae, prementibus ubique gallicae perturbationis difficultatibus, gesta est, non ab his temporibus, moribusque cogitatio avocetur, neque ad illius aetatis angustias animi convertantur.

Hinc, quibus de causis Dei Serva impelleretur ut Parocho Congregationis summum regimen deferret, facile coniectari licet. Optime ipse de nascente instituto meritus erat, quippe qui eiusdem congregationis condendae auctor Dei Servae fuerit eam-

que certiorem reddiderit talem esse divinam voluntatem. Omnia subsidiorum genera suppeditaverât, ut institutum altas radices ageret atque libere propagaretur : neque subsidia ferre interea cessabat. Praeterea sororibus a confessionibus erat, easque opportunis monitis regebat, numquam parcens sibi ut animarum et corporum commodis consuleret. Aliunde multae eaeque iustissimae incidebant causae cur prima fronte Revmo Lecoz. summum illud officium non traderet. Quam celso erectoque pectore catholicam fidem Dei Serva tuita esset, singulae vitae* eius actiones demonstrant, quibus veterum virginum praeclara instauravit exempla. Iam prope accessit ut martyrii palmam assequeretur, ne ab Ecclesiae et Apostolicae Sedis praescriptis deflecteret. Maluit in carcerem detrudi, exilio mulctari, fame, sitique cruciari, tecto carere, verberibus caedi, vel mortem obire quam eorum numero esse, qui nefario sacramento sese devincire non dubitarunt. His obfirmata consiliis quippe religione- impediebatur quo minus nascentem Congregationem regendam traderet tali Episcopo, qui, anno 1791, spretis Ecclesiae legibus,, novae reipublicae conformationi aperte subscripserat idemque, anno 1797, catholicae Ecclesiae censuris perculsus, sacrilego- copventui praeesse non erubuerat Gallicanorum Episcoporum,, qui recentiori civili regimini accessissent. Etsi postea priorem sedem missam fecisset atque rite a Romano Pontifice Bisuntinus Archiepiscopus esset renuntiatus, tamen nonnisi anno 1804 in omnibus humiliter se subiecit. Porro Dei Serva regulas praescribebat suas anno 1801, quando recentior Bisuntinus Praesul catholicis viris minime gratus erat, et propter ante actam vitam, eo rem perduxerat ut haud maximam de se expectationem movisset. Quin etiam, iustae de illo timoris causae inter omnes concipiebantur, magisque dolebant ii, qui ad catholicae fidei et Ecclesiae iura tuenda tam acriter pugnaverant, ut iam iam vitam amitterent. Hisce perpensis, quis serio arguere Dei Servam audebit, si conscientiae et religionis stimulis capta, primo in limine paulum anxia haesit utrum instituto suo Rmum Lecoz praeficeret vel non? Immo, nonne concepta dubia integram virtutem eius magis magisque probant? nonne tam grati memorisque animi sensus erga Bacoffe singularem vindicant laudem?

Nec satis admodum. Porro Dei Serva suo arbitrio morem gerere umquam noluit. Prudentissima ut erat virgo, quae de

se demisse sentiret, sacerdotes, qui catholica sapientia praestaret, consuluit eorumque excitatis sententiis omnino stetit. Tum « le bon prêtre catholique » quem ipsa primitus adiit ; tum «les missionnaires bien catholiques », quorum consilia quaesivit, ei dixerunt ad maius Congregationis incrementum maximopere conferre ut Instituti regimen Bisuntino Praesuli traderetur potiusquam Parocho vel alii sacerdoti. Quid ipsa? non ad trutinam eorum revocare consilia, non in causam eorum scrutari studiose, non quidquam suscitari. Alacri, promptoque animo obediit : « je me soumis ». Itaque legibus datis illud constituit ut Bisuntinus Praesul exinde universam Congregationem moderaretur. Qua in re nemo profecto erit, qui prudentiam et humilitatem et splendorem obedientiae in Dei Serva non laudet.

At censor: regulas a se conditas Ioanna submittit Vicariis Generalibus, non tamen Archiepiscopo. — Quorsum haec? Quum primum Dei Serva regulas exaravit, Archiepiscopus nondum Vesontionem venerat: Vicarii Generales uni aderant, quibus legitime regulas probandas subiiceret. Utique ipsi Dei Servam hortati sunt ne Archiepiscopo submitteret, « parce qu'il en serait trop flatté ». Porro, etsi inter catholicos Bisuntinos Rmus Lecoz (uti vidimus) legitimus Archiepiscopus haberetur, verumtamen haud multa iis erat cum illo naturae ac morum consensio, neque eum omnibus, quibus poterant favoribus, prosequebantur, quia « il a donné dans la Révolution ». Ideoque •quando Vicarii Generales Dei Servam hortati sunt ne regulas Archiepiscopo submitteret, haec admodum eorum mens fuit ipsam nulla lege teneri ut easdem regulas, quas ipsi rite iam probaverant, Archiepiscopo iterum probandas subiiceret. Obediit Ioanna Antida in simplicitate cordis et probe sciens «illos pervigilare sibi, quasi rationem pro anima sua reddituros » illius, quam coecam obedientiam appellamus, praeclarum praebuit exemplum, per quam summum virtutis verticem assequi mortalibus unice datum est.

Queritur Censor quod, quum primum Episcopus Lecoz Vesontionem venit, Ioanna Antida, hortatu Parochi Bacone, nonnisi altero anno ineunte post eiusdem Lecoz adventum, Praesulem illum officii causa invisent. Sed, quaeso, Vir egregius in mentem revocet quantum Parochus Bacoffe de recentiori Instituto benemeritus esset; quantum vero de Apostolica Sede, audite: «l'abate Bacoffe era un ecclesiastico di specchiatissima

vita, degnissimo di riverenza. Nutriva grande amore verso la S. Sede, e ne aveva renduta luculentissima testimonianza nei patimenti toccati da vero e invitto martire sotto la lunga tirannia del Terrore. Tutto egli aveva perduto per la sua fedeltà a Dio e alla Chiesa cattolica ; e fu anche in procinto di rischiar la vita se non se ne campava con Pesiglio ». Priusquam etiam Ioanna Antida animum regulis scribendis applicuisset, « il s'intéressait à notre établissement, (scripsit Dei Serva), et on lui remettait les charités pour les pauvres, et il nous en faisait part pour les distribuer. Je le regardais comme mon supérieur et en effet je lui rendais compte de tout, je ne faisais rien sans le consulter, et j'allais avec lui avec la simplicité d'une enfant-Ce fut lui qui me dit de faire des règlements pour ma nouvelle communauté ». Sed quia imbecillis atque infirma est hominum natura, ubi primum regulas a Serva Dei exaratas legit sensitque se summum Congregationis Praesidem creatum non esse, magnam quidem aegritudinem hausit. Exinde summo iure in sorores coepit uti, neque conflatam iram in Archiepiscopum omnino pressit.

Quantam virtutem in hisce omnibus rebus Dei Serva praesetulisset nemo est qui non intelligat. Sed tali suavitate potuitne exasperati pectoris demulceri ira? minime quidem. — Sic res se habebant, quum nondum Archiepiscopus Vesontionem venerat. Ubi primum venit — quoniam a Vicariis Generalibus, pro bono pacis, Dei Serva iussa fuerat (uti diximus) Parochum Bacoffe, ob singularia in sodalitatem merita, tamquam praesidem perpetuum revereri. — Si igitur prompte Dei Serva ei,, quem Congregationi legitime moderatores praefecerant, obediit; si eius voluntas sibi lex fuit atque norma ; si eius imperia, etsi durissima, exequuta est: quis eam serio reprehenderé poterit? Nonne illud pro viribus atque omni mentis sagacitate vitare contendit, quod divus Bernardus obedientiae detractoribus increpat, videlicet « si moleste coeperis sustinere, si diiudicare praelatum, si murmurare in corde, etiamsi exterius impleas quod iuberis, non est virtus obedientiae, sed velamentum malitiae? » Quid igitur ut nascentis discordiae faces extinguere!,, mens Dei Servae providissima praecavere debuit et non praecavit? Quid sibi faciendum erat, ut per summam industriam,, maiorum radices evelleret et non fecit? Nihil, quod in ipsa erat, praetermisit ut causas maiorum et consecutiones everteret. Si

res optatis et conatibus eius omnino non responderunt, id vitio Parochi Bacoffe prorsus vertendum est. Virtuti Dei Servae exinde maior gloria et splendor accessit. Virtus enim saepe ex recta mente rectisque hominum consiliis, non rerum exitu debet metiri.

Ad alteram animadversionem dissolvendam dissidium spectantem, quod inter Archiepiscopum Bisuntinum Courtois de Pressigny ac Dei Servam ortum est, unde Bisuntinae domus a ceteris avulsae sunt, nonnulla in mentem revocare oportet, quae supra ad § 8 in transitu delibavimus. Diximus enim ipsum, quippe qui infensum Ecclesiae Romanae gereret animum, acriter Gallicanae Ecclesiae partes tuitum esse, superquam cuique credibile est. Nunc cetera accipite: « Sous l'Empire, les Evêques de cour avaient aidé Napoléon à circonvenir le malheureux Pie VII, à lui tendre des pièges et à lasser sa patience. Les évêques courtisans des Bourbons suivirent les mêmes errements. Louis XVIII comptait les années de son exil comme des années de règne et persistait à voir dans le Concordat de 1801 une brèche fait à ses droits. Aussi une commission d'ecclésiastiques et d'évèques fut-elle établie en 1814 pour aviser aux moyens de replacer l'église de France sur ses anciennes bases. Or ce fut justement Mgr. de Pressigny, qui fut choisi pour aller à Rome négocier cette affaire. Il devait surtout amener le Pape à déclarer nul le Concordat, mais la chose ne réussit pas. Or pense alors dans quelles dispositions d'esprit Mgr. de Pressigny, nommé Archevêque de Besançon, arriva dans son diocèse. Pouvait-il sacrifier ses opinions gallicanes ? Il était l'ami de Mgr. de La Luzerne, qui était devenu cardinal. Il revenait de Rome, en qualité d'ambassadeur du roi. Il respirait par conséquent partout une atmosphère imprégnée de gallicanisme. Beaucoup d'évèques et de prêtres, à cette epoque, se faisaient gloire d'ignorer les doctrines romaines ». Ceterum ante quam Bisuntinae Sedis Praesul possessionem adirée, iam Dei Serva commendaditiis litteris de instituto acceptis a Revmo Durand, qui id temporis vicaria potestate Bisuntinam Sedem regebat, regulas Romano Pontifici probandas subiecerat. Is *V Cal. Aug. an. 1819* sanxit ut sorores Praesulis Bisuntini regimini exemptae essent atque Episcoporum cuiusque dioeceseos imperio subiectae. Archiepiscopus *III. Cal. Nov. an 1819* Vesontionem adiit et, cognitis rebus,

summam iram concepit. Acuebat iram matura exasperatio Parochi Bacoffe inflabantque muliebres 'spiritus quarumdam sororum, quae stimulis invidiae actae, fore ut olim summa Congregationis potirentur vehementer sperabant. Misit Dei Serva epistolam suavitatis plenam sororibus Bisuntinis, misit Archiepiscopo his verbis conceptam: « Je suis venue à notre Saint Père le Pape comme au répésentant de Jésus Christ, il est dirigé par son esprit, il lui a donc dicté tout ce qu'il a fait; et c'a été de mon devoir de m'y conformer et c'est celui de toutes les sœurs de notre institut. Si jamais vous aviez des doutes que ce fût moi qui ai demandé des changements aux Constitutions, je puis vous assurer que je n'en ai pas même eu la pensée et le Saint Siège en peut donner la preuve ». Intuere, quaeso, in hanc candidarci agendi rationem ; causas et consecutiones rerum diligenter expende; penetralia dissidentium animorum scrutare et vide, sis, quanta ratione et pietate duce, quam recte et considerate omnia Dei Serva perfecerit.

Inter fausta omnium comprecantium voces Neapoli excepta est, ubi statim latissimus patuit caritatis campus. Carceres enim, scholae, nosocomium, quod *ab Ineurabilibus* vocant, aliaque pietatis opera illis regenda tradita sunt sic vero ut spem redeundi iamdiu conceptam prorsus fefellisset eventus.

Verum non modo oportebat Neapoli incepta firmari, sed etiam tales causae ex improviso atque inopinato inciderunt, quae Ioannam Antidam, iam discessuram, iure detinuerunt. Nemo est qui ignorat quam Ecclesiae infensae essent leges a Iosepho II (Austriae imperatore) latae atque in Neapolitano Regno iamdiu acceptae. Ex iis et Pontificis Maximi vehementer laedebatur auctoritas et sacratiora Ecclesiae Romanae iura violabantur. Adeo enim illud sancitum erat ut coenobitae et moniales, abrogato veteri Pontificum et Conciliorum privilegio, episcopis parere iuberentur et a potestate Summorum Praesidum, quibus alioquin obedientiae sacramentum dixerant, exempti pronunciarentur. — Huiusmodi lex, uti reliquos attingebat, ita singulari decreto etiam ad Sorores a caritate translata fuerat. Procul dubio magnam exinde aegritudinem Dei Serva animo cepit: at nihil, quantum in se situm erat, ipsa praetermisit ut decretum illud penitus sustolleretur.

Rem satis manifestam ipsemet Fidei Vindex perspiciens, eo denique confugere videtur ut obtendat Dei Servam ad su-

premum iter discedentem haud sacro viatorum pane fuisse munitam. At si parumper consideret Ioannam improviso nervorum stupore fuisse correptam ita vero ut omni fere sensu careret, facile sentiet hic nullum esse locum censurae. — Iam Benedictus XIV dixerat: « nonnulli aliquando Dei Servi moriuntur non recepto Eucharistiae Sacramento per modum Viatici... Si Dei Servus Viaticum non recepit vel quia existimatum fuit illud ei propter vomitum, quo vexabatur, non esse administrandum... si de aliarum circumstantiarum concursu non dubitetur, obitus talis haberi poterit qualis requiritur in Beatificandis et Canonizandis». Si enim «de virtutibus constaret usque ad obitum continuatis ; si quae in obitu defuerunt, non voluntate, sed necessitate defuisse constaret: si supernaturalibus signis et prodigiis Deus dignaretur praedictam mortem illustrem reddere; mors praedicta, licet subitanea et inopina, Beatificationi et Canonizationi obstare non deberet ».

CHIROGRAPHUM Sanctissimi D. N. Leonis XIII quoad officia vacabilia Cancellariae et Datariae Apostolicae.

Al Signor Cardinale Mariano Rampolla del Tindaro, Nostro Segretario di Stato.

Signor Cardinale

Al compimento delle riforme richieste dalle presenti circostanze, e con la Nostra approvazione già in gran parte introdotte nei Dicasteri Ecclesiastici di Cancelleria e di Dataria, op^ ponendosi l'esistenza degli Uffici Vacabili, i cui possessori nel massimo numero mancano di qualsiasi titolo oneroso e correspettivo verso la Santa Sede,, crediamo opportuno di ordinare, come nell'esercizio della Nostra Suprema Potestà ordiniamo, che dal I° del p. v. Luglio, cessi qualunque riparto delle tasse ed emolumenti soliti a distribuirsi fra i varii Vacabilisti. A coloro intanto che fin ad ora si avvantaggiarono di questo riparto, e che non più tardi del Dicembre dell'anno corrente presenteranno i titoli comprovanti la natura e la provenienza dei Vacabili da essi posseduti, Ci riserbiamo di provvedere, salva sempre la cessazione di ogni e qualunque Vacabile di Cancelleria e di Dataria, secondo le norme di giustizia e di equità, a tenore dei diversi casi. Al quale effetto deputiamo una speciale Commissione che si adunerà in Vaticano, composta dai Monsignori Luigi Pericoli, Agapito Panici, Francesco Spolverini e Ludovico Schüller, coadiuvata dagli Avvocati Cesare Guidi e Carlo Patriarca come Consulenti, la quale avrà il compito di riconoscere i titoli summenzionati e proporre i congrui provvedimenti.

Commettiamo poi a Lei, Signor Cardinale, conferendole tutte le facoltà necessarie ed opportune, di dare piena esecuzione a questa Nostra Volontà. La incarichiamo inoltre di comunicare il presente Chirografo ai Cardinali Vice-Cancelliere e Pro-Datario, i quali, come altresì il Depositario Generale ed i Cappellani de' singoli Collegii, restano con questo Nostro Atto esonerati da ogni ingerènza nella materia dei Vacabili, che a Noi direttamente avochiamo, derogando a qualunque contraria disposizione. Ai due sunnominati Cardinali apparterrà solamente il regolare gli effetti di quanto da Noi qui si prescrive, nei

loro rispettivi Uffìcii, dovendo cessare col giorno I° Luglio p. v. qualunque versamento nella Cancelleria e nella Dataria delle tasse ed emolumenti di sopra menzionati.

E mentre Le partecipiamo questa Nostra Volontà, Le impartiamo di cuore la Benedizione Apostolica.

Dato a Roma presso S. Pietro il giorno 11 Giugno 1901, del Nostro Pontificato anno vigesimo quarto.

LEO PP. XIII.

LITTERAE Eminentissimi Secretarii Status ad Eminentes. Cardinales Lucidum M. Parocphi Vice Cancellarium S. R. E. et Caietanum Aloisi Masella Pro Datarium Sanctitatis Suae.

Dalla Segreteria di Stato.

Li 12 Giugno Î901.

In ossequio agli ordini Sovrani della Santità di Nostro Signore, il sottoscritto Segretario di Stato ha l'onore di comunicare all'Eminenza Vostra un Sovrano Chirografo emesso da Sua Santità in data 11 Giugno corrente.

In esecuzione quindi dei Sovrani Voleri, si reca a premura il sottoscritto di significare all'Eminenza Vostra che nel periodo di tempo benignamente assegnato da Sua Santità dal 1° Luglio al 31 Dicembre del corrente anno, per produrre i documenti che i singoli saranno in grado di presentare, il Santo Padre concede che i medesimi possano percepire in ciascuno degli indicati sei mesi le stesse somme da essi riscosse nel 2° semestre dell'anno precedente 1900 calcolate mensilmente.

Nel comunicare a Vostra Eminenza queste Pontificie disposizioni, lo scrivente Cardinale bacia umilissimamente le mani e si onora confermarle i sensi della sua profonda venerazione.

M. CARD. RAMPOLLA.

LITTERAE SSmi. D. N. Leonis XIII ad Superiores generales Ordinum ei Institutorum Religiosorum.

Chers Fils salut et Bénédiction Apostolique.

En tout temps les familles religieuses ont reçu de ce Siège Apostolique des témoignages particuliers de sollicitude affectueuse et prévoyante, soit quand elles jouissaient des bienfaits de la paix, soit surtout dans les jours de dures épreuves comme ceux que vous traversez en ce moment.

Les graves attaques qui dans quelques pays ont été récemment dirigées contre les Ordres et les Instituts soumis à votre autorité, Nous causent une douleur profonde. La sainte Eglise en gémit parce qu'elle se sent tout à la fois blessée au vif dans ses droits et sérieusement entravée dans son action qui, pour se déployer librement, a besoin du concours des deux clergés, séculier et régulier: en vérité, qui touche à ses prêtres ou à ses religieux la touche à la prunelle de l'oeil. Pour Notre part, vous le savez, Nous avons essayé de tous les moyens pour détourner de vous une persécution si indigne en même temps que pour épargner à ces pays des malheurs aussi grands qu'immérités. C'est pourquoi dans plusieurs occasions Nous avons plaidé votre cause de tout notre pouvoir au nom de la religion, de la justice et de la civilisation. Mais Nous espérions en vain que Nos remontrances seraient entendues. Voici, en effet, que dans ces jours-ci, chez une nation singulièrement féconde en vocations religieuses, que Nous avions toujours entourée de soins très particuliers, les pouvoirs publics ont approuvé -et promulgué des lois d'exception à propos desquelles Nous avions, il y a peu de mois, élevé la voix dans l'espérance de les conjurer.

Nous souvenant de Nos devoirs sacrés et suivant l'exemple de Nos illustres prédécesseurs, Nous réprouvons hautement de telles lois parce qu'elles sont contraires au droit naturel et évangélique, confirmé par une tradition constante, de s'associer pour mener un genre de vie non seulement honnête en lui-même, mais particulièrement saint; contraires également au droit absolu que l'Eglise a de fonder des Instituts religieux exclusivement soumis à son autorité, pour l'aider dans l'accomplissement de sa mission divine, tout en produisant les plus

grands bienfaits d'ordre religieux et civil, à l'avantage particulier de cette très-noble nation elle-même.

Et maintenant Nous nous sentons intérieurement poussée vous ouvrir Notre coeur paternel, dans le désir de vous donner et de recevoir de vous quelque consolation sainte et en même temps pour vous adresser des enseignements opportuns afin que demeurant plus fermes encore dans l'épreuve, vous en recueilliez des mérites abondants devant Dieu et devant les hommes.

Parmi les nombreux motifs de courage qui naissent de la foi, rappelez-vous, chers fils, cette parole solennelle de Jésus-Christ: *Vous serez heureuse lors qu'on vous maudira et qu'on vous persécutera et qu'on mentira de toute manière contre vous à cause de moi* (1). Reproches, calomnies, vexations fondront sur vous à *cause de moi: alors vous serez heureux.* On a beau, en effet, multiplier contre vous les prétextes d'accusation pour vous abaisser: la triste réalité n'en éclate pas moins à tous les yeux. La véritable raison de vous poursuivre c'est la haine capitale du monde contre la *Cité de Dieu,* qui est l'Eglise catholique. La véritable intention c'est de chasser, si c'est possible, de la société l'action restauratrice du Christ, si universellement bienfaisante et salutaire. Personne n'ignore que les Religieux de l'un et de l'autre sexe forment une élite dans la Cité de Dieu : ce sont eux, qui représentent particulièrement l'esprit et la mortification de Jésus-Christ; eux, qui par l'observation des conseils évangéliques tendent à porter les vertus chrétiennes au comble de la perfection; eux, qui de bien des manières secondent puissamment l'action de l'Eglise. Dès lors il n'est pas étonnant qu'aujourd'hui, comme dans d'autres temps sous d'autres formes iniques, la *Cité du monde* s'insurge contre eux, surtout les hommes ¿qui par des pactes sacrilèges sont plus étroitement liés et plus servilement soumis au *Prince du monde lui-même.*

Il est clair qu'ils considèrent la dissolution et l'extinction des Ordres religieux comme une manœuvre habile pour réaliser leur dessein préconçu de pousser les Nations catholiques dans la voie de l'apostasie et de la rupture avec Jésus-Christ. Mais s'il en est ainsi, on peut dire de vous en toute vérité:

(1) Matth. V, il.

Vous êtes heureux, parce que vous n'êtes haïs et poursuivis qu'à cause du genre de vie que vous avez librement choisi par attachement pour le Christ.

Si vous suiviez les maximes et les volontés 'du monde, il ne vous inquiéterait pas et vous comblerait même de ses faveurs. *Si vous étiez du monde, le monde aimerait ce qui est à lui,* mais parce que vous marchez dans des voies opposées aux tiennes, vous êtes exposés aux insultes et à la guerre. *A cause de cela le monde vous hait* (1). Le Christ lui-même vous l'a prédit. Aussi vous regarde-t-il avec d'autant jplus de complaisance et de prédilection qu'il vous voit plus conformes à lui-même quand vous souffrez pour la justice. Et vous, *participant aux souffrances du Christ, réjouisses-cous* (2). Aspirez au corage de ces héros qui *s'en allaient joyeux à la vue de l'assemblée parce qu'ils avaient été jugés dignes de souffrir pour Jésus Christ* (3).

A cette gloire qui vient du témoignage de votre conscience (4), se joignent, sans que vous les recherchiez, les bénédictions de tous les honnêtes gens. Tous ceux qui "s'intéressent vraiment à la paix et à la prospérité du pays, estiment qu'il n'y a pas de citoyens plus honnêtes, plus dévoués et plus utiles à leur patrie que les membres des Congrégations religieuses: et ils tremblent à la pensée de perdre, en vous perdant, tant de biens précieux qui tiennent à votre existence. C'est une multitude d'indigents, de délaissés, de malheureux, au profit desquels vous avez fondé et vous soutenez toutes sortes d'établissements avec une intelligence et une charité admirables. Ce sont les pères de famille qui vous ont confié leurs fils et qui jusqu'à présent comptaient sur vous pour leur donner l'éducation morale et religieuse, cette éducation saine, vigoureuse et féconde en fortes vertus qui ne fut jamais plus necessaire qu'à notre époque! Ce sont les prêtres qui trouvent en vous d'excellents auxiliaires de leur important et laborieux ministère. Ce sont les hommes de tout rang qui, par ce temps de perversion, trouvent des directions utiles et des encouragements au bien dans vos conseils, autorisés par l'intégrité de votre vie.

(1) Ioann. XV, 19.
(2) I Petr. IV, 13.
(3) Act. V, 41.
(4) II Cor. I, 12.

Ce sont surtout les Pasteurs sacrés qui vous honorent de leur confiance, qui vous considèrent comme les instituteurs expérimentés du jeune clergé et reconnaissent en vous ces *vrais amis de leurs frères et du peuple* (1) qui offrent pour eux à la clémence divine des prières et des expiations incessantes.

Mais personne ne peut apprécier les mérites insignes des Ordres religieux avec plus justice que Nous, qui du haut de ce Siège devons veiller aux besoins de l'Eglise universelle.

Déjà dans d'autres actes Nous en avons fait une mention particulière. Qu'il Nous suffise en ce moment de louer la grande ardeur avec laquelle ils suivent non seulement les directions, mais les moindres désirs du Vicaire de Jésus-Christ, entreprenant toutes les œuvres d'utilité chrétienne et sociale qu'il leur indique, s'en allant sur les plages les plus inhospitalières, bravant toutes les souffrances et la mort elle-même, comme plusieurs l'ont glorieusement prouvé dans la dernière révolution de la Chine.

Si, parmi les plus chers souvenirs de Notre long pontificat, Nous comptons d'avoir élevé par Notre autorité un grand nombre de serviteurs de Dieu aux honneurs des autels, ce souvenir Nous est d'autant plus doux qu'ils appartiennent en majorité aux Instituts réguliers à titre de Fondateurs ou de simples religieux.

Nous voulons rappeler encore pour votre consolation, que parmi les hommes du monde distingués par leur situation et par leurs connaissances des néccessités sociales, il ne manque pas d'esprits droits et impartiaux, qui se lèvent pour louer vos œuvres, pour défendre votre droit inviolable de citoyens et votre liberté encore plus inviolable de catholiques. Certes il suffit de n'être pas aveuglé par la passion pour voir combien c'est montrer peu de prévoyance et de noblesse que de frapper des hommes qui sans rien espérer et sans rien demander pour eux-mêmes se dépensent tout entiers au service de la société. Que l'on considère seulement avec quel zèle ils s'appliquent à développer chez les enfants du peuple les germes de bonté naturelle qui autrement saraient étouffés, à leur détriment et au détriment d'autrui. Semences précieuses que, la grâce aidant, les religieux cultivent patiemment et assidûment, préservent de

(1) II Machab. XV, 14.

toute atteinte mortelle et conduisent à maturité. C'est ainsi que sous leur influence s'épanouissent comme des fruits magnifiques l'amour éclairé de la vérité, l'honnêteté, le sentiment du devoir, la fermeté du caractère et la générosité dans le sacrifice. Et quoi de plus propre à assurer l'ordre et la prospérité des Etats?

Cependant, chers fils, puisque la malignité du monde vous poursuit au point de prétendre faire œuvre utile et louable en foulant aux pieds dans vos personnes les droits les plus sacrés, et qu'elle croit ainsi *rendre hommage à Dieu* (1); adorez avec une humilité confiante les desseins de Dieu. S'il laisse parfois le droit succomber sous la violence, il ne le permet que dans des vues supérieures de plus grand bien, en outre c'est sa coutume de secourir efficacement et par des voies imprévues ceux qui souffrent pour lui et se confient à lui.

S'il place des obstacles et des contradictions sur la route de ceux qui professent par état la perfection chrétienne, c'est afin d'éprouver et de fortifier leur vertu, c'est plus particulièrement pour affermir et retremper leurs âmes exposées à s'affaiblir dans une longue paix.

Tâchez donc de correspondre à ces vues paternelles de Dieu. Adonnez-vous avec un redoublement d'ardeur à une vie de foi, de prière et d'œuvres saintes. Faites régner parmi vous la discipline régulière, l'union fraternelle des cœurs, l'obéissance humble et empressée, l'austérité du détachement et l'ardeur pieuse pour la louange divine. Que vos pensées soient hautes, vos résolutions généreuses et votre zèle infatigable pour la gloire de Dieu et l'extension de son regne! Puisque, par le malheur des temps, vous vous trouvez ou déjà frappés ou menacés par des lois funestes de dispersion, vous reconnaîtrez que les circonstances vous imposent le devoir de défendre avec plus de zèle que jamais l'intégrité de votre esprit religieux contre le contact dissipant du monde, et de vous tenir toujours prêts et aguerris contre toute épreuve.

Sur ce point Nous vous rappelons que diverses instructions ont été adressées aux Réguliers par ce Siège Apostolique et que d'autres prescriptions sont émanées ¡des Supérieurs euxmêmes. Il faut que les unes et les autres gardent leur pleine vigueur et soient observées en conscience.

(1) Ioann. XVI, 2.

Et maintenant, religieux de tout âge, jeunes ou vieux, levez les yeux vers vos illustres Fondateurs! Leurs maximes vous parlent, leurs statuts vous guident, leurs exemples vous précèdent! Que votre application la plus douce et la plus sainte soit de les écouter, de les suivre, de les imiter ! C'est ainsi qu'ont agi un grand nombre de vos aines dans les temps les plus durs. C'est ainsi qu'ils vous ont transmis un riche héritage de courage invincible et de vertus sublimes. Montrez-vous dignes de tels pères et de tels frères afin que vous puissiez dire tous, en vous glorifiant justement: *Nous sommes les fils et les frères des saints!* C'est ainsi que vous obtiendrez les plus grands avantages pour vous-mêmes, pour l'Eglise et pour la société. En vous efforçant d'atteindre le degré de sainteté auquel Dieu vous a appelés, vous remplirez les desseins de sa Providence sur vous et vous mériterez les récompenses surabondantes qu'il vous a promises. L'Eglise, cette mère si tendre qui a comblé vos Instituts de ses faveurs, obtiendra de vous, en échange, une coopération plus fidèle et plus efficace que jamais à sa mission de paix et de salut. La paix, le salut, voilà les deux besoins urgents de la société actuelle travaillée par tant de causes de corruption et d'affaiblissement. Pour la secouer, pour la soulever, pour la ramener repentante aux pieds de ce très miséricordieux Rédempteur, il faut des hommes de vertu supérieure, de parole vive, de coeur apostolique, qui aient, en même temps, la puissance médiatrice d'attirer les grâces célestes. Vous serez de ces hommes. Nous n'en doutons pas, et vous deviendrez ainsi les bienfaiteurs les plus opportuns et les plus insignes de la société.

Chers fils, la charité du Seigneur Nous inspire une dernière parole pour raffermir en vous les sentiments dont vous êtes animés envers tous ceux qui attaquent vos Instituts et veulent entraver votre action.

Autant par conscience vous devez garder une attitude ferme et digne, autant par profession vous devez vous montrer toujours doux et indulgents, parce que c'est dans le Religieux que doit particulièrement resplendir la perfection de cette vraie charité qui se laisse toucher par la commisération, mais qui ne connait point la colère. Sans doute à vous voir ainsi payés d'ingratitude, à vous voir ainsi repoussés, la nature s'attriste, mais, cher fils, que la foi vous réconforte par ses oracles ! Elle

vous rappelle l'exhortation sublime: *Triomphez du mal par le bien* (1). Elle vous met sous les yeux l'incomparable magnanimité de l'Apôtre: *On nous maudit et nous bénissons j on nous persécute et nous supportons ; on blasphème contre nous, et nous bénissons* (2). Par dessus tout elle vous invite à répéter la supplication du Bienfaiteur suprême du genre humain, Jésus, suspendu sur la croix : *Père, pardonnezdeur !*

Donc, chers fils, *fortifiez-cous dans le Seigneur* (3). Vous avez avec vous le Vicaire de Jésus-Christ, vous avez avec vous tout le monde catholique qui vous regarde avec affection, respect et reconnaissance.

Du haut du ciel vos glorieux pères, vos glorieux frères vous encouragent. Votre chef souverain, Jésus-Christ, vous ceint de sa force et vous couvre de sa vertu.

Fils bien-aimés, adressez-vous à son Cœur divin avec une confiance filiale et de ferventes prières. Vous y trouverez toute la force nécessaire pour vaincre les plus furieuses colères du monde. Il y a une parole qui retentit à travers les siècles, toujours vivante, toujours pjleine de consolation : *Ayez confiance, j'ai vaincu le monde* (4).

Puissiez-vous trouver encore quelque consolation dans notre Bénédiction qu'en ce jour, consacré à la mémoire triomphante des Princes des Apôtres, Nous sommes heureux d'accorder dans toute sa plénitude à chacun de vous et à toutes et chacune de vos Familles, qui Nous sont très chères dans le Seigneur.

Donné à Rome près Saint Pierre le 29 Juin de l'année 1901, vingtqUatrième de Notre Pontificat.

LEON XIII PAPE.

(1) Rom. XII, 21.
(2) Cor. IV, 12-13.
(3) Eph. V, 10.
(4) Ioann. XVI, 33.

EX S. CONGR. CONCILII

FIRMANA

MATRIMONII

Die 28 Fehrnarii 1901.

Sess. 24, cap. 1, De Ref. Matr.

COMPENDIUM FACTI. Elvira, Firmana, amore capta est «erga quemdam Humbertum, ex quo sub spe matrimonii contrahendi decepta, praegnans tandem evasit et filium peperit. Ut autem dedecori familiae, quae civilis est conditionis, ac legitimis natalibus enatae prolis prospicerent, tum Elvira, quam eius parentes et affines nil intentatum reliquerunt, ut Tir Elviram duceret in legitimam uxorem. At vir valde obstitisse dicitur, affirmans se civile, uti dicitur, matrimonium contrahere adhuc non posse, quia ob conditiones pecuniarias, familiae sustentandae impar esset. Pariter matrimonium religiosum contrahere idem vir recusavit, quia nulla religione devinctus existimabatur, protestatus se minime credere per matrimonii celebrationem vinculum aliquod contracturam.

Verum pressius instantibus Elvirae parentibus, ac virum minitantibus quod nisi matrimonium celebraret, expensas ad filium enutriendum illi soli reliquerint, tum vir tantum consensit nuptias celebrare ; at non in publica Ecclesia, sed in aliqua privata domo. — Verum cum omnia essent parata ad matrimonii celebrationem, parochus proprius actricis ex colloquio habito cum Humberto, cum persentiret istum •sanctitati et firmitati matrimonii minime credere, a celebratione nuptiarum abstinuit, allegans defectum libri ritualis ; sed revera ita egisse videtur, ut super hoc negotio Superiorem consuleret. Sane die insequenti Vicarius generalis parochum certiorem fecit, Humbertum suas de inanitate religiosi vinculi protestationes rétractasse, sive per quamdam declarationem in scriptis datam, sive oretenus et hinc

eumdem parochum consulebat, ut matrimonio assisteret- Quare eadem die, nempe 1 Aprilis 1892, in domo de Angelis, actricis amitae, sanctissimo ritu Ecclesiae nuptiae celebratae sunt inter Elviram, aetate 30 annorum tum natam, et Humbertum fere eiusdem aetatis.

At eadem die post matrimonii celebrationem, si dictis Elvirae fides adiicienda est, vir in domo sponsae aperte declaravit se, cum promptus non esset ad civile matrimonium contrahendum, sponsam non tamquam uxorem, sed sicut antea tamquam amasiam habiturum. Aegre haec omnia tulerunt mulier et eiusdem ..parentes ; indignati sunt; quare illum e domo reiecerunt, quin unquam instaurata fuerit coniugalis cohabitatio; imo praeter raras visitationes, sponsi numquam solus cum sola fuerint, ut matrimonium consummare potuerint.

Vir autem elapso mense ab initis nuptiis cum sua familia Romam profectus est, ibique domicilium statuit. Mulier et ipsa post annum ibidem se contulit, spem fovens se fore ut ex maiori cum viro propinquitate, hic tandem aliquando induceretur ad matrimonium civile contrahendum. Quod revera, ut videtur, numquam obtinuit. Dum vero mulier Romae commorata est, ea fatente, alias p^rfunctorias relationes cum marito habuit, absque tamen cohabitatione, aut consummationis matrimonii tentamine.

Tandem infelix mulier, ut ex fructu proprii laboris sibi ac filio prospiceret Neapolim se contulit, ibique relationes contraxit cum quodam Enrico, et cum eo, ineunte anno 1897, civiliter coniuncta est.

Paulo post, mense nempe Augusti 1897, eadem mulier ad SSmum Principem supplicem misit libellum, enixe postulans, ut suum matrimonium quod cum Humberto contraxit vel nullum declaretur ob defectum veri consensus ex parte viri, vel dispensatio elargire tur super rato et non. consummato.

Ablegatae preces remissae fuerunt Curiae Firmanae, ut processum institueret, tam super asserta nullitate matri-

monii, quam super non consummatione. Quocirca in Curia Firmana constituto tribunali, Neapoli per subdelegationem excussa fuit actrix, dum vir auditus fuit in Urbe, ubi domicilium habet. Inter aliquos testes ad examen adductus fuit parochus, qui nuptiis benedixit, nec non coniuges De-Angelis, in quorum domo locum habuisse videtur matrimonium. Hisce omnibus expletis, Curia Firmana S. Congregationi processum transmisit ; attamen causa pluribus vicibus eidem Curiae remissa fuit ad acta complenda.

Interim in quadam epistòla, quam die 1 Aprilis 1892 Vicarius generalis Curiae Firmanae dedit parocho, ut nuptiis assisteret, haec inter alia habebantur verba « ed avendo inoltre (vir) dichiarato a persona di piena fede, che col matrimonio religioso si tiene vincolato » ; hac de re ab Archiepiscopo Firmano exquisivi, quaenam esset persona fide digna, de qua loquitur. Verum Archiepiscopus haec respondit : « Is est Iosephus Titus De Angelis, vir certe optimis moribus praeditus, catholicae religioni addictissimus, de cuius veracitate nullum dubium oriri potest. Uti constat ex actis •iam S. C. C. transmissis, praedictus Iosephus Titus De-Angelis fuit examini subiectus tamquam testis ; novum autem examen eiusdem institui nequivi, quia ab hac Archidioecesi abest et Romae moratur. Ceterum novum examen inutile videtur, quia ex illius depositione apprime deprehenditur nihil novi ab ipso expectandum esse ».

Item eidem Archiepiscopo mandatum est, ut ad examen adduceret praefatum Vicarium generalem, et illum excuteret circa sensum verborum, quibus usus est in illa epistola.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM THEOLOGI. Duplex ex ipsamet, ita si dici possit rei entitate intrinseca, exoritur dubium, videlicet :

An matrimonium Elvirae cum Humberto nullum fuerit ex capite deneciati aut fucati consensus?

An matrimonium istud, qualecumque fuerit, remanserit inconsummatum?

Humberti consensum fuisse fictitium et nullum, incunctanter asserit, Uxor, eo quod videlicet dictus Humbertus prae sua irreligiositate, nullum omnino robur agnoscebat huic « religiosae coeremoniae ».

Celebrato porro matrimonio, dictus Humbertus perstitit in sua persuasione de inanitate talis coeremoniae ; «... Tanto nell'atto di contrarre il matrimonio, quanto dopo la celebrazione del medesimo, in quella stessa sera, mi diceva: Io l'ho fatto per contentare voi; tu, innanzi alla legge,, sei una donna qualunque; io con te non ho alcun vincolo: anche, con la cerimonia testé compiuta, io non ho fatto» niente; tu sei per me sempre un'estranea ».

Ex illa igitur Actricis confessione liquet virum, ab Elvira et eius parentela angariatum, tandem coeremoniae religiosae assensisse, quin ullum dictae coeremoniae tribuerit robur, quin ipse ullam habuerit sese ligandi intentionem aut persuasionem, seu, aliis verbis, quin ipse ullo modo intenderli verum ac genuinum celebrare matrimonium.

Quod si assertionem actricis sufficienter corroboratam invenimus, tum ex confessione Mariti, tum e testium depositionibus, causa de facili, ut patet, absolvetur, siquidem nullum dari potest verum matrimonium, si totaliter deficiat consensus in verum matrimonium.

Ex responsionibus Mariti, clare quidem liquet, Humbertum valde angariatum fuisse ut religiosae matrimonii cum amasia celebrationi assentiret, eumdemque matrimonio» religioso, externe saltem, coram Parocho legitimo ac duobus testibus, consensisse, quamquam isti matrimonio nullam annecteret vim quoad effectus, ut dicunt, civiles aliosque plurimos; at non pari firmitate, ni fallor, evincitur ipsum dicto matrimonio quamlibet vim denegasse, ut fusius infra exponetur.

Et numerosis testibus in causa inductis vel citatis, secernendi videntur hinc testes qui, variis factispeciei vicissitudinibus directe et personaliter immixti, deponunt de visu seu de scientia propria, quorum proinde testimonium

plus roboris habere censetur; illinc vero testes qui, per summa capita, rem cognoverunt vel ab aliis audiverunt.

Et primo, Pater Actricis :

« A me sembra che Umberto s'inducesse all'atto religioso più per sgravarsi del sostentamento ed educazione di un figlio avuto, che per intenzione che egli avesse di contrarre il matrimonio ».

Deinde testis subiungit quod uxor sua necnon et Soror, toto animo satagerunt ut Humbertum ad matrimonium religiosum adducerent ; et ad subsecutivam interrogationem : « Se,' in seguito a queste pratiche., abbia fatto i. e. Humbertus qualche dichiarazione riguardo al vincolo e agli obblighi matrimoniali che dovea assumersi? » incunctanti ore respondet: « Nulla mi consta ». Stupendam certe responsionem ! Extat enim in actis epistola ipsius Humberti ad testem patrem uxoris directa, in qua dictus Humbertus expresse declarat se libenter Elviram in foro ecclesiastico ducere velle, et matrimonium civile promittit. De hacee declaratione in scriptis, nihil genitori Elvirae innotuit, nihilque Tribunal exquisivit !

Clementina, Mater actricis, scit quod Humbertus « fu sempre contrario al matrimonio ». Ipsa testis « desiderava che si fosse fatto questo matrimonio, ma le pratiche (ad Humbertum inducendum) furono fatte da altri (Maritus Clementinae, necnon Elvira aliique e contra affirmant quod ipsa Clementina toto marte institerit) quanto poi all'esito ricordo che la prima volta il Parroco, dopo un abboccamento abbastanza lungo con Umberto, andò via senza assistere al matrimonio, e che il giorno appresso tornò e vi assistette ».

Circa declarationem in scriptis, de qua hic supra, testis nihil pariter novit. Et nil aliud, ex parte Matris Actricis.

E contra explicitius ac praecisius Marianna Soror Actricis.

Circa hanc depositionem, advertendum existimo : quod testis illa declarationem Humberti, post suum cum Paro-

dho colloquium exaratam, aut ignoraverit aut celaverit : quod Parochus, post praefatam declarationem, a qualibet assertione circa internas Humberti dispositiones sese abstinuit.

Insuper, die 1 Aprilis 1891, Vicarius Generalis curiae Firmanae scripsit Parocho quod notus sponsus declaravit Iosepho Tito De Angelis, catholicae religioni addictissimo, sese censere devinctum per matrimonium religiosum.

Tamen prosequitur Consultor depositionem istius attentissime semel et iterum ac tertio perlegi, imo perscrutatus sum ; et ne ullum quidem verbulum ibi reperire est quod, vel a longinquo, assertionem redoleat ipsi attributam circa confessionem Humberti « che col matrimonio religioso si tenea vincolato ».

Gravissimi momenti est depositio R. P. Dominici Fontevecchia, Parochi S. Matthaei, qui matrimonio adstitit, quique, instante S. C. C. pro pleniori causae dilucidatone, his coram Tribunali comparuit. Laudati Parochi mens ultimatim esse videtur quod Humbertus genuinum non praestiterit consensum; ast quum eius depositio intime coniunxcta sit cum declaratione saepe memorata, eam, ne dicta inutiliter repetantur, remitto ad inferius, ubi praecise de illa declaratione agitur.

Quoad ceteros testes, ne tempus incassum insumatur, hoc unum adnoto, videlicet quod unusquisque eorum « ha inteso », « ha sentito dire in famiglia » « ha saputo dall'Elvira » quod Humbertus matrimonio consenserit nonnisi ut votis satisfaceret Elvirae ac familiae eius, vel ut sese a sustentando puerulo exoneraret, quin verum contrahendi matrimonium intentionem habuerit.

Ex adverso stat, pro genuinitate consensus, ipsamet declaratio ipsius Humberti matrimonium religiosum cum Elvira libenter acceptantis et civile imposterum promittentis, declaratio, inquam, ad genitorem Elvirae directa, quae sic se habet: « Pregnio Sig. Enrico. Poiché desidero che si compia il matrimonio religioso, dichiaro di essere contento

di sposare religiosamente sua figlia Elvira, e prometto di sposarla anche civilmente, quando mi troverò in condizioni che mi permetteranno di costituire una famiglia ».

Die 31 Martii 1891, Parochus post colloquium cum Humberto plene persuasus erat quod idem, instantiis devictus, actui religioso sese accingebat, sed absque ulla intentione contrahendi quodlibet vinculum et proinde Parochus tali actui adsistere merito devitavit. Die insequenti, 1 Aprilis 1892, acceptis hac de re litteris Curiae, quae ab ipso de difficultatibus certiora ta fuerat, laudatus Parochus libenter matrimonio adstitit, quia, perdurante forsitan dubio de genuinis sponsi dispositionibus, licentia tamen Curiae dubium exsuffiabat practicum.

Nulla igitur, ex parte Vicarii Generalis, ad declarationem in scriptis allusio : unde arguitur ipsum, ob temporis lapsum, non meminisse aut forsan, in id temporis, non tanti fecisse. Aliunde, haec persona fide dignissima, nempe Adv. los. Titus de Angelis, ut supra relatum est de his declarationibus sibi factis, coram Tribunali, nihil asseruit, sed econtra denegavit. Attamen, certum omnino est quod, in id temporis, Curia Firmana declarationes acceperat, quas plene sufficientes existimavit, ut tute ad matrimonium procederetur: « Nè Sua Ecc. Mons. Arciv., inquit Vicarius, nè io avremmo permesso che fosse esposto a pericolo di nullità il Sagramento, e perciò le dichiarazioni avute furono giudicate sufficienti ».

Cardo igitur totius difficultatis est praecise in illa centies dicta declaratione, quam proinde enucleatius perscrutari necesse evadit.

Authentiam dictae declarationis in dubium vocare nefas foret, siquidem in actis inserta est, tanquam documentum, in re gravissima, a Curia Archiepiscopali ad Parochum ex officio transmissum. Mirum tamen est quod pater actricis, ad quem declaratio fuit directa, quod mater aliique testes consanguinei et affines ab actrice inducti, quod nominatim Titus De Angelis, qui verisimiliter in tali negotio interme-

diarius fuit, de quadam declaratione sciscitati - ceterum sub formula nimis generica - unanimiter responderet : « Nulla mi costa : Non mi rammento nulla in proposito : Non lo so ». Quae omnia dicta sint non certe ad quamlibet suspicionem contra Testes, rite iuratos, ingerendam, et multo minus contra Curiae officiales, sed tantum ut praesentis causae difficultas maxima in propatulo ponatur.

Quid vero, vi tenoris et contextus, importet secum illa declaratio, satis in comperto est. Sponsus in votis habet ut compleatur matrimonium religiosum : « *poiché desidero che si compia il matrimonio religioso* », et proinde declarat se libenter ritu religioso Elviram ducturum : « *Dichiaro di essere contento di sposare religiosamente sua figlia Elvira* » , et imo promittit se eamdem ritu civili, mutatis pecuniariis conditionibus, pariter ducturum. Ex his verbis, primo oculo clare, dilucide, indubie, resultat genuinus consensus Humberti in matrimonium ecclesiasticum, et proinde causa finita videtur.

Primo, inquam, oculo : nam si res penitius introspiciatur, difficultas amovetur, sed non removetur. Dato enim quod Humbertus reapse ac genuine exoptaverit matrimonium religiosum, dato etiam quod libenter ac rite actui seu ritui matrimonii sese subdiderit, superest adhuc potissimum et essentialius, ita si dicit, dubium : An videlicet Humbertus huic religioso ritui nullam omnino tribuerit efficaciam, nullam agnoverit vim moraliter ligandi? Heic proprie nodus quaestionis. Incassum enim praesenti factispeciei deductiones applicarentur Theologorum et Canonistarum, ut apud Coscius et De Iustis, et Sánchez, et Gasparri, etc. de consensu simulato : consensus enim in actum religiosum non fuit, in casu, simulatus sed verus ; sed an consensus ille fuerit *in verum* matrimonium, seu potius et tantum in illum actum religiosum, in illam « coeremoniam » quae, in mente consentientis, inanis et vacua formalitas erat? Hoc ultimum affirmat ore rotundo actrix, affirmant Testes, affirmat aliqualiter ipse Parochus, horumque omnium

persuasio haud invalide roboratur ex depositione praecipuae Testis, nempe Zenaidis De Angelis quae confitetur se, ut Humbertum adduceret ad « actum religiosum », ipsi dixisse « che quell'atto a lui nulla avrebbe costato, stante le sue convinzioni antireligiose ».

Confirmatur ex conditionibus subsequentibus : nam, immediate post matrimonium, neosponsi suam unusquisque domum repetierunt, quin unquam adfuerit vera cohabitatio. Immo, si actricem audire velimus, ipsomet matrimonii die, Humbertus Elvirae aperte declaravit; «Io con te non ho alcun vincolo : anche con la cerimonia testé compiuta, io non ho fatto niente ; tu sei per me sempre un' estranea ». Quae certe evincunt Humbertum nullam vim, nullum vinculum dictae ceremoniae adnexuisse. Aequitatis tamen est animadvertere quod sola actrix haec Sponsi verba refert. Ipse Humbertus tantum confitetur se, post ceremoniam, alibi requisitum, abiisse.

Ast, contra huiusmodi attestationes et deductiones, nonnullae, nec leves, illico ex intrinsecis factispeciei' conditiobus exsiliunt obiectiones :

Et primo, sat incohaerens videtur quod Humbertus, prae sua irreligiositate, ut asserunt actrix et Testes, plenissime persuasus fuerit de inanitate actus religiosi, et dicto actui tot ac tantas, per tantum tempus, opposuerit renitentias. Si « coeremoniam religiosam » reputasset tanquam ridiculam noeniam, citius certe per hanc noeniara, sese liberasset « dalle seccature ».

Secundo, motiva, ab his qui instabant apud Humbertum pro celebrando matrimonio religioso, allegata, nempe « per ridare Y onore e la pace alla ragazza ed alla famiglia - per legittimare il figlio avuto - per riparare lo scandalo - per evitare l'aggravio del mantenimento del figlio - per non amareggiare la madre di Elvira », imo et aliud motivum ipsius Humberti : « perchè Elvira non fosse scacciata di casa, e per liberarsi dalle seccature », haec motiva, inquam, et similia important quidem consensum in actum religio-

sum, at non excludunt consensum in verum matrimonium, imo illum aliqualiter includunt.

Tertio, actus religiosus, in quem Humbertus vere consensit, plene validus et in suis effectibus firmus reputari debet usquedum ipsius invaliditas indubie demonstretur. Etenim, *plus valet,* ut fert axioma iuridicum, *quod agitur, quam quod simulate concipitur.* Quid foret, eheu ! de matrimoniis, nostra hacce praesertim tempestate, si sponsi, postquam religiosum matrimonium de facto celebraverint, admitterentur ad causandum, absque peremptoriis probationibus, de suo in actum quidem religiosum, non autem in verum matrimonium genuino consensu?

Quarto, ipsa Actrix, difficultates suae causae, a quibusdam iuris peritis, ut ex Actis erui posse videtur probe edocta, postquam insudavit in demonstrando quod sponsus non in verum matrimonium, sed tantum in meram noeniam consenserat, campum deserit, id est causam nullitatis relinquit, et simpliciter gratiam dispensationis super non consummato efflagitat. Si matrimonium non fuerit, per quemdam consensum, saltem cum aliquali probabilitate, ratum, non amplius perspicitur quomodo, super dicto matrimonio nullatenus rato, efflagitari possit dispensatio.

Quinto tandem, ipse Humbertus, cuius verba, ut patet, vim omnium depositionum, hac in re, longe superant, sese non adeo negativum praebet, circa valorem actus religiosi. Illud completur quod iam existit. Non tanti refert quod Humbertus - sincere an non ? - autumaverit familiam non posse constitui nisi per actum civilem ; siquidem ipse *vere posuit,* ut habetur in textu, actum religiosum, cui aliqualem agnoscebat valorem. Quid, si dictus Humbertus excus:sus fuisset, sub fide iuramenti quod rite emiserat, etiam super sua declaratione in scriptis, in qua et sese matrimonium exoptare significabat, et sese promptum declarabat matrimonio religioso, et insuper matrimonium civile pollicebatur ? Ast in interrogatoriis a Curia Firmana ad Curiam Urbis

ex officio transmissis, nulla, ut iam dictum est, ad praefatam declarationem allusio !

Plura alia leguntur, in examine Humberti, responsa quae, meo quidem humili iudicio, revelant ipsum, quidquid dicant testes, non totaliter flocci fecisse matrimonium suum religiosum :

Sic: « Credo... che avendo desiderio (Elvira) di sposare anche in Chiesa, un altro, *voglia sciogliere* il mio matrimonio ». Non solvitur nisi quod, aliqualiter saltem, alligatum dignoscitur. « Il motivo forse dipende perchè siamo congiunti in matrimonio *e separati di corpo* ». Et alibi confitetur « di avere, per mezzo di una zia... *stretto quel matrimonio,* che poi fu fatto ». Silentio non praetereunda videtur ultima responsio Humberti. Sciscitatus de possibilitate conciliationis, respondit : « Assolutamente di no, sia perchè la sua condotta relativamente a me non è di mia soddisfazione, e di più che io ho saputo che abbia fatto il contratto civile con un altro uomo ». Quid, quaeso, Humberto curae esse potest de modo agendi Elvirae, si Elviram sibi extraneam reputet? Si sua non est uxor, quid aegre ferat quod alterius uxor esse velit ?

Quare, perlectis haud semel actis causae, libratisque, pro modulo meo, intricationibus, rationibusque hinc et inde, id est pro aut contra genuinitatem consensus deductis, censeo, etsi non sine quadam animi oscitantia, concludendum esse : *Ex actis, prout sunt, non constare quod Humbertus in verum ctoni Elvira matrimonium non consenserit.*

Remota igitur causa nullitatis allegatae, superest ut de consummatione aut non-consummatione disseratur : quod nunc paucis expediri posse videtur.

Actrix animose asserit inconsummationem: Nihil aliud, in examine actricis, circa consummationem.

Consonat maritus, qui tamen non praecise de consummatione aut inconsummatione loquitur, sed de cohabitatione : « dopo il matrimonio... non abbiamo coabitato insieme » : dissonat vero maritus, qui, non unam, ut asserit actrix, sed plures relationes cum Elvira confitetur.

Ex actis, hinc inde persolutis, datam approximativam profectus Humberti in Urbem, necnon et Elvirae detegere potui : Ille Firmum dereliquit sub ultimis diebus Aprilis 1892; Elvira vero mense Octobris insequentis Romam pariter advenit, ibique per biennium circiter permansit.

E depositionibus testium, nihil certi argui potest pro aut contra consummationem.

Compendiati m : Actrix peremptorie inconsummationem affirmat : Maritus pariter, etsi generaliori formula, matrimonium asserit inconsummatum; testes cohabitationem, Firmi, denegant, Romae vero ignorant aut ex mera suasione denegant, et de ipsa consummatione aut inconsummatione nihil deponunt: una sola firmiter retinet, ex dictis Actricis, quod matrimonium non fuerit consummatum.

Quare, perpenso quod, in hac factispecie consummationis, aut inconsummationis, totaliter deficit probatio, ut dicitur, *de Coarctata,* quia sponsi, tum Firmi, tum Romae, de facili sese videre poterant, et de facto pluries sese viderunt ; attentis ceterum depositionibus quae circa consummationem aut inconsummationem sunt vere insufficientes et inconcludentes, censeo : *Non satis constare de inconsummatione in casu.*

VOTUM CANONISTAE. Elvira amores fovebat cum quodam Humberto, ex quo sub spe matrimonii decepta praegnans tandem evasit. Tunc ut familiae nomini et decori occurrerent, institerunt Elvirae parentes et frater apud Humbertum, ut Elviram duceret uxorem. Sed vir nullam plane fidem profitens negavit se nec matrimonium religiosum contracturum, quippe qui in atheismo gloriaretur ; nec civile, siquidem sibi nondum praesto esset, quod ad familiam constituendam necessarium foret. Quasi atheus, perinde ac quivis alius, non teneatur naturalis honestatis legibus, sibique liceat inhonoratam relinquere puellam, quam foeda libidine motus sub spe nuptiarum putide decepit. At si honestatis sensus hominem atheum ad matrimonium sive religiosum sive civile contrahendum inducere minime potuit, id ta-

men ex parte efficere potuit amor pecuniae. Quum enim ipse cognovisset catholicam Elvirae familiam passuram non esse infantulum in domum recipi, nisi religiosum antea matrimonium inter ipsum et Elviram contraheretur, ut nutricis sumptibus parceret, matrimonium ecclesiastico ritu contraxit. At numquam Elvira Humberto cohabitavit, quin imo ab eo tandem derelicta Neapolim quum perrexisset ut suis laboribus sibi et filiólo consuleret, alterum invenit hominem, cui se inhonorandarn traderet, civili ritu inito, mulier ignominiae percupida.

Iam ut animae suae prospiciat, instat Elvira, ut matrimonium contractum cum Humberto vel dissolvatur a Romano Pontifice, tamquam ratum et non consummatum, vel declaretur nullum ex defectu consensus ex parte viri.

Inquirendum nobis est, utrum huic Elvirae desiderio fieri possit satis.-Et primum potestne consilium praeberi SSmo Domino, ut dignetur solvere hoc matrimonium tamquam ratum et non consummatum?

Breviter respondeo non posse. Ratio est, quia ad hoc deberet constare moraliter certo matrimonium hoc mansisse inconsummatum. Porro hoc non probatur. [Scimus enim et Elviram multum adlaborasse ut Humbertum induceret ad contrahendum secum civili ritu matrimonium, et Humbertum hoc quidem noluisse, sed Elviram turpi adhuc amore prosequutum esse, quum ei proposuerit ut secum tamquam concubina manere vellet. Praeterea Elvira cum Humberto ad invisendum infantulum, qui nutrici alendus traditus fuerat, ante contractum matrimonium ab ancilla comitati, matrimonio iam contracto forte etiam .soli, rus apud nutricem convenerunt. Insuper Elvira, quae adhuc innupta potuit ita eludere suorum vigilantiam, ut plures menses illicitos cum Humberto amores foverit et turpia commercia habuerit, nonne id magis potuit tunc, quum iam nupta domi versaretur? Et certe Elvira post matrimonium domi, ut testatur Marianna, actricis soror, sub minori custodia retenta est. Sed et Romam, quo Humbertus se contulerat,

Elvira sola venit, ut ipsum induceret ad civile coniugium tandem ineundum. Quid mirum, si ad emolliendum eius animum ad copulam eum aliquando allexerit? Sub iuramenti quidem fide Humbertus et Elvira testati sunt, se matrimonium consummasse numquam; sed praeterquamquod sola coniugum etsi fide dignorum iurata assertio non constituit nisi semiplenam inconsummationis probationem, coniuges nostri non multam merentur fidem. Humbertus est atheus; porro atheo etsi iurato (nescio autem quid iuret atheus; vocat in testimonium Deum, cuius existentiam non admittit?) haud magna fides tribuenda est. Elvira autem nimis est sollicita ut matrimonium cum Humberto dissolvatur et novum suum coniugium firmetur; quare suspecta tantulum est.

Sed matrimonium, quod Humbertus et Elvira contraxerunt, fuitne validum? Fateor primo intuitu multa et gravissima suffragari matrimonii huius validitati momenta. Inter haec primum obtinet locum deliberatio ipsius Curiae Firmanae, quae Parocho nolenti huic matrimonio adsistere et percontanti quid sibi in casu esset agendum, respondit non esse ipsi denegandam praesentiam matrimoniali huic contractui. Attamen si res intimius investigentur, ad contrariam resolutionem deveniendum videtur et asserendum matrimonium hoc fuisse invalidum.

Et re quidem vera extra dubium est matrimonium etiam sub ratione Sacramenti in tantum constare, in quantum constat contractus. Res certissima probatione non indiget; sufficiat illud referre, quod in Constitutione sua *Arcanum* 10 Febr. 1880 Leo XIII expresse asserit « matrimonium autem est ipse'contractus, si modo sit factus iure ».

Porro si matrimonium est ipse contractus, ergo ad essentiam matrimonii requiritur consensus verus contrahentium in obiectum -contractus ; et hoc aperte traditur a traditione et a iure, quum asseritur et matrimonium iniri solo legitimo consensu *c'. 14 De spons. et matr. X, IV, 1 et alibi pluries,* et sine consensu matrimonium iniri non posse. Quod expresse docemur a Nicolao I in suis responsionibus

ad consulta Bulgarorum *cap. 3* his verbis (quae verba sua quoque fecit Innocentius III in *cap. o « Tuas dudum » De sponsa duorum X, IV, 4,* et retulit Gratianus in *cap. 2. C. XXVIL q. 2):* « Sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptiis solus forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur ».

Obiectum autem contractus in re nostra est ius perpetuum et indissolubile in corpus, quod sponsus sponsae et vicissim sponsa tradit sponso. Haec autem iuris huiusmodi traditio ad id naturaliter tendit, ut per copulam perfectam vir et mulier una caro efficiantur et unum constituant principium generationis. Hinc optime S.Thomas Suppl. *q. XLV, art. 1 ad 2:«* Matrimonium (in quantum nempe non consideratur in fieri, sed in facto esse) non est ipse consensus (consensus enim est causa efficiens matrimonii in facto esse, proprium est autem causae efficientis esse extrinsecam suo effectui seu distinctam ab ipso), sed quaenam unio ordinatorum ad unum (scilicet principium generationis), quam consensus facit ». Si igitur matrimonium est unio ordinatorum ad unum principium generationis ex ipsa naturali lege, consequitur sub consensu matrimoniali includi necessario tria bona matrimonii, idest prolem, sacramentum et fidem, ita ut, si unum aliquod ex his excludatur, non habeatur consensus verus in contractum matrimonialem et proinde nullum sit matrimonium, etiamsi externa matrimonii forma fuerit servata. Et hoc est quod tradit Gregorius IX in *cap. ultimo de condit, app. X, IV* 5,* ubi dicit conditiones contra substantiam coniugii, si quae matrimoniali consensui inserantur, puta si dicat quis alteri « contrallo tecum, si prolis generationem evites » (quae est contra bonum prolis), vel « donec inveniam aliam honore vel facultatibus digniorem » (quae est contra bonum Sacramenti), vel « si pro quaestu adulterandum te tradas » (quae est contra bonum fidei) matrimonium irritum efficere.

Neque dicendum iuxta quosdam, quos refert S. Alphon-

sus, dicens eorum opinionem probabilem, *Th. Mor. III, 710,* consistere contractum et proinde subsistere obligationem etiam in eo, qui, sciens obligationem contractus, velit quidem contrabere, sed nolit se obligare. Nam ante omnia evidens videtur hanc sententiam falsam esse, quia, quum in contractu non possit obligatio oriri nisi ex voluntate, nulla potest oriri obligatio ubi deest voluntas se obligandi ; sed praeterea quidquid sit de ista sententia, pro qua tamen certo inconsulto nonnulli allegantur a S. Alphonso, qui loc. cit. nimis fidens Salmanticensibus citavit perperam Lessium qui non eo loco, qui a Salmanticensibus citatur, sed de iust. et iure *lib. II, c. 42, dub. 8, n. 36 seq.* dicit eum quoque, qui ficto animo aliquid iuramento promisit, ad illud praestandum vi iuramenti obligari; at eodem loco *n. 39* idem negat dicendum in contractibus, quorum obligatio tota pendet ex intentione, ut est in matrimonio, nisi aliae causae concurrant, constat certissime matrimonium esse irritum, quando quis intentionem habet contrahendi, relicto tamen sibi iure dissolvendi coniugium, si quando altera pars in adulterium labatur ; nisi contraria voluntas contrahendi iuxta legem Christi praevaleat. Cfr. litteras Pii VI ad Arch. Pragensem 11 iul. 1789 et resolutionem huius Sacrae Congregationis 1 aug. 1784.

Ex dictis ergo sequitur eum, qui ex matrimonio nollet sibi assumere obligationes contractui matrimoniali naturaliter inhaerentes, matrimonium valide non contrahere. Is enim non faceret eam traditionem, quae huic contractui necessaria est, et proinde in matrimonium non consentiret.

Notandum autem probe est, non idem dicendum de eo, qui tantummodo animum habet non servandi obligationem, quum haec voluntas cum voluntate vere contrahendi consistere omnino possit, ut ex se patet; et omnes censent, et pluribus probat Lugo de iust. et iure *disp. XXII, n. 36.*

Quae quidem omnia confirmationem etiam accipiunt ex ea, quae matrimonio Christianorum essentialis est, ratione Sacramenti. Siquidem enim omnia Sacramenta constare ex

materia et forma certum est, et ipsum ergo matrimonium materia et forma constare sequitur. Porro relictis etiam diversis Doctorum sententiis circa determinationem materiae et formae in matrimonio, sive quis velit consensum esse formam, corpora materiam ; sive in ipso consensu invenire quis velit rationem materiae et formae, prout dicit traditionem potestatis et huius potestatis acceptationem, certum -est in eo, qui non ponit eum consensum, quem diximus, vel formam, vel materiam simul et formam deesse, ac proinde non haberi Sacramentum. Porro in Christianis non"est matrimonium, quod non sit Sacramentum ; ergo is, qui non consentit eo, quo diximus modo, non contrahit matrimonium.

Et haec sufficiat una alia animadversione fulciri. Diximus obiectum contractus matrimonialis esse ius perpetuum indissolubile et mutuum viri in corpus mulieris et vicissim. Is autem, qui non vult obligationes huic contractui naturales sibi suscipere, non tradit alteri illud ius, quod est obiectum contractus : ergo contractum et proinde matrimonium non perficit. His praesuppositis ad casum nostrum veniamus. Et quoad hunc, si probaverimus Humbertum noluisse eo actu, quem posuit, assumere sibi obligationes inhaerentes et naturales contractui matrimoniali, probabimus matrimonium inter ipsum et Elviram contractum fuisse .nullum. Porro hoc probari posse videtur omnino.

Patet enim ex actis, Humbertum postquam Elviram violaverit et gravidam effecerit, nullam per plures menses habuisse intentionem eam sibi matrimoniali foedere copulari. Elvirae parentes ii fuerunt, qui ipsum ad Elviram ducendam incitarunt, et iure. Sed ex actis illud quoque apparet eum his monitis et iustis querelis acquiescere primum noluisse, acquievisse tandem ut querelis finem imponeret ; Elvirae, quae a parentibus secus domo detrudi dicebatur, novum damnum non inferret; suis bonis parceret efficiendo, ut infantem ex Elvira natum eius parentes alerent, hac motus ratione: se atheum esse, ac proinde nullam sibi ac-

cipere obligationem ex ritu ecclesiastico, quem tamquam vacuam caeremoniam haberet ; tamquam civem autem se nullo modo obligari, quum civilem matrimonii ritum ipse non poneret.

Et vere semper absolute negavit, se civili caeremonia: Elviram sibi iungere ; nam, si quando hoc promisit, servavit numquam, multis Elvirae precibus non obstantibus. Quae promissio nullam videtur movere difficultatem in homine,, qui mulieri sub spe matrimonii deceptae et gravidae effectae fidem de matrimonio ineundo datam noluerit, nisi eo modo, quo diximus, servare.

Haec abunde constant ex processu, et maximam habent confirmationem ex iis, quae iuratus deposuit R. Dnus Fontevécchia Parochus, qui matrimonio adstitit. Is probe suspicabatur, Humbertum nolle matrimonium contrahere, imo de hoc certior factus est, quum ad assistendum huic matrimonio domum Dñi De Angelis petiit, vir enim atheus ne ecclesiam quidem ingredi dignatus est ad matrimonium celebrandum, et Humbertum adloquutus est; quare iure ab exhibenda huic matrimonio praesentia sua se abstinuit.

Haec autem, quae a Parocho ita exprimuntur, ab aliis quoque testibus fere omnibus unanimi ore 'asseruntur, saltem tamquam ea, quae communem sententiam et opinionem referebant. Sed et ab ipso viro confirmantur. Quare pro Humberto, si eius attestationi adhibemus fidem, matrimonium religiosum ne promissionis quidem vim habuisse dicendum est, promissionis inquam se Elviram aliquando du^cturum ; imo Humbertus expresse asserit, se nullam existimasse aut voluisse obligationem eo actu assumere.

Si haec vera sunt et certa, ad nullitatem matrimonii declarandam deveniendum procul dubio esset. Sed duo sunt. quae difficultatem pariunt. Primum est attestatio scripta,, quam Humbertus tradidit Henrico Elvirae patri circa matrimonium cum Elvira contrahendum. Alterum est permissio, quam Curia Firmana fecit Rev. Dno. Fontevecchia parocho adsistendi huic matrimonio, ut supra innuimus. Vi-

dendum igitur est, utrum duo haec infirment ea, quae hucusque ex processu eruimus.

Attestatio, quam Humbertus conscripsit, haec est: « Poichè desidero, che si compia il matrimonio religioso dichiaro di essere contento di sposare religiosamente sua figlia Elvira, e prometto di sposarla anche civilmente, quando mi troverò in condizioni che mi permetteranno di costituire nna famiglia ».

Porro, si quis bene consideret, hae litterae nihil dicunt, quod contradicat menti et intentioni iam in antecessum ab Humberto significatae. Hae demum litterae duo tantum haec asserunt, Humbertum velle religiosum ritum matrimonii cum Elvira ponere, promittere ipsum, se eam aliquando et civili ritu ducturum. Nonne homo, qui ecclesiasticum matrimonii ritum nihili facit, qui ex eo nullam sibi obligationem accipere autumat dicitque aperte, potest haec omnia dicere ? Profecto in viro, qui ad religionis christianae leges institutaque suam vitam conformat, aliud haec verba sonant, at in viro atheo quid magis significant, quam quod Humbertus praestitit, quodque promisit; subinde vero non servavit? Fateor me non semel et iterum, sed pluries has litteras legisse et examinasse, et nil aliud in iis invenisse, quam promissionem postea non servatam ducendi Elviram etiam civiliter. Imo hae litterae nonnisi ad fallendam auctoritatem ecclesiasticam videntur confectae, quum ea ipsa die conscriptae sint, qua matrimonium celebratum est. Nam quamvis Exmus Dnus. Archiepiscopus Firmanus asserat in litteris ad hanc Sacram Congregationem die 25 Sept. 1897 datis, matrimonium celebratum fuisse die 1 Aprilis 1893, videtur tamen hoc mendum scriptionis, quum etiam litterae Vicarii generalis potestatem facientis Parocho ut huic matrimonio assisteret, datae sint die 1 Aprilis 1892. Porro si hae litterae ea ipsa die conscriptae sunt, qua matrimonium celebratum est, seu postridie illius diei, ut eruitur ex actis, qua Parochus matrimonio assistere detrectavit, quia Humbertus nullam existimabat se obligationem assumi

pturum ex eo actu, quum, quas diximus, litterae nullam explicitam contineant retractationem perversae et irreligiosae mentis in Humberto; videntur imo confirmare eum in pristino consilio perstitisse, diligentique versutia verba selegisse in litteris conscribendis, quae suae menti non contradicerent, et inservirent tamen ad obtinendum, ut Parochus matrimonio adsisteret.

Sed quomodo Curia Firmana concessit, ut matrimonio assisteret Parochus, si ipsi non constiterat Humbertum e sententia recessisse? Et revera hoc ei persuasum fuit, ut recte statim videbimus. En interim litterae Rdi. Dni. Vicarii generalis Firmani ad Parochum Fontevecchia:

« Avendo il noto sposo rilasciato finalmente la dichiarazione che compiego, ed avendo inoltre (a revoca ed attenuazione delle parole pronunciate ieri sera) dichiarato a persona di piena fiducia che col matrimonio religioso si tiene vincolato; Sua Eccellenza Rma Mons. Arcivescovo rimette all'arbitrio e prudenza di V. S. di benedire il matrimonio, dispensando gli sposi dalle pubblicazioni e dal tempo feriato, con facoltà di celebrarle anche di sera trattandosi di cosa occulta.

« La S. V. dovrà però in precedenza informarsi che non vi sia alcun impedimento, e che consti dello stato libero di ambedue gli sposi ».

Causae igitur cur Curia Firmana recedens ab iis, quae prius Parocho responderat, concessit tandem, ut Parochus assisteret huic matrimonio, hae fuerunt; quia Humbertus eam scriptam declarationem dederat, de qua superius loquuti sumus, et quia persona fide digna asseruit Humbertum obligatum iri se ex matrimonio ecclesiastico censere.

Hae Vicarii generalis litterae fuerunt, quae Parochum, etsi intime persuasum Humbertum nihili facere matrimonium ecclesiasticum, moverunt, ut matrimonio eius cum Elvira assisteret, ut ipse testatur in primo suo testimonio. Porro quantum valeant scriptae litterae, quas Humbertus dedit, iam vidimus. Nunc est videndum an attestatio istius

personae fide dignae quidquam saltem ipsa valeat. Persona haec, ut cum dubitatione testatur Vicarius generalis et cum certitudine Exmus Dnus. Archiepiscopus Firmanus in suis litteris ad hanc Sacram Congregationem datis die 31 Februarii ann. 1900, est Iosephus Titus De Angelis, qui in processu testimonium dixit. Videamus quid ipse iuratus asseruerit. Inter alia in suo testimonio haec habentur: « Io sono convinto che lo scopo unico, che ebbe Umberto nel prestare il consenso, sia stato quello di appagare un desiderio della Elvira, e son convinto ancora che egli non abbia fatto alcun calcolo della cerimonia religiosa. Anzi a proposito di ciò mi pare di ricordarmi che durante la celebrazione Umberto sorrideva. Ricordo pure che dall'autorità ecclesiastica ebbi l'incarico di interrogare Umberto, se almeno credesse all'esistenza di Dio; io eseguii quest'incarico, e per risposta ebbi da lui dei sorrisi e delle espressioni scettiche. Ma insistendo nei chiedere da lui un'affermazione categorica su questo punto n'ebbi una risposta, che non ricordo ».

Ergo Iosephus Titus De Angelis nil aliud exquisivit ab Humberto, nisi an Deo existenti crederei, et forte responsionem negativam habuit. Sed non petiit, utrum putaret ipse se obligationem suscepturum ex matrimonio religioso necne, nec Humbertus unquam affirmative ad hoc respondit. Hoc autem erat exquirendum. Humbertus ergo mansit in sua persuasione, quam prius toties affirmaverat, denegavit numquam.

Quare Curia Firmana nimis festinanter egit, et praeterquamquod non bene se gessit permittendo matrimonium ecclesiasticum, quin praemissa fuerit caeremonia civilis, homini atheo, erravit etiam nimiam fidem praebendo dictis Iosephi Titi De Angelis, qui forte rem ita enarravit, ut quin falsum aperte diceret, induceret auctoritatem ad praebendam facultatem celebrandi hoc matrimonium, quod tantopere exoptabatur a familia Elvirae, ipse Elvirae patruelis. Certissime Curia cum festinatione nimia et parum

excusabili processit. Neque enim res ista poterat bene concludi paucis horis, ut factum est, quin ullo modo ipse Humbertus interrogaretur.

His igitur stantibus, videtur permissio a Curia facta non infirmare argumenta, quae adduximus ad probandum Humbertum non consensisse huic matrimonio. Et si quando Vicarius generalis in suo testimonio insistit in asserendo et Excmum Dnum Archiepiscopum et seipsum non fuisse concessurus facultatem Parocho ut matrimonio assisteret cum periculo nullitatis matrimonii, nisi sufficientes habuisset probationes, Humbertum vere contrahere velle, vera quidem dicit, sed non probat se non fuisse deceptum et proinde non errasse, quum tamen ex dictis hoc evidenter probatum videtur.

Hinc ex iis, quae supra diximus, certum videtur Humbertum nullam voluisse sibi assumere obligationem ex matrimonio ecclesiastico, quod iniit. Et hoc confirmatur ex iis, quae ipse, celebratis statim nuptiis, Elvirae dixit, se ei nullo teneri vinculo, ipsam sibi extraneam adhuc esse, si vellet prosequuturum se cum ea illicitos eos amores, quos turpiter hucusque foverat, sed eam tamquam uxorem non habiturum. Porro qui sic loquitur, noluit matrimonio mulierem suam facere; noluit igitur matrimonium contrahere.

Tota mea argumentatio ad hunc syllogismum reducitur: Ille, qui matrimonium contrahit, nolens obligationes suscipere quae matrimonio naturaliter sunt connexae, irrite agit. Atqui Humbertus sic matrimonium contraxit, ut nollet eas obligationes sibi suscipere. Ergo irrite egit, idest invalide contraxit.

Huic argumentationi unum est, ni totus fallor, quod potest opponi. Scilicet Humbertum satis facto suo re tractavit id, quod verbis protulerat. Qui enim agit, illud vult agere, quod opere ponit. Humbertus autem de facto matrimonium ecclesiasticum voluit contrahere et contraxit. Ergo contractum matrimonialem iniit, et proinde obligationes matrimoniales sibi suscepit.

At ex dictis, ni fallor, satis soluta est haec difficultas. Humbertus voluit quidem formam externam ecclesiastici matrimonii ponere, eamque posuit; matrimonium ecclesiasticum noluit contrahere, et non contraxit. Quod evidentius etiam ex eo patet, quod semper ipse recusavit contrahere matrimonium civili ritu, quo uno putabat se obligationes matrimoniales suscepturum. Ergo eas obligationes semper respuit, ergo numquam contraxit. Matrimonium enim ecclesiasticum habuit tamquam vacuam caeremoniam ; quare quemadmodum qui externam baptismi formam susciperet, nolens se Ecclesiae aggregare, nec obligationes christianae religionis assumere, nec illud suscipere quod Christus instituit, sed meram externam caeremoniam explere, non baptizaretur, ita Humbertus matrimonium non iniit.

Videtur ergo certissimum matrimonium inter Humbertum et Elviram initum fuisse nullum. Quare ad quaesitum : *An constet de matrimonii nullitate in casu,* videtur respondendum : *Affirmative,* aut ad summum : *Dilata, et coadiuventur probationes.*

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Matrimonium, quod Firmi die 1 Aprilis 1892 Elvira, annos 30 tunc nata, coram proprio parocho iniit cum Humberto in eadem fere aetate constituto, legitimo viri consensu destitutum fuisse atque opere imperfectum mansisse contendit, quin horum unum vel alterum validis argumentis fulcire queat. Praeprimis enim assertam matrimonii inconsummationem nullo in pretio habent lectissimi Consultores, eamque unanimi suffragio nientissime reiiciunt. De sponsis quippe agitur, qui longe ante matrimonium, omnem eludentes suorum vigilantiam, turpes amores fovere valuerunt, filiumque gignere ; quique pluries postea opportunas sese invicem invisendi habuerunt occasiones sive Firmi per mensem Aprilis 1892; sive Romae, quo virum sequenti mense Octobri 1892 sequuta est mulier ibique fere per biennium permansit, penes illum instans tum pro filii alimentis tum pro civilis actus celebratione. Et ex testibus insuper nihil certi de-

prehendi datur nedum quoad *coarctatae* probationis *extrema*, verum etiam quoad ipsam coniugum cohabitationem, quae Romae fortasse per aliquot saltem menses locum habuerit.

Quo vero ad obiectam matrimonii nullitatem dum eximius Consultor Canonista actricis votis benignissime indulget, alter, Consultor Theologus, fuse ac dilucide libratis omnibus hinc inde facientibus, censet: « Ex actis, prout sunt, non constare quod Humbertus in verum cum Elvira matrimonium non consenserit ». Huiusmodi conclusionem libenter amplector, veram enim prorsus puto. Ne tamen in concredito munere deficere videar, neve acta agam, paucissima in eiusmet sententiae confirmatione summis digitis attingam:

Atque in primis ingenue fateor suspicionem, quae in me insilit, adversos videlicet Religioni sensus, quos passim professus esset Humbertus, data opera ab eomet ostentans vel saltem exaggeratos fuisse ad se eripiendum ab instantiis sibi molestis de matrimonii celebratione. Dum enim ille traducitur veluti Religionis et ecclesiasticae auctoritatis aspernator, nedum vadimonium, sibi pro subeundo examine ab Urbis Vicariatu constitutum, incunctanter obi vit, sed et nullam prorsus praetexuit difficultatem iurandi ad sancta Dei Evangelia.

Asseritur itidem, Humbertum pro nihilo reputasse matrimonium religiosum, eiusque substantiales obligationes; sed aliter animo sensisse demonstrat vel ipsum tempus unius anni et ultra, quo familiae mulieris querelis restitit, ne illud contraheret. Idque confirmatur ex intima persuasione, qua Humbertus non solutum, sed uxoratum se putat. A iudice enim sciscitatus: « Se conosca la sig. Elvira e se sappia aver la medesima fatta istanza per ottenere che o si dichiari nullo o si sciolga il suo matrimonio con Umberto? » respondit: « Conosco la signora Elvira e so che ha avanzato istanza per l'annullamento del nostro matrimonio*.. »

Quinam praeterea de obligationibus specialiter fuerint animi sensus Humberti, ab Elvira imprimis declaratur:

« Per spingere Umberto a sposarmi innanzi al Curato, nessuna dichiarazione chiesi da lui di assumere le obbligazioni matrimoniali. Tanto più che egli essendo in una deplorevole condizione finanziaria, non aveva mezzi per assumere tali obbligazioni ». Atque instante iudice. « Se celebrando il matrimonio si proponevano di convivere insieme? » eadem Elvira addit: « Io sposando Umberto avevo l'intenzione di convivere con lui come vera e legittima moglie. Ma .egli nella stessa sera della contrazione del matrimonio mi disse apertamente : *io non ho mezzi per mantenerti, se vuoi vivere con me, io innanzi alla società non ti terrò come moglie...* ». Concinit ipse Humbertus, qui a iudice interrogatus : « Se egli con quell' atto intendeva assumere alcun legame, obbligo ecc. ? » inquit : « Non sentivo di contrarre alcun legame innanzi agli uomini.... Pensavo solo che non potendo completare ciò anche coli'atto civile stanti le mie condizioni finanziarie, non poteva mai costituire la famiglia ».

Finem controversiae imponit expressa Flumberti declaratio sponsae patri scripto data eodem die celebrationis matrimonii : « Pregino sig. Enrico. — Poiché desidero che si compia il matrimonio religioso, dichiaro di essere contento* di sposare religiosamente sua figlia Elvira, e prometto di sposarla anche civilmente, quando mi troverò in condizioni che mi permetteranno di costituire una famiglia ». Porro cum nemo dubitaverit aut dubitet Humbertum serio ac proprio verborum sensu scripsisse « prometto di sposarla anche civilmente quando etc. » minime intelligo, cur non ita pariter sentiendum esset de commate immediate praecedenti, quo asseverat « di esser contento di sposare religiosamente sua figlia Elvira ». Ipsemet parochus Fontevecchia, etsi opinari autumet, Humbertum in ea mente fuisse ut potius noluisset matrimonium contrahere, quam aliquam ipsiusmet obligationem in se suscipere ; id tamen expresse cohibet ad tempus, quod praefatam declarationem praecessit. A iudice quippe percontatus parochus: « Se creda che la volontà di

Umberto possa formularsi in questa guisa: Io credo che il rito religioso sia un atto nullo e di nessun valore, perciò mi determino alla sua celebrazione, non intendendo assumere nessuno degli obblighi anche puramente morali, che la Chiesa dice nascere da quest'atto; ma solo di porre quell'atto materiale che pone la Chiesa e si chiama matrimonio religioso. Che se per verità nascesse da quest'atto, che identicamente è il matrimonio religioso, qualche vincolo od obbligazione puramente morale religiosa, io vorrei piuttosto non porre quest' atto che volermi legare con queste obbligazioni anche puramente morali? » ita respondit: « Affermativamente per riguardo alla prima parte. Per riguardo poi alla seconda, anche affermativamente, con molta probabilità, perchè credo, sebbene non con assoluta certezza, di avere proposto a Umberto l'ipotesi, di cui al quesito, edi avere avuta risposta negativa. Ciò però sempre dico pel tèmpo, che precedette la dichiarazione scritta ».

Alio nihilominus sensu memoratam declarationem [accipiendam esse censet lectissimus Consultor Canonista, qui •scribit: « Fateor me non semel et iterum, sed pluries has litteras legisse et examinasse, et nil aliud in iis invenisse quam promissionem postea non servatam ducendi Elviram etiam civiliter. Imo hae litterae nonnisi *ad fallendam auctoritatem ecclesiasticam* videntur confectae, quum eae ipsa die conscriptae sint, qua matrimonium celebratum est... videntur imo confirmare, eum (Humbertum) in pristino consilio perstitisse, diligentique versutia verba selegisse in litteris conscribendis, quae suae menti non contradicerent et inservirent tamen *ad obtinendum, ut Parochus matrimonio assisteret* ». Fateor et ego non semel et iterum has litteras legisse et examinasse: at, ni fallor, ex iis nihil aliud consequitur quam quod Humbertus, quin actu suo auctoritatem ecclesiasticam f allere vellet, potius intenderet patrem Elvirae certiorem facere de recta sui agendi ratione, dum matrimonium suum vellet sanctum nequidem coram Deo, cui ex arbitrio posset illudere, sed etiam, dato tempore, coram

hominibus qui in exterioribus sistunt. Circumstantia vero quod ea ipsa die conscriptae sint litterae, qua matrimonium celebratum est, si quid opinor, aeque apta est ad confirmandum Humbertum in prístino consilio perstitisse et ad statuendum eum revera a pristino consilio resiliisse. Quoquo igitur versu res spectetur nulla est ad dicendum Humbertum captiose usum fuisse litteris, de quibus actio, ut induceret parochum ad adsistentiam matrimonii. Imo non erat ratio cur hoc faceret, cum potius ad votum consequendum ab huiusmodi adsistentia omnino parochus esset avertendus.

His igitur consideratis et perlectis quae a Consultoribus et vinculi Defensore adducuntur, haec enodanda proposita fuere

Dubia

I. *An constet de nullitate matrimonii ob defectum veri consensus ex parte viri in casu.*

II. *An consulendum sit SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii sub die 23 Februarii 1901 re discussa, censuit respondere : Ad I. et II. *Negative.*

SPALATEN.

IURIS AD DISTRIBUTIONES CHORALES.

Die 28 Febr. 190i.

Sess. 24. cap. 3. De ref.

COMPENDIUM FACTI. Ecclesia Cathedralis Spalaten. > hac regitur peculiari constitutione, ut distributiones chorales lucrentur non tantum canonici et mansionarii, sed etiam alii presbyteri, qui cum cooptati sint in Congregationem , nuncupatam *a Clero, Ecclesiae Cathedrali addicto,* ius habent interessendi functionibus choralibus et inde appositas lucrandi distributiones quotidianas. Hodie Canonici, post Const. Leonis XII *Locum B. Petri* a. 1828, sex nume-

rantur et quatuor Vicarii Chorales, incertus autem est numerus presbyterorum , qui dictae Congregationi adscripti, choro intersunt atque non refert an isti aliud officium aut beneficium obtineant. — Quare sub die 20 Maii 1898 Raymundus Maroevic Parochus in suburbio Lucae, nomine etiam alterius Parochi in suburbio vulgo *Borgo grande,* (hae duae enim paroeciae, praeter Ecclesiam Cathedralem, constitutae sunt in civitate Spalaten.), petiit a Capitulo ut ipsi, quippe parochi in civitate Spalaten. et hinc pars cleri , admitterentur ad functiones chorales Ecclesiae Cathedralis Spalaten. proindeque ad quotidianas lucrandas distributiones.

Disceptatio Synoptica.

DEFExNSIO CAPITULI. Verum Capitulum contradixit, renuens hoc ius recognoscere Oratori alterique parocho , utpote qui *natales* sortiti non fuerant Spalati. Etenim instant canonici, S. Pius V Const. *Regiminis universalis* a. 1569 iussit non admitti ad praebendas ecclesiasticas Spalati constitutas et hinc ad cleri Congregationem addictam Eccles. Cathedrali nisi presbyteros *cives et indigenas.*

Nihilominus Capitulares admittunt, iampridem et hodie etiam beneficia canonicalia et praebendas Vicariorum obtenta fuisse et obtineri a presbyteris *non indigenis* et advertunt : « Ma atrinfuori dei canonici residenziali e dei Vicarii corali il Capitolo di Spalato mai ammise alle distribuzioni corali se non i soli sacerdoti e chierici nativi di Spalato ».

Quare Capitulum fatetur, aliquando parochos suburbii functionibus choralibus interfuisse et hinc distributionibus participasse, sed non qua parochos, sed qua *cives indigenas* Spalatenses, adscriptos Congregationi Cleri Eccl. Cathed. Sed una simul dolent, malum exitum quem huiusmodi morem secumtulit, nimirum parochos deseruisse nimis facile suas Ecclesias, ut incumberent choro , cum magno animarum discrimine.

Ius commune quod attinet memorant capitulares Decre-

talem Bonifacii VIII *De cleric. non resici.,* confirmatam a Concil. Trid. *Sess. 24, cap. 12,* ubi Pontifex iubet: « Statuimus ut distributiones ipsae quotidianae , in quibuscumque rebus consistant, canonicis et aliis beneficiatis et clericis Cathedralium et aliarum Collegiatarum Eccles, qui eisdem officiis in ipsis Eccles, adfuerint, tribuantur iuxta Eccles, cuiuslibet ordinationem rationabilem iam factam, seu etiam faciendam ». Advertunt numerum Canonicorum et beneficiatorum taxative determinasse Leonem XII cit. Constit, a. 1828; sed minime prohibuisse, uti expresse edixit Decretum Episcopale *12 Dec. a. 1891,* quominus *clerici* haberentur quos Bonifacius VIII in cit. Decret, memorat in *tertio* loco, praeter Canonicos et Beneficiatus; et in Ecclesia Spalaten., iuxta Capitulares, isti comprehenduntur in Congregatione Cleri Eccles., quique ius habent interessendi choro et lucrandi distributiones quotidianas pro rata servitii.

Quamobrem Canonici quoque honorarii, referunt Capitulares, distributiones quotidianas lucrantur dummodo tamen adscripti sint Congregationi Cleri.

Statuta Capitularia adamussim haec confirmant, aiunt canonici et haec referunt.

« Negli - Statuta Capituli Ecclesiae Cathedralis Spalatensis - :

» Sectio I : - De Ecclesiae Cathedralis Statu Personali -, dopo il Caput I : - De Capitularium numero, electione et dotatione -, segue il Caput II il cui titolo suona così : - De aliis Ecclesiae Cathedralis inservientibus -, e che si riporta testualmente : - Praeter mox recensitum Capitulare gremium, adhuc adnumerare oportet - :

» 1) Sex honorarios, quos eligere per laudatam Bullam hac in Cathedrali, ratione splendidioris apparatus Sacrorum Episcopis, Imperantis consensu, copia data est.

» 2) Vicarii chorales itidem quatuor praesto esse debent, quorum est quotidie choro interesse, Canonicis in Missis et Horis canonicis decantandis inservire, nec non Parocho Ur-

bano in cura animarum administranda coadiuvare , ideoque eos ad easdem Residentiae leges , ad Canonicorum instar obstrictos esse minime dubitandum.

» 3) Presbyteri Congregationis et Clerici servitio Cathedralis addicti.

» Caeremoniarum Magister et Sacrista qui hac in Cathedrali propria gaudent beneficia , de ordine Sacerdotum assumendi sunt.

» Nel medesimo succitato Statuto Capitolare, la Sectio VII che tratta : - De Capituli bonis et bonorum administratione -, al Caput III, il cui titolo è : - De distributionibus quotidianis -, leggesi quanto segue :

» 1) Distributiones quotidianae ex beneficiis simplicibus, iam auctoritate S. Pii Pp. V. et Gregorii Pp. XIII ortae, et successive ad normam Concilii Tridentini, tum beneficiis simplicibus, tum piis quibusdam legatis auctae, ad maiorem Dei cultum certius alacriusque penes hanc Cathedralem promovendum, pro quotidiano choro et officio divino, Capituli et Cleri interessentia, Massae Communis titulo fundatae sunt.

» 2) Fructus hac ex Massa pro distributionibus quotidianis provenientes, nulli unquam liceat, ad aliud opus traducere non adsentiente Capitulo et Clero inconsultaque Sancta Sede Apostolica.

» 3) Fructibus distributionum quotidianarum frui secundum earum fundationem et Ecclesiae praxim ius habent omnes de Capitulo et Clero ex gremio huius Cathedralis et omnes Sacerdotes, qui ad Congregationem Presbyterorum pertinent; ast ad eas reapse lucrandas actualis requiritur in choro eorum praesentia, divinis officiis aliisque functionibus persolvendis, ut alibi iam dictum fuit.

» 4) De eisdem fructibus per decretum Domini Priuli, Episcopi Vicentini Visitatoris Apostolici de anno 1603, quatuor Capitulo in solidum et Presbyterorum Congregationi, id est Clero inferiori tres ex septem integris partibus assignentur, ita tamen ut quisque Capitularis inserviens unam portionem integram, Presbyter dimidiam et Clericus tandem

quartam unius integrae punctationis habere possit et valeat. Canonicis vero honorariis Capituli, quatenus pertineant ad Congregationem Presbyterorum, portio danda est, quae ad Presbyteros simplices competit ».

Deinde concludunt, Parochis Suburbii eatenus posse competere chorales distributiones Eccl. Cath. quatenus hi partem habeant in Congregatione Cleri ; sed huic Clero neque hodie adscriptus est orator, neque ut adscribatur ius habet, autumant capitulares, quippe ille non est *civis et indigena* Spalaten.

DEFENSIO PAROCHORUM. Ex adverso Parochus Orator non diffitetur, modo ipsum non recenseri inter clericos Congregationis Cleri Eccles. Cath. sed sibi ius adscriptionis , ut ipsi participare liceat et functionibus et distributionibus choralibus. Sane recolit quoddam decretum Episcopi De Dominis, posterius Constitutione Piana, utpote datum a. 1609 quo ita determinatur clerus Eccles. Cath. seu ut huic Congregationi partem habeant : « Sacerdotes omnes simplices qui adsunt et qui sunt adfuturi de gremio huius Ecclesiae tantum quod sunt de gremio ». Unde infert, non expostulari originem e civitate Spalaten. sed tantummodo adscriptionem Ecclesiae Cathedralis , quae hactenus nemini Parochorum Suburbii denegata fuit.

Recolit sub a. 1894 hanc Cleri Congregationem sibi arrogasse *exclusivum* ius eligendi deputatum pro Clero ad rem oeconomicam Seminarii administrandam decreti Concil. Trid., *sess. 23, cap. 18, De Ref.,* sed Episcopale decretum hoc ius asseruisse omnibus Sacerdotibus, qui sive in civitate sive in Suburbio munera exercent Sacerdotalia.

Istud ius, ait orator, eo magis competit Parochis quoque Suburbii quia massa distributionum coaluit ex beneficiis simplicibus, quae olim hisce parochiis pertinebant, uti probant eruditi, veluti Parlati, *Illyr. Sacrum. III, 484.*

Quomodo vero irrepserit mos ut ratio haberetur *originis* clericorum, et a beneficiis excluderentur clerici *non indigenae,* explicat orator ab adiunctis quibus vetabatur civi-

tas Spalatensis tempore incursiormm Turcharum, qui universam iam subiecerant suo imperio provinciam Dalmatiae ; et una civitas Spalaten. adhuc immunis erat ab eorum dominatione. Quare huc habuerunt perfugium omnes qui effugere poterant Turcharum tv ranniderà. Quare S. Pius V favore clericorum indigenarum et ad horum instantiam edidit a. 1569 cit. Constitutionem haec decernens: « Ex nunc deinceps ac perpetuis futuris temporibus occurrente tam canonicatuum, quam praebendarum ac dignitatum quam quorumvis aliorum beneficiorum eccles, cum cura et sine cura collatione.... nullis nisi eorundem civitatis et dioecesis Spalaten. originariis et Ecclesiae continue deservientibus et deservituris.... concedi vel assignari possint ac debeant ».

Quem morem refert orator, fuisse religiose servatum usque ad Const. Leonis XII *Locum Beati Petri,* quae Const. cum mutaverit fines dioecesis Spalaten. postea visum est haud esse opportunum servari in conferendis officiis et beneficiis legem Pianam, quae proinde sensim in desuetudinem abiit. Et concludit orator : « Il devoto sottoscritto è il primo Parroco di questo Borgo che non sia originario di Spalato, come il Canonico della Cattedrale, D. Giorgio Gojsalic fu il primo Parroco non originario di Spalato di Borgo Grande. Ed ad entrambi si negò il diritto di percepire le distribuzioni corali, perchè non sono originari di Spalato». Quod tamen non obstáculo fuit, quominus Gojsalic praebendam dein obtinuerit canonicalem.

Episcopus de sua sententia percontatus multa retulit quoad antiquam conditionem et indolem Ecclesiae Spalatensis, et de modo acquirendi ius ad distributiones percipiendas. Quoad vero opportunitatem id faciendi, censuit, non expedire ut parochi duarum paroeciarum Spalati adsint quotidie functionibus Cathedralis, ne post habeant onera parochiae cum fidelium discrimine.

Ex officio autem animadversum fuit : Capitulum absque ambagibus asserit a S. Pio V positam fuisse conditionem pro cooptandis in Clerum Eccles. Cathed. ut essent cives

-et *indigenae* Spalaten., sed testatur Episcopus et concordant verba Const. Pianae relata a Parocho oratore, Pontificem locutum esse de *civitatis et dioecesis Spalaten. originariis,* et verba *cives et indígenas Spalaten.* usurpata fuisse a Farlati in sua Historia , ut Pontificis intentionem commentaretur. Verum Pontifex videtur sua Constitutione amplexus esse *originarios* seu *indígenas* universae dioecesis, dum Farlati suis verbis comprehendit *indígenas civitatis* Spalaten. tantum. Quia in actis desideratur integer textus •Constitutionis , haec videntur iure inferri ex allatis fragments. Parochum autem oratorem esse dioecesanum Spalaten. nemo inficiatur. Ceterum hodie non plurimum refert, hanc quaestionem historico-iuridicam intimius volvere , siquidem ipsi capitulares illi legi contradicunt, inter capitulares excipientes eos Sacerdotes, qui origine Spalatenses cives non sunt. Equidem Parocho Gojsalic negarunt adscriptionem in Congregationem Cleri, illam expetentem una cum Maroevic, sed eidem concesserunt praebendam canoni«calem, prouti retuli.

Qui mos, dicam aperte, videtur non sibi ipsi consentire •quandoquidem si defectus *originis* non amplius obstat canonicis , quonam iure adeo obstat clericis adscribendis eccles. Cathedrali, qui dumtaxat, pro rata servitii personalis, aliquid recipiunt mercedis ?

Ratio autem discriminis quae ex hac inscriptione patitur animarum cura, perpenditur a Capitulo quod refert «_____vedendosi abbandonate dal proprio parroco e dall'unico cooperatore tanto la parocchia del Borgo Luca, di 4000 anime, quanto la parrocchia del Borgo Grande di ben oltre •8000 anime ». Hodie cooperatores parochiales, uti narratur in actis, adscripti sunt Clero Ecclesiae Cathedralis ; quod ius sibi vindicant quatenus *cives* et *indigenae* sunt Spalaten.

Episcopus in suis litteris veniam expostulat augendi numerum Cleri Ecclesiae Cathed. quem facile augeri posse •confidit, si illi facultas concedatur cooptandi in dictum Clerum, Sacerdotes aut Clericos qui *civitate* et *origine* non gau-

dent Spalatensi. Verum hanc instantiam *sub dubio* proponere non sum arbitratus quippe egreditur limites praesentis; quaestionis et percontati non fuerunt, uti stylus est S. C. C, interesse habentes. Deiiberabunt autem EE. PP. an ex allatis et probatis , satis constet ius non amplius esse Capitulo exigendi ut Presbyteri addicendi Clero Ecclesiae Cathedralis sint *cives* et *indigenae* Spalaten., cum ipse S. Pius V non aliud expostulaverit ab inscribendis huic clero, nisi ut essent *civitatis* et *dioecesis Spalaten. originarii;* quamobrem integrum sit Episcopo, hoc iure uti,, prouti in votis habet.

Hisce praemissis, suppositum fuit diluendum sequens

Dubium

An Parochi suburbii civitatis Spalaten. adscribendi sint Congregationi Cleri Eccles. Cathedralis, quamvis non sint cives originarii Spalaten., in casu.

RESOLUTIO. Sacra CC. re discepcata sub die 23 februarii 1901 censuit respondere: *Parochos recurrentes ius habere ut adscribantur Clero Cathedralis, dummodo sint originarii Dioecesis.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIA de interpretatione decreti S. Officii diei 5 iunii 1889 quoad causas matrimoniales evidentis nullitatis.

Beatissime Pater,

Ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus Officialis Curiae N., nomine et consensu sui Archiepiscopi reverenter exponit quae sequuntur:

Decreto Generali Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis diei 9 iunii 1889 statutum est quasdam causas matrimoniales, quando nullitas est evidens, posse dirimi una sententia, imminutis solemnitatibus et absque appellatione ex officio.

Inter quos casus adest etiam clandestinitas quoad locos *ubi Tridentinum decretum « *Tametsi»* observatur. Quod semper intellexit haec Curia Archiepiscopalis hoc sensu quod nempe una sufficit sententia de plano quoties evidens defectus adest in observantia formae Tridentinae, ut si v. g. unus tantum testis adesset, aut si matrimonium contractum fuisset coram solo ministro acatholico... etc. Quum autem forma Tridentina plene observata fuit et quaestio movetur tantum de qualitate proprii parochi, etiam:i evidens appareat defectus domicilii aut quasi-domicilii item et delegationis, semper solemnitates omnes observantur et fit appellatio ex officio.

Sed et alii casus occurrunt, nec ita infrequenter, eorum nempe qui in fraudem potius legis civilis ne parentum consensum obtinere teneantur, pergunt in Angliam vel in alios Io eos ubi Tridentinum decretum non est promulgatum, et post paucos dies statim reversuri, ibi matrimonium contrahunt vel coram Officiali Civili « registrar », vel coram ministello acatholico, vel tandem coram ministro catholico, adstante « registrar », nulla habita delegatione proprii Ordinarii vel parochi delegatione. Hisce enim in casibus fere semper evidentissima apparet aiullitas, praesertim cum contractus fit coram ministro acatholico, numquam enim delegatio, etiamsi data fuisset, daretur ad -contrahendum coram huiusmodi ministello.

Hisce stantibus, humiliter quaeritur:

I°. Quoad matrimonia quae in Gallus, seu in locis ubi promulgatum est decretum « *Tametsi* » contrahuntur coram parocho et duobus testibus, num liceat appellationem ex officio omittere, quum ex actis evidenter concludi potest parochum non fuisse proprium et nullam delegationem datam fuisse ab Ordinario vel parocho proprio alterutrius contrahentium?

II°. Quoad matrimonia quae a catholicis, domicilium reti-' nentibus in loco ubi decretum « *Tametsi»* observatur, contrahuntur in loco ubi idem decretum non viget, quin ibi acquisierat domicilium vel quasi-domicilium, num solemnitates processus matrimonialis stricte servandae sint quando evidenter constat eos contraxisse in fraudem legis et praesertim in fraudem legis civilis?

III°. Num saltem habito processu enim requisitis solemnitatibus, dataque nullitatis evidentia, Defensor matrimonii possit abstinere ab appellatione ex officio?'

IV°. Tandem num sufficiat processus summarius, et omitti possit appellatio, quoties matrimonium contractum est coram ministello acatholico vel coram uno magistratu civili?

Et Deus etc.

Feria VI, die 27 Martii 1901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Provisum per Decretum S. R. et U. Inquisitionis 5 Iunii' 1889, quod intelligendum est tantum de causis, in quibus certo et evidenter constet de impedimentis, de quibus agitur, quae certitudo si desit, a defensore vinculi matrimonialis ad, secundam istantiam procedendum erit* (1).

DECRETA condemnatoria devotionis erga Animam SSmam D. N. I. C.

Feria IV, die 1 Maii 190i.

Delatis ad Supremam Congregationem S. Officii supplicibus Uteris, una cum nonnullis precandi formulis, pro approbatione devotionis erga Ssmam Animam D. N. I. C, Emi DD. Cardi-

(1) En decretum de quo agitur: « In Congregatione Generali habita feria IV die 5 Iunii 1889, Emi ac Rmi DD. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisilores-Generales decreverunt:

« Quando agitur de impedimento disparitatis cultus et evidenter constat unam* partem esse baptizatam; et alteram non fuisse baptizatam; quando agitur de impedimento ligaminis et certo constat primum coniugem esse legitimum, et adhuc vivere; quando denique agitur de consanguinitate aut affinitate ex copula licita, aut etiam de cognitione spirituali vel de impedimento clandestinitatis in locis ubi Decretum Tridentinum *Tametsi* publicatum est, vel uti tale diu observatur, dummodo ex certo et authentico documento, vel in huius defectu ex certis argumentis evidenter constet de existentia huiusmodi impedimentorum, super quibus Ecclesiae: auctoritate dispensatum non fuerit; hisce in casibus, praetermissis solemnitatibus- in Constitutione Apostolica *Dei Miseratione* requisitis, matrimonium poterit ab Ordinariis declarari nullum, cum interventu tamen Defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia.

« Eadem feria ac die

« SSinus D. N. D. Leo PP. XIII decretum Emorum PP. approbavit et confirmavit.

1. Can. MANCINI *S. R et U. Inquisii. Notarius.*

nales Inquisitores Generales decreverunt: «Publicentur decreta condemnatoria devotionis, de qua sermo ».

Haec decreta sunt sequentia:

1) Cum a S. Rituum Congregatione nonnulla ad S. Officium remissa fuissent circa devotionem erga Ss. Animam D. N. I. C, fer. IV die 10 Martii 1875 decretum fuit: « Providendum ne in publico Ecclesiae cultu, praetextu devotionis erga Ssmam Animam Christi, improbandae novitates in imaginibus et precationum formulis aliisque rebus sacris irrepant aut, inconsulta S.Sede, quidquam novi inducatur, maxime si deriventur ex revelationibus aut visionibus, nec examinatis, nec approbatis. In scriptis vero ad S. Rituum Congregationem missis nonnulla reperiri minime probanda, sine quorum emendatione permittendum non esse, ut illa in vulgus edantur ».

2) Anno 1893, exhibitis precibus pro fundatione Instituti pro adoratione Animae Ssmae D. N. I. C, fer. IV die 10 Maii eiusdem anni, iidem Emi Patres decretum tulere : « S. Congregatio precibus respondet: Negative. Idque scribendum Episcopo, qui retrahat indulgentias adflxas orationibus et cuilibet earum verbo, fidemque non adhibeat revelationibus, de quibus agitur; et communicetur Episcopo decretum latum anno 1875 ».

3) Tandem eodem anno eademque fer. IV ad examen vocata quadam precandi formula Animae Iesu Christi, Emi Patres eam emendandam mandarunt, et communicandum Episcopo, qui eam probaverat, decretum supra relatum.

Quae omnia in solita audientia a SSmo D. N. Leone Papa XIII approbata et confirmata fuere.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

DUBIA quoad transmissionem oleorum sacrorum per Societates mercatorias.

Beatissime Pater,

Ludovicus M. Fink O. S. B. Episcopus Lavenworthien in statu Kansas Americ. Septentrion. Statibus Unitis ad pedes S. V. quam humillime provolutus exponit ac petit ut sequitur:

I°. Brevi tempore ante Pascha anni praeteriti in ephemeride Americana pro Rev.do Clero edita, quaestio discussa est, utrum sacra olea ad sacerdotes missionarios, salva conscientia,

per Express transmitti possint? *The Express* est societas Mercatoria, quae res varias transmittenda s recipit, verbi gratia : esculenta ac poculenta, pecuniam, aves, canes, feles, vítulos, sues, aliaque animalia resque diversas. Personae illas res tractantes generaliter sunt haeretici vel ethnici, inter quos hic et nunc vix catholicus invenitur.

2°. Transmissio per *Express* ss. Oleorum multis sacerdotibus valde arridet, quia minore pecuniae summa fit quam eorum itinere ad urbem Cathedralis Ecclesiae, minorem temporis iacturam sacerdotes patiuntur et meliore modo ad sacras functiones Hebdomadae Sanctae et Paschatis sese praeparare valent.

3°. Multis Episcopis et sacerdotibus talis ss. Oleorum transmissio scandalosa permixtio rei sacrae cum rebus profanis, et contra religiosam pietatem; aliis autem perfecte legitimus modus ac nullam indecentiam prae se ferens esse videtur. Addere licet quod Episcopi tali modo transmissionis adversi tamquam viri morosi, nimis rigorosi ac fautores viarum aevi medii habeantur.

Res cum ita sint a S. Sede Apostolica petitur solutio huius quaestionis :

I. Licet ne sacra olea ab Episcopo consecrata per *Express* ad sacerdotes transmittere, ut supra expositum est?

II. Licet ne illa sacra olea ad sacerdotes mittere per viros laicos, quo sacerdotum convenientiae valde consulatur?

Feria IV, die 1 Maii 1901.

In Congregatione Generali habita ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum S. O. voto, iidem Emi respondendum censuerunt:

Ad I. *Non licere.*

Ad II. *Deficientibus clericis, affirmative, modo constet de laicorum, qui ad id deputantur, fidelitate.*

Insequenti vero feria VI, die 3 eiusdem mensis et anni, in solita relatione a R. P. D. Commissario Gen. S. Officii facta SSmo D. N. D. Leoni Div. Prov. PP. XIII, idem SSmus Dnus responsionem Emorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

SUMMA ACTORUM

QUAE IN HOC VOLUMINE XXXIII CONTINENTUR

LITTERAE ET ACTA R. PONTIFICIS

EX S. C. CONCILII

EX S. C. INDICIS

EX S. CONGR. NEGOTIORUM EXTRAORDINARIORUM

EX S. C. EP. ET REG.

EX S. CONGR. RITUUM

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

EX S. DATARIA APOSTOLICA

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

EX AEDIBUS VICARIATUS ROMAE

EX SECRETARIA BREVIUM

EX SECRETARIA SS. INDULGENTIARUM

EX AEDIBUS VATICANIS

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

EX S. CONGREGATIONE SUPER DISCIPLINA REGULARI

EX S. CONGREG. STUDIORUM

IMPRIMATUR
Fr. Albertus Lepidi Ord. Praed. S. Pal. Ap. Magister

IMPRIMATUR
Iosephus Ceppatelli Archiep. Myren. Vicesg.